


Rz-767

Kassai királyi jogakadémia
Könyvtára

Szekrény szám IV
Osztályzat f.

B.

259.



S. I R E N Æ I
E P I S C O P I

Inferius M A R T Y R I S *Catalogo* *II.*
ACTA ET SCRIPTA
SUO ORDINE DIGESTA
E T
A N N O T A T I O N I B U S
H I S T O R I C O - T H E O L O G I C I S
I L L U S T R A T A

A

JOANNE BAPTISTA PRILESZKY

e Soc. JESU SS. Theologæ Doctore

Nunc

T Y P O G R A P H I Æ P R Æ F E C T O .



III

e

Cum Licentia Superiorum.

C A S S O V I Æ

T Y P I S A C A D E M I C I S Soc. J E S U
A N N O M D C C L X V .



Okresná ľudová knižna	štice
Pri. č. 13034/964	
Sign. R2-467	
Odb. zn.	K
235	

Rev. 1688

HONORIBUS
EXCELLENTISSIMI
ILLUSTRISSIMI

A C

REVERENDISSIMI
DOMINI DOMINI

C A R O L I
DEI ET APOSTOLICÆ
SEDIS GRATIA
EPISCOPI AGRIENSIS
E COMITIBUS.

ESZTERHÁZY

DE GALANTHA

PERPETUI COMITIS IN FRAKNO

Arcium , & Dominiorum Papa ,
Ugod , & Devecser Hæreditarii Domini ,
Inclytorum Comitatuum Heves , & Exterioris
Szolnok Articulariter unitorum Supremi ac Per-
petui Comitis , Utriusque Sacratissimæ Cæsareæ &
Regiæ Apostolicæ Majestatis Status Actualis
Intimi Confiliarii ,

D O M I N I P A T R O N I

A C

MÆCENATIS BENIGNISSIMI
MUNIFICENTISSIMI.

EXCELLENTISSIME
ILLUSTRISSIME
A C
REVERENDISSIME
PRÆSUL
MÆCENAS
MUNIFICENTISSIME.



Uod vetus mea impera-
vit observantia , & In-
signis TUA audere fecit
Beneficentia , patere , ut redu-
ctum ab antiquitate ultima Ec-

(2) cle-

clesiæ Sanctæ Patrem Excelso
TUO Nomi*n*i inscribam. Quan-
quam enim haud ita ego a literis
comparatus sim, ut dignum ali-
quid seu Tua, seu Venerandi il-
lius Antistitis Magnitudine elucu-
brasse me putem; non indignus
tamen est IRENÆUS, qui vel rudi
adumbratus calamo in conspectum
admittatur. Sed & TUA Præful Ex-
cellentissime, cum Benignitas, tum
Pietas tanta est, ut impolitas et-
iam lucubrationes, modo sacris
de rebus tractent, aversari non
soleas: Ornamentis vero tam mul-
tis

tis , tam illustribus refulges , ut
nihili quoque opellæ magnam af-
fundere lucem possis. Ex ea sci-
licet styrpe prognatus es , quæ in
Ceris suis , quidquid infra Regum
Majestatem est , longo ordine
complectitur , & quo crescat al-
tius , in sacra , profanaque Repu-
blica vix habet. Nam ut vetu-
stiores illos Gentis Vestræ Heroes ,
quos a decem usque seculis Di-
plomata repetunt , præteream ;
quid non solum Patrii , sed & a-
liarum gentium Fasti illustrius ex-
hibent NICOLAO Atavo TUO ? qui

virtute duce per omnes honorum
gradus ad ipsum Pro-Regis fasti-
gium eluctatus est , Vellusque a-
deo Aureum a PHILIPPO IV. Rege
Catholico transmissum , EszTORA-
DUM primus in Excelsam Domum
Vestram intulit. Qui labantem
Ungariam invicta Fide , Constan-
tia , Fortitudine , adversus Oto-
mannos , Bethlenium , & Rakoczi-
um ; Religionem orthodoxam ad-
versus Lutheri & Calvini turbi-
nes , Pietate non minus quam
Doctrina incredibili, dum viveret,
fustentavit. Neque minor illo fi-
lius

lius PAULUS , Excellentiæ Vestræ
Abavus : cuius eximiam in De-
um , & Virginem Deiparam pieta-
tem , cum late sparsæ per Unga-
riam ædes sacræ , tum Cellæ Ma-
rianæ in Styria , Cfastachovia in
Polonia , Academia Viennensis
in Austria , superstitibus hodie-
dum monumentis amplissimis in
cœlos tollunt . Ingentia vero to-
ga fagoque promerita LEOPOLDUS
MAGNUS æquissimus rerum æsti-
mator tanti fecit , ut & Gentili-
tio Vestro scuto primam Augusti
Nominis sui literam indulserit , &

PAULUM ipsum post admensos
plena manu honores domesticos,
in S. R. I. Principem sublima-
rit , prorogata etiam ad MI-
CHAELEM Avum TUUM , & secu-
turos primogenitos Celfissima Di-
gnitate. Et quid de tribus illis
ævi nostri Columinibus , EMERI-
co S. R. I. & Ecclesiæ Unga-
ricæ Principe , FRANCISCO Co-
mite Genitore Excellentiae Ve-
stræ Dulcissimo , ac JOSEPHO Co-
mite Patruo desideratissimo , di-
cam ? Memini enimvero horum
potissimum Sapientia , & Vir-
tu-

tute Esztoradum gloriam ad ultimas orbis terrae oras propagatam esse. Memini eorum consilio, auctoritate, exemplo factum, ut periculosissimis illis temporibus, Ungaria omnis suis pene emoveretur sedibus, quo Augustae MARIAE THERESIAE Reginae suae Apostolicæ Sceptra & Coronas debitas, ab irruentibus undique rivalibus potentissimis tueretur. Memini denique eorundem opera, pietate, fortitudine, pacem terris, religionem templis, justitiam tribunalibus, splendorem

(5) fa-

facris & profanis ædibus restitu-
tum floruisse. Id unum sine sen-
su doloris acerbissimo meminisse
non possum , quod tam illustria
Sydera intra annos paucos , aliud
post aliud occumbere viderim.
At hunc quoque dolorem & jam
tum leniebant spes maximæ de
Excellentia TUA conceptæ , &
res ipsæ hodie pene totum ab-
tergunt. Quamvis enim ab ado-
lescentia prima Aris TE addixe-
ris , Divina tamen humanis ita
sensim sociare affevisti , ut Ma-
jorum omnium decora in TE col-

le-

legisse videaris. In nuperis cer-
te Amplissimorum Regni Statuum,
atque Ordinum Comitiis ea sapi-
entia , gravitate , fide , TE ver-
satum esse prædicant omnes, quæ
& Patrem Patriæ amantissimum ,
& Senatorem Reipublicæ scien-
tissimum , & Majestatis Regiæ
Zelatorem fidelissimum decebat.
Qualem autem , quantumque in
Ecclesia Pontificem TE præstes,
quis sat explicit? Ego quidem
in immensam illam laudum TUA-
RUM segetem immittere me no-
lim , quam intima cum Deo con-
jun-

junctio, quotidiana rerum cœlestium meditatione ali solita, ardentissimus Divini cultus promovendi, & hæresum extirpandarum zelus, charitatis & pacis inter membra omnia conservandæ Apostolicum studium, libertatis & disciplinæ Ecclesiasticæ restituendæ sollicitudo Pastoralis, rerum caducarum despicientia, demissio animi, mansuetudo, comitas incredibilis, & idgenus innumera componunt. Ea tantum perstringam paucis, quæ propius intueri licuit beato illo octiduo,

quo

quo apud nos PRÆSUL EXCEL-
LENTISSIME agebas. Vidimus au-
tem hoc tempore Divinam ad A-
ras Hostiam TE litantem quoti-
die; & modestia Angelica, ardo-
re Seraphico litantem vidimus.
Audivimus dicentem ad populum:
nec seu libertatem Chrysostomi,
seu eloquentiam Ambrosii desi-
derare poteramus. Spectavimus
sacris Ecclesiæ Ordinibus initian-
tem permultos, Divinique Spir-
itus Charismata sex & amplius fi-
delium millibus impartientem,
æmula Borromæo pietate. Ad-
mi-

mirati sumus benedicentem æra
Campana religione summa , co-
hortantem sacras Virgines Salesia-
na svavitate. Vidimus denique
dicatas Deo , vel utilitati publi-
cæ ædes solertissime perlustran-
tem, controversias gravissimas pro
tribunali sapientissime dijudican-
tem , accurrentibus undique ege-
norum gregibus eleemosynas li-
beralissime erogantem , libello-
rum supplicum fasces integros be-
nignissime suscipientem , & ut
verbo complectar reliqua, omni-
bus omnia cum Apostolo factum

vidimus. Cumque tot , tam bre-
vi temporis spacio , præclarissime
actorum contemplatio spiritum
prope universis interciperet , u-
num Cassoviæ totius votum erat,
ut PRÆSULEM priscis illis Anti-
stitibus æmulum propitii Superi
quam diutissime terris indulgeant,
& Romana purpura , quæ EXCEL-
SÆ Domui VESTRÆ sola haec tenus
deest , propediem exornent. Ea-
dem PRÆSUL EXCELLENTISSIME
mea vota sunt , hoc duntaxat ad-
jecto , ut TUUM , meumque IRE-
NÆUM vultu placido accipias , me-
que

que porro etiam benignitate solita complecti pergas , qui a quatuor & viginti annis EXCELEN
TIÆ TUÆ sum , eroque semper devotissimus.

JOANNES BAPTISTA PRILESZKY
e Societate JESU.


AD LECTOREM.

Cum Deus pro sapientia sua melius
judicaverit de malis bene facere ,
quam nulla in orbe terrarum mala
permittere , oportet & hæreses esse , ut qui pro-
bati sunt , manifesti fiant . I. Corinth. II. v. 19.
Neque sane deerant illæ jam inde ab Ec-
clesiæ exordio , neque deerunt unquam ,
dum vergente in occasum mundo unum o-
vile & Pastor fiat . At ne interim simus
parvuli fluctuantes , & circumferamur omni vento
doctrinæ in nequitia hominum , & astutia , ad cir-
cumventionem erroris ; Ephes. 4. v. 14. Secu-
lis omnibus dedit Deus nobis Pastores , &
Doctores , qui cum irrepentium hærefum
venena fideliter detegant , tum adversus
antiqui serpentis morbus antidota saluberrima
subministrent . Atque eos inter primus
facile est IRENÆUS , exeunte secundo se-
culo Lugduni in Gallia Episcopus , & Mar-

tyr

tyr clarissimus : ut qui non solum dum in
terris agebat , perpetuum cum sectariis
bellum geslit , sed ad nostram etiam memo-
riam & institutionem , procusarum eatenus
hæresum historiam erudite contexuit , pe-
titaque e Divinis Scripturis , & rationis du-
ctu arma evertendis illis oportunissima uber-
tim congesit . Hunc igitur Tibi sisto nunc
Lector benebole : & pro more meo primum
Acta ejus paucis enarro ; tum Scripta & do-
ctrinam ad trutinam revoco : eos denique ,
qui ad nos pervenerunt , libros , præter-
missis paucis minus usui futuris , fideliter re-
præsento . Adjeci Annotationes locupletes
& frequentes : tum ut obscurius dicta illu-
strarem , tum ut in plerisque capitibus alio-
rum Patrum cum IRENAEO consensum pa-
lam facerem . Tu interim opella mea tuo
commodo utere , doctrinasque novitas
ab oculis atque animo removere
stude , ac vale .

ACTA



ACTA ET SCRIPTA
S A N C T I I R E N Æ I
E P I S C O P I
E T
M A R T Y R I S.

C A P U T I.

De Gestis Sancti Irenæi.



Ummis laudibus Irenæum nostrum
Veteres concelebrant. Martyres
enim Lugdunenses in sua ad Eleutherum Papam Epistola eum vocant Æmulatorem Testamenti Christi: Tertullianus 1. advers. Valent. n. 5. omnium doctrinarum curiosissimum

A

Ex-

Exploratorem : Eusebius lib. 3. Hist. cap. 23. Testem fide dignissimum : S. Epiphanius hær. 24. & 31. Apostolorum successorem , & senem optimum : S. Hieronymus in c. 64. Isai. Virum Apostolicum : S. Augustinus lib. 1. in Julian. cap. 7. Antiquum hominem Dei : Theodoretus lib. 1. hær. fabul. c. 5. Admirandum , & Dial. 1. Occidentalium Gallorum lumen &c.

Origine Græcus , & in Asia minore , Christianis e parentibus natus esse videtur : quia Smyrnæ sub S. Polycarpi disciplina se a puero egisse innuit , cum Ep. ad Florin. apud Eusebium lib. 5. Histor. cap. 20. inter alia scribit : „ Vidi te cum adhuc puer essem in inferiore Asia apud Polycarpum. „ Et lib. 3. advers. hær. c. 3. „ Polycarpus inquit , non solum ab Apostolis edoctus , & conversatus cum multis ex eis , qui Dominum nostrum viderunt , sed etiam ab Apostolis in Asia , in ea quæ est Smyrnis 1.) Ecclesia , constitutus Episcopus , quem & nos vidimus in prima

no-

1.) Smyrna urbs Joniæ maritima erat , ad ostia Hermi fluvii in Asia minori sita. Nomen a Smyrna Amazone instauratrice sua fortita est , cum ante Nauplochum diceretur. Hodie nil praeter rudera veteris splendoris ostentat : a Galis tamen , Italos , aliisque mercatoribus etiamnum frequenter.

nostra ætate (multum enim perseveravit, & valde senex gloriofissime & nobilissime martyrium faciens exivit de hac vita) hæc docuit semper, quæ ab Apostolis didicerat. „ S. Hieronymus non solum Polycarpo, sed & Papiæ Hierapolitano operam dedisse eum docet Ep. ad Theodoram viduam, ubi ait: „ Refert Irenæus vir Apostolicorum temporum, & Papiæ auditoris Evangelistæ Joannis discipulus, Episcopus Ecclesiæ Lugdunensis, quod Marcus quidam de Basilidis Gnosti stirpe descendens primum ad Gallias venerit &c. „ Irenæus ipse complures ex Apostolorum discipulis audisse se fatetur lib. 2. advers. hær. cap. 22. & alibi passim: quamvis neminem magistrorum suorum, præter Polycarpum, usquam de nomine laudet.

Quo anno natus fit, veteres tacent, recentiores variant. Paradinus lib. 2. Hist. Lugdun. cap. 30. & Severtius de Lugdun. Archiep. part. 1. cap. 2. quia non solum Polycarpi & Papiæ, sed ipsius adeo Joannis Apostoli discipulum fuisse Irenæum putaverunt, ante annum Christi nonagesimum natum volunt. At hos quidem Irenæus ipse sat refellit, dum Joannem ante ævum suum Apocalypsim vidisse testatur lib. 5. advers. hær. cap. 30. ita scribens: Ει γαρ οδε αναφανθε

τῷ τοῦ καρδῶν κηρύγματος τόνυμα αὐτῷ , δι ἐκείνης ἀν
έργειθη , τῇ οὐ τὴν αποκάλυψιν ἑωρακότος . γέδε γὰρ
πρὸ πολλῆς χρόνου ἑωράθη , αὐτῷ διεδὼν ἐπὶ ἡμετέρας γε-
νεᾶς , πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομιτιανῆς ἀρχῆς . , , Si enim
oportuisset in præsenti tempore manifeste prædi-
cari nomen ejus (antichristi scilicet) per illum
editum fuisset , qui Apocalypsim vidit . Neque
enim ante multum temporis visa est , sed pene
sub ipsum ævum nostrum ad finem Domitiani 2.)
imperii . , , Non multum verosimilior est opinio
Dodwelli eruditæ Angliæ reformati : qui Dissert.
3. in Iren. §. 3. natalem ejus ad Trajani 3.) ini-
tia referendum putat ex eo , quod Adrianus Au-
gu-

2.) Domitianus Tito fratri in Imperio successit Idibus
Septembris , Sex. Annio Silvano , T. Vero Pollione Coss.
id est XIII. Septembris anno Ærae Vulgaris Christianæ
LXXXI. & occisus est XIV. Kal. Octobris anno ætatis
XLV. imperii XV. finito , Christi XCVI. Ita Svetonius
in Tito , & Domitiano . Petavius lib. 13. de Doctr. Temp.
Pagiis in Critica Baronii ad an. Chr. LXXXI. & XCVI.

3.) Ulpius Trajanus Nervæ adoptivus , post ejus obitum
imperare cœpit VI. Kal. Februarii , seu XXVII. Januarii
anno Chr. XCVIII. & imperavit annos XIX. menses VI.
dies XV. ut Eutropius Brev. lib. 8. ait : obiit autem non Se-
leuciæ in Isauria , ut idem scribit , sed Selinunte in Cilicia ,
tit nummus ante ejus apotheosim cœfus docet , idque anno Chr.
CXVII. die X. Augusti .

gustus 4.) & cum eo Florinus , circa annum Christi CXXV. in Asia egiſſe , hocque ipſo tempore Polycarpum audiffe Irenæus videatur. Infirma enimvero conjectura: tum quia Polycarpi auditor illo etiam anno Irenæus esse potuit, quamvis ſub Trajani exitum natus dicatur ; tum quia Florinum cum Adriano Auguſto in Asia egiſſe ,

A 3

unde

4.) Adrianus Trajanus ſucceffit III. Idus Auguſti , ut Spartanus in ejus vita ait , & imperavit annos XXI. mens. XI. vel ut Eutropius loc. mox cit. ann. XXI. mens. X. dies XXIX. Obiitque VI. Idus ſeu die X. Julii anno Christi CXXXVIII. De ejus Asiatico itinere hæc Spartanus: „ Post hoc per Asiam & Iuſulas ad Achajam migravit , & Eleufinia ſacra exemplo Herculis , Philippique fuſcepit : multa in Athenienses contulit , & pro agonotheta refedit. Et in Achaja quidem etiam illud obſervatum eſt , quod quum in ſacris multi cultros haberent , cum Adriano nullus armatus ingressus eſt. „ Et infra: „ Cum post Africam Romam rediiffet , ſtatiu ad Orientem profectus , per Athenas iter fecit , atque opera , que apud Athenienses cōoperat , dedicavit : ut Jovis Olympii aadem , & aram ſibi : eodemque modo per Asiam iter faciens templa ſui nominis confeccavit &c. „ Undeliquet Adrianum ſepiuſ in Asia egiſſe. Ac priorem quidem ejus peregrinationem Asiaticam Eusebius in Chronico refert ad an. Chr. CXXV. & CXXVI. alteram ad an. CXXXIV. Quodſi ita , poterat ſane Florinus etiam cum Adriano in Asia agere , dum Polycarpum audiebat Irenæus , tametſi poſt Trajani imperium , circa annum Chr. CXX. natus dicatur.

unde affirmemus , nihil est. Nam quod in laudata ad Flor. epistola S. Pater ait: Ἐῖδον γάρ τε πάις οὐτὸν ἐν τῇ καίτῳ Ἀσίᾳ παῖδα τῷ Πολυκαρπῷ , λαμπρῶς πρόστοντα ἐν τῇ Βασιλικῇ αὐλῇ , καὶ παιώμενον ἐνδοκυμεῖν παῖδα αὐτῷ . , Vidi te , cum adhuc puer esset , in inferiore Asia apud Polycarpum , splendide agentem in palatio , & magnopere laborantem , ut te illi approbares ; , id Florinum quidem aulicum , & Imperatori suo gratiosum fuisse probat , dum eum Irenæus in Asia & apud Polycarpum vidit : at Imperatorem illum Adrianum esse , aut in Asia tunc itidem egisse , non docet. Hinc doctissimus Renatus Massuet e Congregatione S. Mauri , qui Irenæi nostri Opera anno MDCCX. Parisiis edidit , natalem ejus longe post rejicit , opinionemque suam Dissert. 2. Art. 1. sic proponit. , Non procul a vero aberraverimus , si natum Irenæum dicamus anno circiter CXL. sub Antonini Pii initia. , Rationes vero has fere allegat: quod Irenæus suoipsius testimonio puer adhuc & in prima ætate , ac proinde duodenni vix major fuerit , dum Polycarpum jam πάντα γεζαλέον seu valde senem audiebat. Polycarpus autem martyrium consummasse creditur anno Christi CLXVI. Irenæus igitur quadriennio ante in ejus disciplinam se tradiderit , & quod sequitur , circa annum

annum CXL. natus fuerit. Mihi tamen pace vi-
ri doctissimi nec opinio hæc probatur. Nam in
primis multi non credunt S. Polycarpum anno
CLXVI. passum esse: quia Henricus Valesius in
Notis ad cap. 15. lib. 5. Historiæ Eusebii, duce
Chronico Alexandrino, martyrium illud anno
CLXVII. Ufferius autem Dissert. de Macedo-
num & Afianorum anno solari cap. 3. Bollandus
in Actis Ss. ad XXVI. Januarii, & Henschenius
ad XXVIII. Junii, anno CLXIX. affigunt. Dein-
de credatur licet passus esse Polycarpus anno
CLXVI. si tamen centenario major, quod non
pauci existimant, tunc fuerit, poterat certe eum
jam pene octogenarium, ac proinde valde senem.
Irenæus audire eo ipso anno, quo Massuetus na-
tum censet. Denique an Polycarpus πάντα γεραλέος
velde senex jam tum fuerit, quum Irenæum pue-
rum instituebat, vocari in dubium potest: quia
verba illa lib. 3. advers. haer. c. 3. Ἐπειπολὺ γὰρ
τασθέμενε, καὶ πάντα γεραλέος, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατ-
τα μαρτυρήσας ἐξῆλθε τῷ Εἴτῃ, quæ jam supra Latine
attuli, diu quidem vixisse, & valde senem mar-
tyrio perfunctum esse Polycarpum docent; at
talem etiam fuisse, dum Irenæus ἐν τῇ πρώτῃ ἡλι-
κίᾳ οὖτε, in prima ætate sua eum viderat, sat
luculente non indicant. Unde fors verosimilius

dicitur circa annum CXIX. Irenæus natus esse. Id enim innuere videtur ipse, cum laudatis supra verbis Apocalypsim non ante multum tempus, & pene sub ipsum ævum suum a Joanne visam esse ait. Id etiam ex ea, quam sæpe prædicat, cum compluribus Apostolorum discipulis conversatione colligi non vane potest. Nam cum a Polycarpo puer adhuc, & in prima ætate institutus fuerit, Senioribus aliis, qui ut lib. 2. cap. 22. scribit, non solum Joannem, sed & alios Apostolos viderant, ni fallor jam adultior operam navarit. Smyrna itaque Hieropolim Phrygiæ ad Papiam 5.) digressus fuerit: tum in alias atque alias regiones transmigrarit, per quas Apostolorum discipuli sparsi erant. Tot autem peregrinationes, & volenti discere necessaria ubique mora, bene longum profecto tempus postulant, facileque ad tricesimum, aut saltem quartum & vicesimum Irenæi annum perdurarint. At incassum opinor omnes

6.) Juxta Chronicon Alexandrinum S. Papias sub Marco Aurelio Martyrium consuminavit Pergami, anno III. Olympiadis CCXXXV. id est anno Christi CLXVI. eique in Episcopatu Hieropolitano succedit Apollinaris, cuius sub eodem M. Aurelio meminit Eusebius lib. 4. Hist. cap. 27. & in Chronico ad an. Chr. CLXXVI. Olympiadis CCXXXVII. quartum.

mnes Apostolorum discipulos 6.) perinde ac Polycarpum longævos fuisse diceremus : plerosque igitur ante annum Christi CL. audierit Irenæus. Quod si ita , vix omnino serius , quam anno circa CXX. nasci potuit.

Quidquid sit , dignissimum tantis magistris discipulum se probavit Irenæus. Quippe qui eximia morum sanctimoniae , & ardentissimo profrendæ fidei zelo , profundam sacrarum Literarum , & mysteriorum Christi scientiam conjunxit ita , ut inter præcipuos doctrinæ Apostolicæ testes , canalesque puriores jure optimo sit habendus. Summam quidem ad dicta & facta Polycarpi attentionem suam , rerumque in prima ætate haustarum tenacem memoriam , ipsem et Ep.

A 5

ad

6.) Inter Apostolorum discipulos unus fere Quadratus est , de quo dubitari posset , an non æque diu ac Polycarpus & Papias , vitam produxerit ? quia Eusebius lib. 4. Hist. cap. 23. Dionysii Corinthii scripta recensens , inter alia refert Epistolam ab eo ad Athenienses datam , in qua Publum eorum Episcopum sub M. Aurelio passum esse , eique successisse Quadratum immuere videtur. Sed Eruditus Eusebii interpres Valesius Quadratum hunc alium esse putat ab eo , quem laudatus Historicus lib. 3. cap. 37. Apostolorum discipulum & successorem vocat : alii eundem quidem Quadratum utrobique commemorari censem , at decessorem Publum diu ante M. Aurelii tempora passum volunt.

ad Florin. sic describit. , , Hæc dogmata Florine
 7.) ut parcissime ac levissime dicam , non sunt
 sanæ doctrinæ : hæc dogmata dissentunt ab Ec-
 clesia , & in maximam impietatem eos conjiciunt ,
 qui illis assentiuntur : hæc dogmata ne ipsi qui-
 dem hæretici extra Ecclesiam positi proferre un-
 quam ausi sunt: hæc dogmata , qui ante nos vi-
 xere Presbyteri , qui etiam Apostolorum disci-
 puli extiterant , nequaquam tibi tradiderunt . Vi-
 di enim te , cum adhuc puer essem , in inferiore
 Asia apud Polycarpum , splendide agentem in pala-
 tio , & magnopere laborantem , ut te illi appro-
 bares . Etenim ea , quæ tunc temporis gesta
 sunt , melius memoria teneo , quam illa quæ nu-
 per acciderunt : (Quippe ea , quæ pueri didici-
 mus , simul cum animo ipso coalescunt , eique
 penitus inhærent .) adeo ut & locum ipsum possim
 dicere , in quo beatissimus Polycarpus sedens dis-
 ferebat ; processus quoque ejus & ingressus , vi-
 tæque

7.) Florinus hic primum Adriani vel alias Imperatoris
 aulicus , tum Romanae Ecclesiæ Presbyter erat : denique in
 hæresim lapsus est , vel duos cum Marcione deos adstruendo ,
 ut Nicephorus lib. 4. Hist. Eccl. c. 30. putat , vel ut Eusebi-
 us , Deum quidem unicum , sed malorum etiam auctorem esse
 blasphemando : postea autem Valentinianis se adjunxit , ut
 Eusebius , Nicephorus , & Theodoretus lib. 1. hær. fab. cap.
 23. consentiunt .

tæque totius formam , & corporis speciem , sermones denique , quos ad populum habebat ; & familiarem consuetudinem , quæ illi cum Joanne , ut narrabat , & cum reliquis , qui Dominum ipsum vidissent , intercesserat ; & qualiter dicta illorum commemorabat , & quæcunque de Domino ab iisdem audierat : de miraculis quoque illius , de doctrina , prout ab iis , qui Verbum vitæ ipsi conspexerant , Polycarpus acceperat , eodem prorsus modo referebat , in omnibus cum Scriptura Sacra consentiens . Hæc ego Divina mihi largiente clementia , tunc studiosius audiebam , non in charta , sed in corde meo auditæ describens ; eademque per Dei gratiam assiduo repeto , ac revolvero . „

Sed neque eruditionem seculi negligendam putavit Irenæus : ut qui probe nosset eam non solum ad acuendum ingenium , firmandumque iudicium valere plurimum , sed omnino necessariam esse iis , qui bella Domini utiliter bellare , & adversus ethnicos ac hæreticos decertare cum fructu volunt . Non mediocriter sane in omnis generis libris versatum esse , argumento sunt , quas ex Poetis & Philosophis crebro & apposite prorsus laudat , sententiæ . Hinc tametsi in proemio lib . I . advers . hæref . pro modestia sua scribat , se nec

ver-

*verborum artificium didicisse , nec in comparanda vi
conscriptoris elaborasse ; S. Hieronymus tamen Ep.
ad Theodor. viduam afferere non dubitat , libros
illos doctissimo & eloquentissimo sermone compositos
esse : & Ep. ad Magnum Orat. literaturæ secula-
ris utilitatem probans , inter alios Ecclesiæ Scri-
ptores , qui in ea eminuerunt , Irenæum quoque
laudat in hæc verba : „ Quid de Apollinario Hie-
rapolitanæ Ecclesiæ Sacerdote , Dionysioque Co-
rinthiorum Episcopo , & Tatiano , & Bardesane ,
& Irenæo Photini Martyris successore loquar ,
qui hæreseon singularum venena , ex quibus phi-
losophorum fontibus emanarint , multis volumi-
nibus explicarunt ? „*

Quid præterea Irenæus noster in **A**sia ege-
rit , & quo tempore , quave occasione inde in
Europam , Galliamque venerit ? in obscuro est .
S. Gregorius Turonensis lib. 1. Hist. Franc. cap.
29. eum a S. Polycarpo ad Gallos missum esse
innuit : tempus autem , & occasionem missionis
Petrus Halloix S. J. Theologus in vita Iren. cap.
3. sic divinat . „ Cum temporibus Antonini Pii
8.) Imperatoris , & Aniceti Pontificis , Valen-
tinia-

8.) Antoninus Pius ab Adriano adoptatus ei in imperio
successit VI. Idus Julii , Sulpitio Camerino Quintio Nigro
Ma-

tiniana hæresis invalesceret, nec in Asiam modo, sed & in Galliam penetraisset, proclive creditu est, S. Photinum Lugdunensem Episcopum gravi ævo fatiscentem, ac jam laboribus & vigiliis contra grassantes lupos imparem, a beatissimo Polycarpo submitti sibi auxilia postulasse; hunc autem acceptis pridem eruditionis ac sanctimoniaz Irenæi experimentis, illum ex omnibus ad ejusmodi provinciam perquam aptum judicasse, atque eo destinasse. „ Irenæus ipse cum Ep. ad Florin. tum lib. 3. advers. hæref. c. 3. se in prima tantum ætate apud Polycarpum egisse testatur, & quamvis loco posteriore de Polycarpo narret, quod Aniceto 9.) Pontifice Romam veniret, multosque illic e Valentiniac Marcionis hæresi ad Ecclesiam reduxerit, ne verbulo tamen innuit se hoc in itinere ei comitem fuisse, aut missu ejus ad navandam S. Photino in Valentinianis

retun-

Magno Coss. id est die X. Julii an. Chr. CXXXVIII. imperavitque juxta Capitolinum in M. Aurel. Victorem in Ep. Hist. Aug. & Eutropium lib. 8. Breviar. annis XXIII. non tamen integris, quia teste Dione lib. 72. obiit Nonis, seu die VII. Martii anno Chr. CLXI.

9.) S. Anicetus in Pontificatu secutus est S. Pium I. seditque juxta Petavium lib. 13. de Doctr. Temp. ab an. Chr. CLXV. ad an. CLXXIII. juxta Pagium utrumque in Critica Barobi, & Breviario Rom. Pontif. ab anno CLII. ad CLXI.

retundendis operam, in Galliam migrasse. Id admodum verosimile, profectionem hanc ab eo suscepit esse, priusquam Ordinibus sacris, aut saltem Presbyteratu initiatus esset: quia Eusebius lib. 5. Hist. c. 4. cum *Lugdunensis Ecclesiae*, & S. Hieronymus lib. de vir. illustr. *Photini Episcopi Presbyterum* vocat; luculento indicio ad hunc ut minus gradum in Gallia primum, & a Photino evectum esse.

Lugdunensibus sane doctrinam, virtutemque suam ita probavit Irenaeus, ut non solum Presbyterio, sed summo etiam Sacerdotio dignissimus haberetur. Hinc cum Montani secta Orientem turbaret, & per Gallias Marcus Aurelius in Christianos faviret, atque alias inter Photinum etiam martyrio coronasset, Clerus & superstites Martyres eum Romam allegarunt, ut cum Eleuthero Papa de pace Ecclesiae ageret, & Photini loco in Episcopum sacraretur. Rem ita narrat Eusebius lib. 5. Hist. c. 3. & 4. „Cum Montanus 10.)

&

10. Montanus ex Ardaban Mysiae vico, Phrygiæ contermino oriundus, cum eunuchus licet & neophytus, immoda Episcopatus cupiditate exarsisset, aditum cacodæmoni in se præbuit, eoque plenus in Ecclesia furere & nova quædam proloqui cœpit, circa annum Antonini Pii XIX. Chr. CLVIII.

Hinc

& Alcibiades, ac Theodotus II.) tunc primum
in

Hinc collecta a vulgo existimatione Paracletum se appellavit,
non quod pro tertia Divinæ Triados Persona haberi vellet,
sed quod Spiritus Sancti dona uberiora multo in se; adjunctas
que sibi profigatas mulierculas, Priscillam & Maximillam,
quam in Apostolos Christi effusa esse jaſtaret. In plures post-
ea errores lapsus, secundas nuptias damnavit, tres quadrage-
simas instituit, post baptismum graviter lapsos a ſpe venia
exclusit, Pepuzam vicum Phrygiæ, Jerusalem nominavit, o-
mnesque salvari volentes convenire illuc jussit &c. Unde fe-
quaces ejus Pepuzeni etiam, Phryges, & Cataphryges dicti
ſunt: teste S. Epiphario hær. 48. Aſcodrugite quoque, quod
orantes in ſignum triftitiae digitum indicem naſo imponere
confueverint: tascus enim Phrygum lingua perticam, & drug-
gus naſum significat. Nonnulli cum Sabellio trinitatem adeo
Personarum in Divinis negarunt, & ut loc. cit. Epiphanius
lait, in festivitate quadam infantem ærcis aciculis compungen-
tes, ſanguinem ejus ad apparatus sacrificii ſibi comparabant.
S. Hieronymus hæresim eorum ita explicat Ep. ad Marcel-
lam. 55. Nos inquit, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum,
in ſua unumquemque persona ponimus, licet ſubſtantia copu-
lementus; illi (Montanistæ ſcilicet) Sabellii dogma feſtantes,
Trinitatem in unius Personæ anguiſias cogunt. Nos ſecun-
das nuptias non tam appetimus, quam concedimus; illi ir-
itantum putant ſcelerata conjugia iterata, ut quicunque hoc
fecerit, adulter habeatur. Nos unam quadragesimam ſecun-
dum traditionem Apoftolorum tempore congruo jejunamus;
illi tres in anno faciunt quadragesimas, quaſi tres paſſi ſint

in Phrygia opinione hominum tanquam Prophæ-

Salvatores. Non quod & per totum annum excepta Pente-
coste jejunare non liceat , sed quod aliud sit necessitate , ali-
ud voluntate munus offerre. Apud nos Apostolorum locum E-
piscopi tenent ; apud eos Episcopus est tertius : habent enim
primos de Pepuza Phrygiæ Patriarchas , secundos quos ap-
pellant Cenones , atque ita in tertium , id est pene ultimum
locum Episcopi devolvuntur. Illi ad omne pene delictum
Ecclesiæ fores obserant ; nos quotidie legimus : *Malo pænitentiam peccatoris , quam mortem.* Rigidi autem sunt , non
quod & ipsi pejora non peccent , sed hoc inter nos & illos
interest , quod illi erubescunt confiteri peccata quasi justi ;
nos dum pœnitentiam agimus , facilius veniam promeremur.
Prætermitto scelerata mysteria , quæ dicuntur de lastente
puero , & de victuro martyre confarrata. Aperta est bla-
sphemia dicentium , Deum primum voluisse in veteri Te-
stamento per Moysen & Prophetas salvare mundum ; sed
quia non potuerit explere , corpus sumpsisse de Virgi-
ne , & in Christo sub specie Filii prædicantem , mortem
obiisse pro nobis : & quia per duos gradus mundum salva-
re nequiverit , ad extreum per Spiritum Sanctum , in Montanum , Priscam , & Maximillam , insanas feminas descendisse ,
& plenitudinem , quam Paulus non habuerit dicens : *Ex parte cognoscimus , & ex parte prophetamus , abscissum & semivirum*
habuisse Montanum . „ Vide etiam Eusebium lib. 5. Hist.
cap. 15. Theodoret. lib. 3. hær. fab. cap. 2. S. Epiphan. hær.
48. & S. Augustinum lib. de hær. ad Quodvultdeum.

II.) De Theodoto hoc Apollinaris Hierap. apud Eu-
sebium lib. 5. Hist. cap. 16. ita scribit : „ Admirabilis illæ

tæ celebrari cœpissent (multa quippe Divinæ gratiæ miracula in pluribus Ecclesiis etiam tum fieri solita fidem plurimis faciebant eos quoque prophetare) cumque illorum hominum causa dif- fensio orta esset , qui in Gallia erant fratres , privatum de his judicium suum , religiosum in- primis , & cum recta fide consentiens eidem epi- stolæ suæ (quam scilicet de Episcopi Photini alio- rumque gloriose peractis martyriis ad Asianos & Phrygas dederant , & Eusebius cit. libro cap. 1. 2. & 3. diffuse refert) subjunixerunt ; prolatis inter- fectorum apud se Martyrum variis epistolis , quas illi dum in vinculis adhuc essent , partim ad fra- tres in Asia & Phrygia degentes , partim ad Eleu- therum 12.) Romanæ urbis Episcopum scripse-

S. Irenæi Episc. & Mart.

B

rant ,

Theodotus , qui primus prophetiæ illorum quasi procurator quidam fuit , plurimorum sermone perhibetur , falso mentis excessu abreptus fuisse , perinde acsi levaretur aliquando , & assumetur in cœlum , cumque se totum fraudulentissimo spiritui permisisset , ab eo in altum jactatus miserabili exitu periisse . „ Alcibiades quoque ejusmodi impostor fuerit : licet de eo altum alibi sit silentium .

12.) S. Eleutherus Soteri in Pontificatu successit , juxta Pagium utrumque anno Christi CLXX. & sedet ad annum CLXXXV. Favisse illum Montano , dum ex Praxea impo- sturam disceret , nonnulli conjiciunt ex Tertulliano lib. contra

Prax.

rant, pro pace Ecclesiarum quasi legatione fungentes. Sed & iidem Martyres Irenæum, qui tum temporis adhuc Presbyter erat Lugdunensis Ecclesiæ, supradicto Eleutherio per literas commendarunt, eum testimonio suo non mediocriter ornantes, sicut ipsorum verba declarant, quæ sic habent. Te per omnia ac perpetuo optamus in Deo valere Pater Eleuthere. Has literas ut ad te perferret, fratrem & collegam nostrum Irenæum hortati sumus. Quem quidem ut commendatum habeas, rogamus (Græce καὶ παραπλήσιεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραδίσει; & rogamus, ut eum cæteris anteponas) utpote æmulatorem testamenti Christi. Quodsi nobis compertum esset, locum cuiquam conferre justitiam, eum tanquam Presbyterum Ecclesiæ, hunc enim gradum obtinet, tibi in primis commendassimus. ,,

In

Prax. ubi ait: „ Idem tunc Episcopum Romanum agnoscens jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asie, & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis prophetis, & Ecclesiis eorum asseverando, & præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit & literas pacis revocare jam emissas, & a proposito recipiendorum charismatum concessare. „ At cum Montani hæresis sub Soteri cœperit, & laudata verba innuant eam a pluribus Pontificibus reprobatajam fuisse, vix de Eleutherio locutus hic fuerit Tertullianus.

In quem locum Eusebii, doctissimus ejus interpres Henricus Valesius notat, Lugdunenses quidem ad Eleutherum Papam literas vivo adhuc Photino scripsisse, Romamque perferendas Irenæo commendasse: sed cum interim Photinus ex plagis in carcere obiisset, Irenæum illi mox suffectum, & omisso Romano itinere, in Episcopum domi sacratum esse. At si ita, demonstrandum ante omnia foret, plures tum in Gallia Episcopos extitisse, a quorum aliquo post mortem Photini consecrari potuerit Irenæus: quod vix ac ne vix quidem efficiet Valesius: cum per hæc tempora nec Eusebius, nec Gregorius Turonensis, nec Ecclesiæ tabulæ ullum alium præter Photinum, & Irenæum, Galliæ Episcopum repræsentent. Deinde si in vivis adhuc Photinus erat, dum ad Eleutherum Lugdunenses scribebant, cur non ejus nomine legationem hanc Irenæo deferunt? cur aliquo saltem verbulo male affecti Episcopi non meminerunt? cur sollicite adeo legatum Pontifici commendant? nec commendant solum, sed rogant etiam ἔχειν αὐτὸν ἐν πασὶθέσι, ut eum cæteris præponat? Hæc profecto viduatam Pastore Ecclesiam, precesque pro Irenæo in demortui locum eligendo, & consecrando indicare videntur. Neque incredibile est, quod-

urget Valesius, Lugdunenses in ipso persecutionis æstu, præcipuum lumen & decus suum Irenæum procul adeo ablegare voluisse, posteaquam Photino se privatos ingemuerunt. Nam si credere vir eruditus potest, Episcopo illo *plusquam nonagenario*, & corpore partim ob senectutem, partim vi morbi penitus exhausto, & ægre spiritum jam trahente, ut in Epistola ad Afianos & Phrygas legitur, a superstibus Martyribus Romam destinatum esse Irenæum: cur incredibile censeat eum post effœti senis obitum legationem suam obiisse? Detrimenti certe haud paulo plus metuendum erat Galliæ ex defectu omnis Episcopi, quam ex unus quamvis admodum utilis Presbyteri non diuturna absentia: cum præsertim is Pastorali mune re auctus redditurus non dubitaretur.

In Episcopum igitur ab Eleuthero sacratus Irenæus ut Lugdunum revertit, ad reparanda, quæ gentilium furor intulerat, Ecclesiæ damna animum fine mora applicuit: felici adeo proven tu, ut quemadmodum S. Gregorius Turonensis lib. 1. Hist. Francor. c. 29. ait,, in modici temporis spacio prædicatione sua integrum fere civitatem illam reddiderit Christianam., Nec Lugduni finibus contentus, in reliquam quoque Galliam, quin universam Ecclesiam curas exporrexit,

qua

qua missis in regiones varias discipulis , qua elucubratis adversus irrepentes hæreses & schismata libris. Acta SS. Ferreoli Presbyteri , & Ferutonis Diaconi , atque alia SS. Felicis Presbyteri , Fortunati & Achillei Diaconorum ajunt , duos quidem priores Vesontionem 13.) tres autem posteriores Valentiam ab Irenæo missos esse , ut per ea loca fementem Evangelicam spargerent. Photius quoque edit. Genev. an. MDCXII. Cod. 121. recensens scripta S. Hippolyti , eum Irenæi nostri discipulum fuisse ait : Et in Epistola Smyrnensem , prout ab Ufforio Londini edita est , ad calcem legitur : Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάιος , ἐκ τῶν Ἐιρηναίων , μαθητῶν τῆς Πολυκαρπεῖας , ὃς καὶ συνεπόλεμος τῷ Ἐιρηναῖῳ . Hæc ex libro Irenæi discipuli Polycarpi descripsit Catus , qui etiam versatus est cum Irenæo.

Sedente Victore 14.) cum de Paschatis die controversia orta esset , Irenæus traditioni qui-

B 3 dem

13.) Vesontio Gallis Besancon urbs est in Comitatu Franciæ ampla , & munita , quam fluvius Dubis Doux medianus secat. Valentia vero Gallis Valence Segalaunorum quondam urbs in Delphinatu sita est ad Rhodanum , hodie Episcopatu & Academia illustris.

14.) Victor Papa Eleutheri successor sedidit ab anno CLXXXV. ad CXCVII. Agitata autem de Paschate contro-

ver-

dem Apostolicæ inhærens , id nonnisi Dominica Lunam XIV. mensis verni consequente celebrandum esse cum plerisque censuit, sed ut nomini suo , quod pacis studiosum Græcis significat , responderet , in id ante omnia enitendum putavit , ne pax eapropter rumperetur , & schismatis quidpiam in Ecclesia excitaretur. Hinc de retinendis in communione Asianis fecus opinantibus , cum Victore graviter egit , fulmenque intempestivum jam pene intortum validis rationum momentis e manibus ejus feliciter exemit. Ortum , progessumque causæ sic describit Eusebius lib. 5. Hist. cap. 23. & 24. „ Iisdem temporibus (Victoris Papæ) gravi controversia orta , eo quod omnes per Asiam 15.) Ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ , quartadecima Luna salutaris Paschæ fe-

versia videtur duodecimo Pontificatus ejus anno , Christi CXCVI. quia S. Hieronymus lib. de Vir. illustr. inter alia ait , Theophilum Cæsariensem sub Severo Principe adversus eos , qui XIV. Luna cum Judæis Pascha faciebant , cum cæteris Episcopis Synodicam Epistolam scripsisse : & Eusebius in Chronico controversiam illam anno quarto Septimii Severi Imperatoris illigat , qui cum Victoris duodecimo idem est.

15.) Asia apud veteres pluribus modis summebatur. I. scilicet pro tertia orbis parte : quo sensu etiam major Asia dicebatur. II. pro portione hujus partis , complectente Cili-

festum diem celebrandum esse censebant, quo die

B 4 præ-

Iliciam, Lycaoniam, Paphlagoniam, Pontum, Cappadociam, Bithyniam, Phrygiam, Mysiam, Lydiam, Pamphiliam, Aeoliam, Joniam, Lyciam, & Cariam: quæ omnes regiones minoris Asiae nomine veniebant. III. pro occidua minoris Asiae parte, quæ mari Aegeo alluitur, & ab ortu Phrygiam, ab Austro Cariam, ab Aquilone Bithyniam habet, complectiturque Joniam, Lydiam, & Mysiam: quæ regiones Asia proprie dicebantur. Unde & Asiam Lydiacam, & Pergamenam, tanquam partes Asiae proprie dictæ nonnunquam legimus. Quo sensu Eusebius isthic Asiam accipiat, non sat liquet; videtur tamen de Asia proprie dicta intelligendus esse: tum quod Episcopos Ponti, qui itidem ad minorem Asiam pertinebant, Victori consensu diserte dicat, tum quod ii omnes, quos Polycrates in oppositum paulo infra allegat, in Jonia fere aut Lydia Ecclesiæ gubernarint. Cæterum S. Athanasius lib. de Synodis inter alia ait: οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Συγίας, καὶ Κιλικίας, καὶ Μεσοποταμίας ἐχώλευον περὶ τὴν ἱερήν, καὶ μερὶ τῶν Ιαδαίων ἐποιῶντο Πάσχα. Syri, Cilices, & Mesopotameni claudicabant circa festum, & cum Judæis faciebant Pascha. Idemque de Antiochenis suis fatetur S. Chrysostomus tomo V. homil. 55. At Constantinus Imperator in Epistola ad Ecclesiæ de Nicæna Synodo, non modo Ciliciam, sed ipsam adeo proprie dictam Asiam ē Quartadecimanorum numero eximit, ita scribens: „Cum hoc emendari oporteret, ut nihil nobis commune esset cum illorum Domini interfectorum, & parricidarum confuetudine, cumque hic ordo decentissimus sit, quem omnes tam Oc-

ci-

præscriptum erat Judæis , ut agnum immolarent :
 16.) eaque omnino Luna in quamcunque demum
 diem septimanæ incidisset , finem jejuniis impo-
 nendum esse statuebant : cum tamen reliquæ toti-
 us

cidentalium , quam Meridianarum , & Septentrionalium orbis
 partium Ecclesiæ , ac nonnullæ quoque Orientalium servant ;
 idcirco id æquum rectumque esse omnes judicaverunt , quod
 vobis placitum esse spopondi : ut scilicet quod in Urbe
 Roma , perque omnem Italianam , Africam , Ægyptum , per
 Hispaniam , Gallias , Britannias , Lybias , per universam A-
 chajam , per Asianam , & Ponticam diœcesim , per Ciliciam
 denique concordi sententia observatur , id vestra quoque pru-
 dentia libentibus animis amplectatur . „ Unde statui pro cer-
 to nequit , quænam Ecclesiæ Victoris tempore Pascha cum
 Judæis celebraverint : quin videntur omnino quædam morem
 illum ante Nicenam Synodus deposuisse , aliæ primum post
 motam a Victore controversiam adoptasse .

16) Exodi 12. v. 1. & sequ. *Dixit Dominus ad Moysen , Mensis iste (Nisan scilicet , seu Vernus) primus erit in mensibus anni . Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas... Et servabitis eum usque ad quartadecimam diem mensis hujus , immolabitque eum omnis multitudo filiorum Israhel ad vesperam . Primo die , quartadeci- ma die mensis ad vesperam comedetis azyma , usque ad diem vigesimam primam ejusdem mensis ad vesperam . Et Lev. 23. v. 5. Primo mense quartadecima die mensis ad vesperam Phasæ Domini est . Hebr. בֶּן הָעֲרוֹבִים פֶּסַח לְיְהוָה Inter duas vesperas Pesach seu Pascha Domini .*

us orbis Ecclesiæ alio more uterentur , qui ex Apostolorum traditione profectus etiamnum servatur ; ut scilicet non alio quam Resurrectionis Dominicæ die jejunia solvi liceat . Synodi ob id cœtusque Episcoporum convenere , atque omnes uno consensu Ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt : ne videlicet ullo alio quam Dominico die mysterium resurrectionis Domini unquam celebretur , utque eo dunt taxat die Paschalium jejuniorum terminum observemus . Extat etiamnum Epistola Sacerdotum , qui tunc in Palæstina 17.) congregati sunt præside Theophilo Cæfareæ 18.) Palæstinæ , & Nar-

B 5

ciffo

17.) Palæstina a Philistæis incolis nomen trahit , & pressæ sumpta quinque civitates , nempe Gazam , Ascalonem , Geth , Accaron , & Azotum complectitur . Sæpe tamen latius Palæstinæ nomen summitur , pro Chanaanide tota , seu pro Judæa , Samaria , & Galilæa : quo sensu ab Oriente habet montem Libanum , ab Occidente mare Phœnicum , a Septemtrione Phœnicen , & a Meridie Arabiam Petram .

18.) Civitas hæc olim Turris Stratonis dicebatur : sed cum Herodes senior eam magnifice innovasset , in honorem Augusti Cæfaream appellavit . Post expugnatam Judæam a Vespasiano Syriae contributa , & Flavia Colonia dicta est : post ejus tamen obitum Cæfareæ nomen recepit . Episcopus ejus post eversam Jerosolymam supra cæteros Palæstinæ se extulit , jureque Metropolitico iis præfuit .

cisso Hierosolymorum 19.) Episcopis. Alia item extat Epistola Synodi Romanæ , cui Victoris Episcopi nomen præfixum est. Habentur præterea literæ Episcoporum Ponti , 20.) quibus Pal-

19.) Hierosolyma olim Salem , & Sebus dicta , a Melchisedech rege ac Sacerdote condita videtur. In divisione Chananeæ Tribui Benjamin obtigit : sed primum a Davide e Jebusæorum manibus erepta , regumque Judææ sedes facta est. Evertit eam post annos CDL. Nabuchodonosor , & post LXX. restauravit Esdras. Rursum sexcentis post annis a Tito funditus deleta est , relictis duntaxat Phaselo , Hippico , & Mariamne turribus , ac muri parte , qua ab occidente cingebatur , ut pro castris militi Romano serviret. Aelius Hadrianus LX. post annis eam non tam instauravit , quam novam urbem in vicinia condidit , Aeliamque dici jussit ; Judæos autem eo accedere omnino vetuit , præterquam semel in anno , dum persoluto militibus grandi precio suum & templi excidium deplorabant. Christiani imminentे Titii obsidione , Pellam trans Jordanem commigrarunt , diuque illic Jerosolymorum Episcopi residebant. In Aeliam postea redierunt quidem , Cæsariensi tamen Metropolitæ suberant fere usque ad Concilium Chalcedonense , licet Aelia Jerosolymæ nomen diu ante receperit. Vide si lubet Josephum lib. 6. & 7. de Bell. Jud. Eusebium lib. 4. Hist. c. 6. &c.

20.) Pontus minoris Asia regio est Euxino mari apposita , inter Paphlagoniam ad ortum , & Bithyniam ad occasum : unde & Pontus Bithyniæ aliquando dicebatur. Est item Pontus Europæ regio , & Mœsiæ inferioris pars eidem

Eu-

Palma utpote antiquissimus 21.) præfuit. Epistola quoque Ecclesiarum Galliæ 22.) extat, quibus præerat Irenæus. Ecclesiarum quoque Oſdroenæ 23.) provinciæ, & in urbibus regionis illius constitutarum literæ visuntur. Seorsim vero Bachyli Corinthiorum 24.) Episcopi, aliorum-

Euxino ad sita. Sed & Pontus Galatiæ, Pontus Cappadociæ, Pontus Polemoniacus, & Hellepontus minoris Asiæ regiones sunt, Euxino mari itidem adjacentes.

21.) Primis Ecclesiæ seculis in multis regionibus Metropolis nulla erat: hinc dum id genus regionum Episcopi conveniebant ad Synodum, antiquissimus præsidebat: quemadmodum hodieque fieri solet, si Metropolitanus impediatur.

22.) Quamvis in Gallia controversiæ hujus tempore plures fuerint Ecclesiæ, puta Lugdunensis, Viennensis, Vesonionensis, Valentina, omnibus tamen unus præerat Irenæus: vix igitur tunc aliud præter eum Gallia Episcopum habuit. Atque hac de causa Epistolam quoque inde datam, Ecclesiarn Galliæ, non tamen Synodicam vocari ab Eusebio opinor.

23.) Oſdroena vel Oſhroena Mesopotamiæ regio est, inter Euphratem & Chaboram fluvios, Syriæ & Comagenæ contermina. Caput illius Edessa erat, quæ & Callirhoe, & Antiochia Oſhroenorum dicebatur.

24.) Corinthus Græciæ urbs per celebris erat intra Isthmum Peloponnesiacum, olim etiam Epope, Heliopolis, & Ephrya dicta. Habuit vero suum peculiare territorium: & idcirco

rumque complurium epistolæ extant. Qui omnes eandem fidem, eandemque doctrinam proferentes, unam edidere sententiam.. Episcopis vero Asiæ, qui morem sibi a Majoribus traditum retinendum esse acriter contendebant, Polycrates prærat. Qui quidem in ea epistola, quam ad Victorem, & ad Romanæ urbis Ecclesiam scripsit, traditionem ad sua usque tempora propagatam exponit his verbis. Nos verum ac genuinum agimus diem, nec addentes quidquam; nec detrahentes. Etenim in Asia magna lumina extincta sunt, quæ illo adventus Domini die resurgent, cum Dominus e Cœlo veniet plenus majestate & gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e XII. Apostolis 25.) qui mortuus est

Hie-

circo ni fallor, Episcopus ejus ad Synodum cum aliis non convenit, sed seorsim Ecclesiæ suæ judicium de Paschæ controversia ad Victorem perscripsit.

25.) Philippo Apostolo de XII. uxorem & filias tribuit etiam Clemens Alexandr. dum Marcionitas aliosque hæreticos matrimonii hostes impugnans lib. 3. Strom. ante med. ait: „ An etiam reprobant Apostolos ? Petrus enim & Philippus liberos procrearunt, Philippus autem filias quoque suas viris tradidit. Et Paulus certe non veretur in quadam Epistola suam appellare conjugem, quam non circumferebat, quod non magno ei opus esset ministerio. Dicit itaque: *Non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sic ut*

Hierapoli 26.) & duæ ejus filiæ , quæ virgines
con-

ut & reliqui Apostoli? (1. Corint. 9. v. 5.) Sed hi quidem ,
ut erat consentaneum ministerio , quod divelli non poterat ,
prædicationi scilicet attendentes , non ut uxores , sed ut so-
rores circumducebant mulieres : quæ una ministraturæ essent
apud mulieres , quæ domos custodiebant , per quas etiam in-
gynæcæum absque ulla reprehensione , malave suspicione ,
ingredi posset doctrina Domini. „ Ita ille. Consentire vi-
dentur Græci in Menæis suis ad diem IV. Septembribus S.
Hermionen celebrantes in hæc verba : Τῇ ἀντῇ ἡμέρᾳ μη-
μη τῆς ἀγίας Ἐγκύρως , μνᾶς τῶν θυγατέρων φιλίππων
τῆς Ἀποστόλου. Et in Menologio Basiliæ Imper. iussu edi-
to : „ Sancta Martyr Hermione filia Philippi Apostoli flo-
ruit Trajano Imperatore. Habuit autem sororem nomine
Eutychen : cum qua Ephesum perrexit , ut Joannem Theo-
logum adorarent &c. „ Verosimilius tamen est Philippum
illum filiarum patrem non fuisse Apostolum de XII. sed de
VII. Diaconis. Hunc namque a prædicato Evangelio Græ-
ci itidem Apostolum vocant , & in Menæis S. Hermione
eius esse filiam diserte ajunt , qui Candacis reginæ eunuchum
baptizavit Act. 8. Eidem quatuor filias tribuit Scriptura
Act. 21. v. 8. & 9. Eusebius quoque notata hic Polycratis
verba referens lib. 3. Hist. c. 31. mox subjungit. „ Præterea
in Dialogo Caji , cuius supra fecimus mentionem , Procul-
lus . de Philippi , ejusque filiarum exitu plane consentiens
cum iis , quæ modo retulimus , sic ait : Quatuor post hæc filiæ
prophetides fuerunt Hierapoli Asiae civitate ; ubi etiam
earum , & patris Philippi sepulchrum visitur. Lucas vero in

Acti-

confenerunt : alia quoque ejusdem filia , quæ
Spi-

Actibus Apostolorum Philippi filianum meminit , quæ dono prophetice ornatae apud Cæsaream Judææ tunc temporis cum patre degebant. *Venimus inquit Cæsaream , & ingressi in domum Philippi Evangelistæ , qui erat unus e VII. mansimis apud eum. Huic autem erant quatuor filiae virgines prophetantes.* Act. 21. v. s. & 9., Quibus verbis modeste corrigere Policratem, dictaque ab eo de Philippo e XII. ad Philippum de VII. transferre Cæsariensis videtur. Adde & S. Hieronymum , qui lib. 1. in Jovinian. circa n.ed. ita habet : „ Quanquam excepto Apostolo Petro non sit manifeste relatum de aliis Apostolis , quod uxores habuerint ; & cum de uno scriptum sit , ac de ceteris tacitum , intelligere debemus sine uxori- bus eos fuisse , de quibus nil tale Scriptura significet.

26.) Hierapolis urbs minoris Asie in magna Phrygia prope Laodiceam sita erat , quæ hodie Turcis Seldescheher dicitur. In ea Philippum e XII. sepultum esse , consentiunt quidem Martyrologia , at Philippus quoque de VII. ibidem contumulatus videtur. Neque enim is in Judæa semper ha- fit , sed alias etiam regiones prædicando obivit. Græci in Menologio eum Trallis fuisse Episcopum ajunt : unde facile Hierapolim procurrere , & finire isthic potuit. Filiæ aut patrem fecutæ fuerint , aut alteri Apostolo in Asiam profi- ciscenti Judæorum more ministraturæ se adjunxerint : ideoque nil vetat , quominus duæ ex illis Hierapoli , & tertia Ephesi obiisse dicatur , cum quarta Cæsareæ , aut alibi gentium jam ante finisset. Apud Sanctum Hieronymum edit. Basil. anni MDXXXVII. lib. de Vir. illustr. in elogio Philippi e XII.

legi-

Spiritu Sancto afflata vixit, & Ephesi requiescit.
Præ-

legitur fateor in hæc verba : „ Philippus Apostolus in Phrygia prædicat Evangelium Domini Jesu , & sepelitur Hierapolis *cum filiabus* honorifice. „ Et ibidem cap. ult. librum hunc an. XIV. Theodosii , ac post duos in Jovinianum se scripsisse testatur S. Doctor : ut idcirco correxisse hic , quæ lib. I. in Jovin. dixerat , & Philippi e XII. matrimonium ac liberos agnovisse videatur. At eruditiss. Dominicus Vallarsius , qui opera S. Hieronymi anno MDCCXXXV. Veronæ edidit , observat in primis SS. Andreæ , Jacobi Zebedæi , Philippi , Bartholomæi , Thomæ , Simonis Cananæi , & Mathiae Apostolorum , Timothei item , Titi , ac Crescentis discipulorum elogia non esse a S. Hieronymo scripta : tum quia S. Doctor in Prologo laudati libri diserte ait eos tantum isthic commemoratum iri „ qui de Scripturis sanctis memoriae aliquid prodiderunt , & idcirco inter Scriptores Ecclesiæ numerantur ; „ cujusmodi Philippus , aliique nunc recensiti non sunt : tum quia elogia isthæc in nullo S. Hieronymi MS. Latino reperiuntur , solusque Erasmus in Græco quadam Codice ea se reperisse dicit , & ex eo Latine redditia Basileensi editioni inferuit. Observat præterea postrema de Vir. illustr. verba , quibus libri in Jovinianum commemo- rantur , aliena manu afflata videri : quia in MSS. dempto unico Chuniacensi , non leguntur , & Præfatione in Jonam libros illos posterius a se scriptos esse innuit S. Doctor , cum ait : „ Scripsi librum de Viris illustribus , & adversus Jovinianum duo volumina , Apologeticum quoque , & de optimo genere interpretandi ad Pammachium &c. „ Frustra igitur S. Hieronymus ad probandum Philippi e XII. matrimonium allegatur.

Præterea Joannes , qui in sinu Domini recubuit : qui etiam Sacerdos fuit , & laminam gestavit , 27) Martyr denique , & Doctor extitit. Hic inquam Joannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque , qui apud Smyrnam Episcopus & Martyr fuit , itemque Thraseas 28.) Eu menia Episcopus & Martyr , qui Smyrnæ requiescit.

27.) Inter ornamenta summi Sacerdotis Judæorum fuisse etiam laminam auream , docet Scriptura Exod. 28. v. 28. & sequ. ubi legimus : *Facies & laminam de auro purissimo , in qua sculpses opere cælatoris , Sanctum Domino . Ligabisque eam vita hyacinthina , & erit super tyaram imminens fronti Pontificis.* At Joannem Apostolum non fuisse synagogæ Pontificem , nec de sacerdotali genere oriundum certum est. Si itaque laminam ejusmodi , Græcis πέταλον Χρυσὸν gestavit , id eo consilio fecerit , ut Sacerdotium Aaronis defecisse , eoque nobilius in Ecclesia Christi institutum esse ostenderet. S. Epiphanius hær. 29. & 78. etiam Jacobum fratrem Domini & Jerosolymorum Episcopum laminam id genus gestasse scribit : idemque de S. Marco Evangelista tradit Auctor MS. passionis ejus.

28) S. Thraseam Apollonius apud Eusebium lib. 5. Hist. cap. 18. martyrio coronatum esse ait circa id tempus , quo Maximilla prophetissam Montani agere Pepuzæ cœpit , id est circa annum Christi. CLX. Eumenia vero alia est urbs Phrygia , ab Eumene Philadelpho ita dicta , alia in Thracia , alia in Caria , & alia in Hyrcania.

escit. Quid Sagarim 29.) Episcopum, eundemque Martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papyrium, 30.) quid Melitonem 31.) eunuchum, qui Spiritu Sancto afflatus cuncta geslit, & Sardibus situs est, adventum Domini de cœlis, in quo resurrecturus est, expectans. Hi omnes 32.) diem Paschæ quartadecima Luna juxta Evangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, ex traditione cognitorum

S. Irenæi Episc. & Mart.

C

meo-

29.) Sagaris Martyris meminit S. Melito lib. de Pascha apud Euseb. lib. 4. Hist. cap. 26. passumque Servilii Pauli Assæ Proconsulis tempore, forte circa an. CL. scribit.

30.) De B. Papyrio nulla alibi apud Eusebium mentio. Simeon Metaphrastes vero eum S. Polycarpi in Ecclesia Smyrnensi successorem fuisse ait.

31.) S. Melito Sardis in Lydia ad Tmolum montem, super Pastolum fluvium Episcopus, imperante M. Aurelio floruit, eique pro re Christiana Apologeticum obtulit. Non videtur fuisse eunuchus carne, sed spiritu tantum: quia S. Hieronymus eum vocat eunuchum in Sancto Spiritu, & Ruffinus eunuchum propter regnum Dei. Obiit autem circa annum CLXXX.

32. Polycarpum, aliosque hic recensitos Luna XIV. celebrare Pascha consueisse indubitatum videtur, de Joanne tamen, alove Apostolo ego fateor mihi persuadere id non possum, ex rationibus infra dandis.

meorum, quorum etiam nonnullos affectatus sum
(fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis
Episcopi, quibus ego octavus accessi) qui qui-
dem omnes semper Paschæ diem tunc celebra-
runt, cum Judæorum populus fermentum abji-
cit. Ego inquam fratres quinque & sexaginta
annos natus in Domino, qui cum fratribus toto
orbe dispergis sermonem sæpe contuli, 33.) qui
scripturam sacram omnem perlegi, 34.) nihil mo-
veor iis, quæ nobis ad formidinem intentantur.
Etenim ab illis, qui me longe maiores erant,
dictum scio: *Obedire oportet Deo magis quam ho-*
minibus. (Act. 5. v. 29.) Possem etiam Episcopo-
rum, qui mecum sunt, facere mentionem, quos
petistis, ut convocarem, sicut & feci: quorum
nomina si adscripsero, ingens 35.) numerus vide-
bitur.

33.) Mirum hæc a Polycrate dici. Si enim cum disper-
gis toto orbe fratribus sermonem vel semel contulisset, intel-
lexisset profecto, se suosque Asianos in celebrando Paschate
ab omnibus pene dissentire: ut celebratæ ea de re synodi do-
cent.

34.) Quantilla eruditio, quæ perfectis semel Sacris
Literis definitur! Sed qui ceras Majorum, canosque ostent-
ant, cum vel delibarint quidpiam, supra alios sibi erudit*i*
videntur, nec deduci facile a concepta semel opinione sus-
tinent.

35.) Cum post annos circiter LXX. controversia agi-
tari

bitur. Hi cum me pusillum hominem invisiſſent, epistolam noſtram affenſu ſuo comprobarent, gnari me canos iſtos non fruſtra geſtare, ſed vi-tam ex præceptis, iñtitutis que JESU Christi ſemper egiffe. 36.) His ita geſtis Victor Roma-næ urbiſ Epifcopus illico omnes Afia, vicina-rumque provinciarum Eccleſias, tanquam con-traria rectæ fidei ſentientes, a communione ab-ſciadere conatur, 37.) datiſque literis univer-

C 2

ſos,

tari de Baptiſmo hæreticorum cœpit, teſte S. Auguſtino lib. 3. contra Cresconium Grammaticum cap. 3. improbantes illum Afiani Epifcopi vix quinquaſinta erant, millia autem toto orbe, qui probabant. Non igitur admodum ingens E-pifcoporum numerus in Afia eſſe potuit, qui cum Polycrate contra orbem reliquum de Paſchate ſentiebant.

36.) Quin ad leges Evangelicas vitam iñtituerit Poly-crates, ego quidem non ambigo; in Pafeore tamen non ſola morum integritas, ſed doctriñæ etiam eminentia requiriſtur: quia oves ſuas verbo & exemplo paſcere debet, potenſque eſſe exhortari in doctriña ſana, & eos, qui contradicunt, ar-guere. Tit. 1. v. 9.

37.) An Victor Papa ultra minas excommunicationis hac in cauſa proceſſerit? Eusebii verba inter ſe & cum Irenæi verbiſ collata dubium faciunt. Socrates quidem ea de infli-cta reaſpe excommunicatione intellexit lib. 5. Hist. Eccleſ. cap. 22. inquiens: „Victor Romanæ urbiſ Epifcopus im-moderato iracundiaſ ſuccenſus æſtu, Quartadecimanis, qui in

Afia

fos , qui illic erant , fratres proscriptit , & ab unitate Ecclesiæ prorsus alienos esse pronunciat . Verum hæc non omnibus placebant Episcopis . Proinde Victorem ex adverso hortati sunt , ut ea potius sentire vellet , quæ paci & unitati , charitatique erga proximum congruebant .. Ex quorum numero Irenæus in Epistola , quam scripsit nomine fratrum , quibus præerat in Gallia , illud quidem defendit , solo die Dominico Resur-

re-

Asia erant excommunicationis libellum misit . . ut in quinto Ecclesiastice Historie libro tradit Eusebius . , At longe aliter coævus Socrati Sozomenus , qui lib. 7. Hist. suæ c. 19. scribit : , Controversiam sapientissime dissoluisse videtur Victor , tunc Romanorum Episcopus . Nam quoniam Occidentales Episcopi traditionem Pauli , atque Petri abrogandam non esse censebant ; Asiani vero Joannem Evangelistam sequi se velle affirmabant , ex communi consilio placuit , ut singuli festum , prout consueverant , celebrantes , a mutua inter se communione nequaquam discederent . , S. Hieronymus quoque ultra minas processum non esse inuuit , cum lib. de Vir. illust. in Irenæo , ait : , Victor multos Asiarum & Orientis Episcopos , qui XIV. Luna cum Judæis Pascha celeabant , damnandos crediderat . In qua sententia hi , qui discrepabant ab illis , Victori non dederunt manus . , Idemque longe ante Eusebium testatur Firmilianus in sua ad Cyprianum Epistola ita scribens : , Scire quis potest circa celebrandos Paschæ dies , & circa multa alia esse diversitates aliquas .. nec tamen propter hoc ab Ecclesiæ Catholice pace atque unitate aliquando discessum est. ,

rectionis Domini mysterium esse celebrandum ,
Victorem tamen decenter admonet , ne integras
Dei Ecclesias , morem sibi a Majoribus traditum
custodientes , a communione abscindat. Et post
multa alia in eam sententiam dicta , his etiam u-
titur verbis. Neque enim de die 38.) solum

C 3

con-

38.) Jejunandum esse ante Pascha , ex Apostolica tradi-
tione , Irenæi ævo certum omnibus erat : at de tempore , ali-
isque jejunii adjunctis non perinde conveniebat. Qui enim
luna XIV. celebrandum Pascha putaverunt , jejunium quoque
ea die finiebant , cum alii id una cum Paschate usque ad Do-
minicam consequentem prorogarent : licet ex his etiam alii
aliis diutius jejunarint , ut videbimus. In modo vero seu
forma jejunii quanta varietas fuerit , colligere licet ex iis ,
quæ longe post , id est cadente Seculo IV. S. Epiphanius
juxta edit. Colon. an. MDCLXXXII. in Expositione Fidei
scribit in hæc verba . „ Ante septem Paschatis dies Qua-
dragesimam observare , atque in jejuniis perseverare consue-
vit Ecclesia : Dominicis vero nullis omnino , ne ipsius qui-
dem Quadragesimæ jejunare solet. Propterea sex illos Pa-
schatis (intellige majoris Hebdomadæ) dies xerophagiis ,
hoc est arido victu transfigere populus omnis assuevit , pa-
nem duntaxat cum sale & aqua sub vesperum adhibens. Imo
nonnulli ad biduum , vel triduum , vel quatriduum usque je-
junia prorogant (Græce ὑπέρτειται superponunt) alii
totam hebdomadam usque ad sequentis Dominicæ gallicini-
um sine cibo transmittunt. Pervigilia vero (noctem totam
in Ecclesia vigilando) sex obeunt , ac totidem Synaxes (seu

con-

controversia est, sed etiam de forma ipsa jejunii.

Qui-

conventus ad Divina mysteria) quæ tota Quadragesima post horam nonam ad vesperam usque celebrantur. At quibusdam in locis ea solum nocte, quæ quintam feriam sequitur, & in feriam sextam definit, atque in ea, quæ Dominicam antecedit, pervigilant. Aliis in locis V. feria Divini mysterii cultus hora tertia celebratur; atque ita missio populi fit, ut in aridorum usu persistant. Alibi vero Divini mysterii cultus non prius indicitur, quam Dominicus dies illuxerit, cum sub gallorum cantum dimittitur populus ipso Resurrectionis festo, ac solenni celeberrimoque Paschatis die., De seculo V. Sozomenus l. 7. Hist. Eccles. c. 19. ita habet., Quadragesimam, in qua populus jejunare solet, alii quidem sex dierum septimanis computant; ut Illyrii, & Occidentales, totaque Africa, & Ægyptus, ac Palæstina: alii vero septem hebdomadis; ut Constantinopoli, & per cunctas in circuitu provincias usque ad Phœnicen. Non nulli e sex aut septem illis hebdomadis tres per intervalla jejunant: alii tres simul hebdomadas Paschale festum proxime antecedentes continuant., Et Socrates l. 5. Hist. c. 22., Jejunia illa inquit, quæ ante Pascha sunt, aliter apud alios observari reperias. Nam qui Romæ sunt, tres continuas hebdomadas ante Pascha, exceptis Sabbato & Dominico die jejunant. Qui vero in Illyrico & per universam Achajam, & Alexandriæ sunt, sex ante Pascha septimanas jejunant, idque jejunium Quadragesimam vocant. Alii septima hebdomade ante Pascha jejunium ordiuntur; at tres duntaxat septimanas quinque dierum singulas per intervalla

Quidam enim existimant unico die sibi esse jejunandum 39.) alii duobus, alii pluribus: nonnulli

C 4 etiam

valla jejunant: nihilominus hoc tempus ipsi quoque Quadragesimam appellant.. Neque in dierum numero duntaxat, verum etiam in ciborum abstinentia discrepare inter se reperiuntur. Nam alii quidem ab animatis penitus abstinent: alii ex animantibus pisces solos comedunt: nonnulli cum piscibus, etiam avibus vescuntur, ex aquis, ut est apud Moysen, eas quoque conditas esse affirmantes. Quidam ab omni arborum fructu, & ab ovis abstinent: quidam solo vescuntur pane: alii ne hoc quidem utuntur. Nonnulli usque ad horam nonam jejunantes, quovis posthac ciborum genere utuntur absque discriminē &c., Mirum tamen quod Socrates Romanos non jejunasse sabbato dicat, cum infra hoc ipso capite diserte scribat. *Romæ singulis sabbatis jejunant.*

39.) Varia apud veteres jejunii genera fuisse certum est, quæ Tertullianas l. de Jejun. per nullas, *aridas*, & *seras escas* explicat, primumque absolute *jejunium*, alterum *xerophagiam*, tertium *stationem* vocat. „ Propterea inquit, per singulas direximus species Jejunationum, Xerophagiæ, Stationum: ut dum recensemus secundum utriusque Testamenti paraturam, quantum proficiant vel recusati, vel recisi, vel retardati pabuli officia, eos retundamus, qui hæc velut vacantia infirmant. „ Porro jejunium stationum agebatur feria IV. & VI. toto anno, dempta Pentecoste, & Epiphaniæ die, solvebaturque post finitam synaxim hora nona, seu nostra pomeridiana circiter tertia. Ita enim S. E.

pipha-

etiam quadraginta horis 40.) diurnis ac nocturnis
com-

piphanius in Expos. Fid. num. 22. „ Sacri conventus seu synaxes ab Apostolis instituti sunt his potissimum diebus , quarta sextaque feria , & Dominica : item quarta sextaque feria jejunium ad horam usque nonam ... Isteusmodi jejuniū in Ecclesia Catholica diligenter observatur , quarta ut dixi , sextaque feria ad horam usque nonam , exceptis quinquaginta Pentecostes diebus , quibus nec genua flectuntur , nec jejunium indicitur . Pro illis vero conventibus , qui ad horam uonam IV. VIque feriis celebrari confuerunt , per illos dies perinde ac Dominica die matutinæ synaxes ob- euntur . Sed neque Epiphaniorum die , quo Dominus secundum carnem natus est , jejunare licet , tametsi in IV. vel VI. feriam inciderit ... Tota vero Quadragesima synaxes post horam nonam ad vesperam usque celebrantur . „ Unde Quadragesimæ tempore jejunium quoque nonnisi sero vespere sol- vebatur . Jejunium Xerophagiæ quibusdam in locis tota Quadragesima servabatur , ut docet Concilium Laodicenum Can. 50. præcipiens : Δεῦ πᾶσαν τὴν τεσσαράκοντα νησί- νειν ξηροφαγίαντας , oportere totam Quadragesimam jeju- nare aridis cibis vescentes . Plerique tamen jejunium hoc sola majori hebdomada observabant , ut ex S. Epiphanio su- pra audivimus . Montanistæ autem teste Tertulliano 1. de Jejun. „ duas in anno hebdomadas Xerophagiarum , exce- ptis Sabbatis & Dominicis agebant . „ Jejunium denique ab- solute dictum , seu in totali cibi potiusque abstinentia situm , sola majoris hebdomadæ sexta feria , & fortasse Sabbatho ex lege servabatur , ut docet Tertullianus 1. de Orat. versus fi-

nem

computatis diem suum metiuntur. Atque hæc

C 5

in

nem inquietus. „ Die Paschæ , quo communis & quasi publica jejunii religio est , merito deponimus osculum , nihil curantes de osculando , quod cum omnibus faciamus . „ Et 1. de Jejun. Montanizans jam „ Cur inquit , stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus , & jejunis Parascœven ? quamquam vos etiam Sabbatum si quando continuatis , numquam nisi in Pascha jejunandum . „ Quæ postrema verba illud etiam indicare mihi videntur , Catholicos saltem Romanos , aliis quoque Sabbatis per Quadragesimam , aut Quartuor Tempora rigidissimum hoc jejunium observasse . In quem sensum & illa S. Leonis Papæ verba accipienda puto Serm. 4. de Quadrag. versus fin. „ Secunda igitur , & quarta , & sexta feria jejunemus , Sabbato autem apud S. Petrum vigilias celebremus . „ Nam cum S. Doctor in hoc ipso sermone Quadragesimam dierum quadraginta exercitationem & jejunium vocet , persuadere mihi nequeo , ævo illicius Romanos non plus triduo quot hebdomadis Quadragesimæ jejunasse , sed III. quidem & V. feria usitato aliis more usque ad vesperam , II. IV. & VI. feria cum xerophagia , Sabbato autem cum totali cibi abstinentia & vigilia , jejunum observasse existimo . Quidquid sit , rigidissimum hoc jejunium nonnulli tota majori hebdomada , aut saltem compluribus ejus diebus observabant , cum aliis xerophagiæ tantum , vel simile stationum jejunio observarent ; ut ex S. Epiphanio audivimus , docetque etiam S. Dionysius Alexandr. Ep. ad Basilidem can. 1. ita scribens . „ Eos quidem , qui multum festinant , & ante medianam noctem (Dominicæ Pascha-

in observando jejunio varietas non nostra pri-
mum

Paschalis) jejunium solvunt , ut negligentes & intemperantes reprehendimus , ut qui propemodum antequam par sit , cursum abruperint ; dicente viro sapiente : *Non parum est in vita , quod parum abest.* Eos autem , qui differunt , & plurimum perferunt , & ad quartam usque vigiliam fortiter abstinent , in qua etiam Salvator noster in mari ambulans apparuit ; ut generosos & laborem tolerantes suscipimus : Iis autem , qui interea ut moti sunt , vel ut potuerunt , quiescent , non valde molesti sumus. Quandoquidem nec sex jejuniorum dies æquali aut simili tolerantia omnes perferunt : sed alii quidem omnes sex transmittunt jejunii permanentes (Græce ὑπερθέασιν ἀστοι , superponunt impasti) alii duos , alii tres , alii quatuor , alii nullum. Et iis quidem , qui in iis transmittendis (Gr. εν ταις ὑπερθέασιν in superpositionibus) valde laboraverunt , deinde defessi sunt , & propemodum deficiunt , ignoscendum est , quod celerius gustent. Si qui autem non modo non transmissis , sed ne jejunatis quidem (Gr. σχ οπως σχ υπερθέμενοι , ακα μηδε νυστευοντες , non modo non superponentes , sed ne jejunantes quidem) vel etiam in delicatis opiparisque conviviis , consumptis præcedentibus quatuor diebus , ad duos eosque solos extremos dies cum venerint , illis a se cibo non gustato transmissis , Parasceve , & Sabbato , magnum quid se facere existimant , si ad auroram usque permanferint (impasti) non puto eos ex æquo certamen subiisse cum iis , qui se pluribus diebus exercuerunt . ,

40.) Cum dies 40. horarum inauditum & absurdum quid sonet ,

mum ætate nata est, sed longe antea apud Majores nostros cœpit: qui negligentius, ut verisimile est, præsidentes 41.) ex simplicitate & im-

pe-

sonet, Valesius Annot. in hunc loc. legendum putat: *Quidam etiam 40. horis diurnis ac nocturnis, jejunium suum mediuntur;* aitque S. Irenæum id velle, quod fuerint quidam, qui sat esse putarent, si rigidissimum illud jejunium in abstinentia ab omni cibo & potu situm, hebdomadæ majoris 40. horis postremis observarent, in memoriam vel 40. dierum ac noctium a Servatore jejunatorum, vel 40. horarum a morte ejus ad resurrectionem intercedentium. Sed quia lectioni illi Eusebii codices tam impressi quam MSS. reclamant, verosimilior est Massueti opinio, qui *Dissert. 2.* in Iren. loqui S. Patrem de jejunio Xerophagiæ censet, notwithstanding hic verba cum addita post vocem *quadraginta* interpunkione, legit in hunc modum. ‘Οι μὲν γὰρ ὁσπεῖται πλέοντες οὐδὲ τεσσαράκοντα. ὥρας τε ήμερινὰς, καὶ νυκτερινὰς συμμετρόσι τὴν ήμέραν αὐτῶν. Qua in re præivit Ruffinus ita vertens hunc locum: „ Quidam enim putant uno tantum die observari debere jejunium (Xerophagiæ) alii duobus, alii pluribus, nonnulli etiam quadraginta: ita ut horis diurnis, nocturnisque computatis diem statuant. „ ne scilicet Judæorum more de die quidem vixi arido uti, noctu autem opipare vesci putarentur.

41.) Cl. Beveregius, & Massuetus loco *præsidentes* legendum hic putant *retinentes*, totamque periodum sic exprimunt: *Atque hæc quidem inter eos, qui jejunia observant,*

vari-

peritia ortam confuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen & omnes isti pacem inter se retinuerunt, & nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei 42.) commendat.. Sed & Presbyteri illi , qui ante Soterem

varietas non nostra primum aetate nata est, sed longe ante apud Majores nostros cœpit: qui non accurate, ut verisimile est retinentes (jejunii formam) eam, quæ ex simplicitate & imperitia ortum habuit, conuetudinem in posterum induxerunt. Rationem dant, quia verbum, quod Musculus & Valerius Latine reddiderunt *præsidentes*, in Græco legitur *κρατεῖτων*; *κρατέω* autem quamvis dominari, vel *præsidere* significet, quando additur id, cui quis dominatur, vel *præest*, e. g. *κρατεῖ τῆς Θαλάσσης*, *κρατεῖ τῶν Θυγατρῶν*, dum tamen ut isthic sine addito ponitur, idem potius ac *obseruare* vel *relinquere* significat. At mihi pace virorum clarissimorum correctio hæc supervacanea videtur ex eo, quod admissa etiam illa, depelli a *præsidentibus negligentia* nequeat; cum adversus legem consuetudo nulla citra *præsidum conniventiam*, vel incuriam induci a populo possit.

42.) In eundem sensum S. Augustinus Ep. 86. ad Casul. „ Sit ergo universæ, quæ ubique dilatatur, Ecclesiæ tanquam intus in membris, etiam si ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide verum est, impeditur. „ Et Ep. 118. ad Januar. „ Alia inquit, quæ per loca terrarum, regionesque variantur: sicuti est, quod alii jejunant Sabbato, alii vero non;

alii

terem Ecclesiam , cui tu nunc præs ; gubernarunt , Anicetum dico , & Pium , & Hyginum , cum Telephoro , & Xysto 43.) neque ipsi unquam (Paschæ diem Luna XIV.) observarunt , neque his , qui cum ipsis erant , ut id observarent , permiserunt . . Pacem nihilominus celebant cum iis , qui ad se venissent ex Ecclesiis , in quibus id observabatur . . nec ulli unquam ob ejusmodi consuetudinem rejecti sunt . Verum illi ipsi qui præcesserunt Presbyteri , quamvis id minime observarent , Ecclesiarum Presbyteris , qui id observabant , Eucharistiam 44.) transmiserunt . Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus

alii quotidie communicant corpori & sanguini Dominico ; alii certis diebus accipiunt ; alibi nullus dies intermittitur , quo non offeratur , alibi Sabbato tantum & Dominico , alibi tantum Dominico : & si quid aliud hujusmodi animadverti potest , totum hoc genus liberas habet observationes . ,

43.) S. Sixtus vel Xystus I. in Pontificatu successit S. Alexandro , juxta Pagium utrumque anno Christi CXVI. Xysto Telephorus an. CXXVI. Telephoro Hyginus anno CXXXVII. Hygino Pius I. anno CXII. Pio denique Anicetus anno CLI.

44.) Eulogias , seu panes benedictos ad amicos etiam longe positos a veteribus mitti confueuisse , certum est ex Epistolis S. Augustini ad Paulinum , & Paulini ad Severum.

Eucha-

bus Romanam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt, de hoc capite non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere potuit, ut observare desinaret: quippe qui cum Joanne Domini nostri discipulo, & cum reliquis Apostolis 45.) quibuscum familiariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque item Polycar-

Eucharistiam quoque ad absentes ejusdem Ecclesiae fideles a Diaconis perferri solitam testatur S. Justinus Apol. 1. Hic Roma in Asiam usque aliquando transmissam esse Irenaeus inuit. Id tamen prohibuit postea Concilium Laodicenum Can. 14. „ Ne sancta inquit, instar Eulogiarum, in festo Paschæ ad alias parocrias transmittantur. „

S. Joannem, aliumve ex Apostolis celebrandi Pascha Luna XIV. auctorem fuisse, difficile dictu est. Nam ut dies illa, qua a mortuis Dominus resurrexit, Dominica appelletur, Joannes nos docuit, dum indigitans illam Apoc. 1, v. 10. aebat: *Fui in spiritu in Dominica die.* At nec ille, nec aliis quisquam Apostolorum existimavit Dominum surrexisse a mortuis Luna XIV. mensis verni, sed consequente hanc die illa, quam Judæi primam Sabbati, gentiles diem folis appellabant, ut ex consensu Evangeliorum constat: Diei igitur Dominicæ nomine cum Joannes, tum Ecclesia universa non aliam quam primam Sabbati, seu diem Solis, jam inde ab initio intellexit. Pascha autem Christianum non utique transi-

lycarpus Aniceto persuadere conatus est, ut observaret: cum Anicetus eorum, qui ante se fuerant, Presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quæ cum ita se haberent, communicarunt invicem, & Anicetus in Ecclesia consecrandi 46.) munus Polycarpo honoris causa

con-

tus Domini in Ægypto, sed resurrectionis Christi commemo-
ratio est: ecqui igitur verosimile videri potest, ut Joannes,
aliive Apostoli cum Judæis Luna XIV. & non potius Do-
minica illam consequente celebrandum Pascha putaverint?
Ritus certe nullus ostendi potest, quem Ecclesia ab Aposto-
lorum quopiam institutum esse putaverit, & abolendum post-
ea usque adeo censuerit, ut servare volentes inter hæreticos
relegarit. Quartadecimanos vero post Concilium Nicænum
pro hæreticis explosos esse quis nescit? Nunquam igitur pu-
tavit Ecclesia Joannem, aliumve ex Apostolis ritus ejus au-
ctorem fuisse. Id facile dedero, Joannem, ut Judæos faci-
lius lucraretur, non damnasse eos, qui Mosaico ritu Lunam
XIV. observabant, & fortasse ipsum etiam Judaicum Pascha
eo die aliquando celebrasse: non secus ac Paulus Timothe-
um eorundem Judæorum gratia circumcidit, tametsi circum-
cisionem nihil esse passim prædicaret. Atque hinc opinor po-
steri abrogatis postea legalibus, Christianum etiam Pascha
Luna XIV. celebrari posse perperam intulerunt.

46.) Quem honorem hic Anicetus Polycarpo exhibuit,
in morem postea induxisse videtur Concilium Arelatense l.
can. 20. statuens, ut peregrino Episcopo locus sacrificandi
detur.

concessit: tandemque cum pace a se invicem discesserunt, tam iis, qui observabant (Lunam XIV.) quam illis, qui minime observabant, pacem, communionemque totius Ecclesiae retinentibus. Hæc Irenæus nomini suo vere respondens, nec solo nomine, sed etiam vitæ instituto ac proposito pacificus, pro Ecclesiarum pace monuit, & allegavit. Nec ad Victorem solum, sed ad multos alios Ecclesiarum Antistites, de quæstione proposita literas in eandem sententiam misit. „ Hactenus Eusebius.

Composito ita Ecclesiarum de Paschate disfido 47.) haud diu superstes fuit Irenæus. Nam

47.) Controversiam de Paschate Eusebius in Historia Ecclesiastica referre videtur ad tempora Imperatoris Commodi: quia post eam l. 5. c. 23. & seqv. enarratam, c. 26. subjicit: Interim cum per tredecim annos Commodus imperium tenuisset, ac post ejus obitum Pertinax sex circiter mensium spacio Rempublicam administrasset, Imperator Severus summa rerum potitus est. „ At in Chronico eam diferte affigit anno IV. Severi: S. Hieronymus quoque l. de Vir. illustr. in Victore, Theophilo Cæsariensi, Bacchyllo, & Polycrate, sub Severo agitatam esse testatur: quod Recentiores etiam verosimilius putant, licet in designando anno non fatis convenienter: aliis Æræ Christianæ CXCVI. aliis CXCVII. vel sequenti illam affigentibus.

cum Severus 48.) Augustus anno imperii sui de-
cimo, Christi CCII. 49.) persecutionem quin-

S. Irenei Episc. & Mart.

D

tam

48.) Juxta Julianum Capitolinum in Cl. Albino „ uno
eodemque tempore post Pertinacem.. Julianus a Senatu
Romæ, Septimius Severus ab exercitu in Illyrico, Pescen-
nius Niger in Oriente, & Clodius Albinus in Gallia Im-
peratores appellati sunt. „ Ælius Spartianus vero Pertina-
cem quidem V. Kal. Aprilis Falcone & Claro Coss. id est
28. Martii anno Christi CXCIII. occisum esse, eique mox
suffectum Didium Julianum, at Severum nonnisi quinto post
mense, Idibus seu 13. Augosti a Germanicis legionibus a-
pud Carnuntum Imperatorem salutatum esse scribit.

49.) Laudatus nunc Spartianus in Severo ita habet.
„ Æstate jam exeunte Parthiam ingressus, Ctesiphontem
pulso rege pervenit, & cepit hyemali prope tempore.
& Parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium ejus
Bassianum Antoninum, qui Cæsar appellatus jam fuerat, an-
num XIII. agentem participem imperii dixerunt milites.
Getam quoque minorem filium Cæsarem dixerunt, eundem
Antoninum, ut plerique tradunt, appellantes. Harum appella-
tionum causa donativum militibus largissimum dedit, conces-
sa omni præda oppidi Parthici, quod milites quærebant.
Inde in Syriam rediit victor.. quumque Antiochiam trans-
isset, data virili toga filio majori, secum eum Consulem
designavit, & statim in Syria consulatum inierunt. Post
hoc dato stipendio cumulatiore militibus, Alexandriam pe-
tit. In itinere Palæstinis plurima jura fundavit: Judæos fie-
ri sub gravi pœna vetuit. Idem etiam de Christianis san-
xit.

tam in Christianos edixisset, ea Lugduni in primis seu ob asperius Proconsulis ingenium, seu ob Imperatoris ipsius præsentiam crudelissime defævit, & cum potissima gregis parte Pastorem una vigilantissimum absumpsit. „ Veniente persecutione, ait S. Gregorius Turonensis l. i. Hist. Francor. c. 27. talia ibidem (Lugduni scilicet) diabolus bella per tyrannum exercuit, & tanta multitudo Christianorum ob confessionem Dominici nominis est jugulata, ut per plateas flumina currerent de sanguine Christiano: quorum nec numerum, nec nomina colligere potuimus. Dominus enim eos in libro vitæ conscripsit. Beatum Irenæum diversis in sua carnifex præsentia poenit affectum, Christo Domino per martyrium dedicavit. „ Idem testantur Ado, & Notkerus in martyrologiis suis narrantes „ Irenæum cum omni fere civitatis suæ populo corona-

tum

xit. „ Unde liquet persecutionem a Severo edictam esse eo anno, quo cum filio majore Consulatum iniit: in Fastis autem ad annum Christi CCl. Consules leguntur L. Septimius Severus Imper. tertium, M. Aurelius Antoninus Caracalla Imper. Occasionem vero persecutionis dedit miles Christianus, qui lauro coronari religioni sibi duxit, dum milites sic coronati ad donativum, vel cumulatius stipendium accipiendo vocabantur: ut ex Tertulliani libro de Corona militis constat.

tum esse gloriofo martyrio. „ De genere mortis nihil certi. De tempore quoque opinones variant, aliis martyrium ejus referentibus ad annum primum persecutionis, aliis ad tertium, aliis ad quintum aut sextum, Christi CCVII. 50.) vel CCVIII. quo Severus in Britanniam per Gallias profectus est. Sacrum vero illius corpus una cum reliqua Martyrum turba contumulatum fuit in puteo vel antro quodam : super quo S. Patiens Lugdunensis seculo V. Episcopus erexit ædem, primum S. Joannis, tum Irenæi dictam. Hic magno cum honore quievit ad seculum sextum

D 2 de-

50.) Persecutionem Severi in Aegypto quidem cœpisse ex allatis modo Spartiani verbis, & Eusebio 1. 6. Hist. c. 1. colligitur, eam tamen alibi quoque gentium, & ad finem usque Severiani imperii sœviisse, Tertullianus 1. 1. contra Marcionem, & Martyrologia, ac Sanctorum acta docent. Quando autem in Galliam pertigerit, & S. Irenæum cum suis coronarit, definiri pro certo nequit: si tamen quod S. Gregorius Turonensis innuit, in Imperatoris ipsius presentia passus est Irenæus, martyrium ejus ad annum Christi CCVIII. referendum videtur: quia Severus Galliam non adiit, nisi anno CXCVII. quo Albinum debellavit, & circa annum CCVIII. cum ad dominos barbaros in Britanniam profectus est: ubi etiam domitis iis, muroque per transversam insulam ducto, obiit anno Christi CCXI.

decimum. At capto ab Hugonottis Lugduno anno MDLXII. Calviniana pietas ne Galliæ quidem Apostolo parcendum duxit , sed ereptas ex ady-
tis B. Irenæi reliquias qua igne disperdidit , qua in præterfluentem Rhodanum abjecit , dempto
capite ; ex quo ludum etiam sibi fecerunt sacri-
legi , pilæ instar per vicos & plateas usque ad
laßitudinem illud volantantes , dum a viro Catho-
lico clam surriperetur , reponendum ad aras post
profigatos a Carolo IX. sacræ profanæque Rei-
publicæ turbatores. 51.)

Memoria S. Martyris in Fastis Ecclesiæ ad
XXVIII. Junii agitur , in Gallia autem Domini-
ca altera post Pascha ritu solennissimo celebra-
tur: præsertim Lugduni , ubi sacrum ejus caput
hodieum religiose asservatur.

CAPUT

51.) Hæc diffuse narrat Petrus Halloix e S. J. apud Henschenium ad diem XXVIII. Junii : quem vide , si lu-
bet.

C A P U T II.

*De Scriptis, & Doctrina San-
eti Irenæi.*

S. Hieronymus l. de Vir. illustr. juxta edit. Veronens. an. MDCCXXXV. c. 35. laudes una & lucubrationes S. Patris his complectitur.,, Irenæus Photini Episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat Ecclesiam, Presbyter, a Martyribus ejusdem loci, ob quasdam Ecclesiæ quæstiones legatus Romam missus, honorificas super nomine suo ad Eleutherum Episcopum perfert litteras. Postea jam Photino prope nonagenario, ob Christi martyrium coronato, in locum ejus substituitur. Constat autem Polycarpi, cuius supra fecimus mentionem, Sacerdotis & Martyris hunc fuisse discipulum. Scripsit quinque adversus hæreses libros, & contra gentes volumen breve, & de disciplina aliud, & ad Marcianum fratrem de Apostolica prædicatione: & librum variorum tractatum, & ad Blastum de schismate: & ad Florinum de Monarchia, sive quod Deus non sit conditor malorum: & de Ogdoade egregium commentarium, in cuius fine significans se Apostolicorum temporum vicinum fuisse, sic

subscripsit: *Adjuro te, qui transcribis librum istum, per Dominum JESUM Christum, & per gloriosum ejus adventum, qui judicaturus est vivos & mortuos; ut conseras, postquam transcriperis, & emendas illum ad exemplar, unde scripsisti, diligentissime: hanc quoque obtestationem similiter transferas, ut invenisti in exemplari.* Feruntur ejus & aliæ ad Victorum Episcopum Romanum de quæstione Paschæ Epistolæ: in quibus commonet eum, non facile debere unitatem Collegii scindere. Siquidem Victor multos Asiac & Orientis Episcopos, qui decima quarta Luna cum Judæis Pascha celebrabant, damnados crediderat. In qua sententia hi, qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maxime sub Commodo principe, qui M. Antonino Vero in Imperium succeſſerat.

,, 52.) Eisdem lucubrations Irenæo tribuit Eusebius l. 5. Hist. Eccles. juxta edit. Cantabrig.

an.

52.) De martyrio S. Irenæi tacet hic Hieronymus, quemadmodum & Eusebius; at in c. 64. Isaiæ idem S. Hieronymus Martyrem diserte vocat Irenæum, quemadmodum & vetus Auctor Quæſtionum ad Orthodoxos S. Justino perperam adscriptarum in Resp. ad Quæſt. 115. cumque idem luculente testetur S. Gregorius Turonensis, Menæa Græca, & martyrologia omnia, nullus dubitandi locus est, licet Dodwellus Anglus ex quorundam veterum silen-
tio dubium movere tentaverit.

an. MDCCXX. c. 5. 6. 7. 8. 20. 24. & 26. nisi quod librum contra gentes a libro de disciplina non distinguat. Ita enim cit. c. 26. ait: Ἐπειδὴς πρὸς τοῖς ἀποδοθεῖσιν Ἔιρηναῖς συγγράμμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς, φέρεται τις ἀυτῷ πρὸς Ἔιρηνας λόγος συντομώτατος, καὶ ταχύτερον ἀναγγειότατος, περὶ Ἐπιστήμης ἐπιγεγραμμένος. „ Cæterum præter supradicta Irenæi opera & epistolas, extat etiam brevissimus & maxime necessarius ejusdem liber adversus gentes, qui de scientia inscribitur. „ In Chronico addere videtur Commentarium in Apocalypsim, cum ad annum Domitiani XIV. & Christi XCVI. notat: „ Secundus post Neronem Domitianus Christianos perlequitur, & sub eo Apostolus Joannes in Patmos insulam relegatus Apocalypsim vidit, quam Irenæus interpretatur. „ Idemque innuit S. Hieronymus l. de vir. illustr. c. 9. ubi de Joanne Apostolo inter alia scribit. „ Quartodecimo anno secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano, in Patmos insulam relegatus scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Justinus Martyr, & Irenæus. „ Sed cum Irenæus l. 5. adversus hæreses sat multis de Apocalypsi differat, quemadmodum & Justinus Dialogo cum Tryphone: ad hos nifallor libros laudatis locis Eusebius & Hieronymus re-

spexerunt, non ad peculiares Commentarios, quorum nullum usquam vestigium appetet. S. Maximus Abbas & Martyr tom. 2. pag. 152. laudat etiam sub Irenæi nostri nomine Sermones quosdam de Fide, ad Demetrium Viennensem Diaconum: an tamen sermones illi genuinus S. Patris foetus, isque a libro variorum Tractatum diversus fuerit, dubitare licet, cum S. Maximus septimo primum Ecclesiæ seculo, ac proinde longe post Irenæum floruerit. Photius denique Cod. 48. recensens librum quendam de Universo, ait nonnullos illum Irenæo tribuisse, sed compertum una sibi esse addit, opusculum hoc Cajo Romano Presbytero deberi, qui Victoris & Zephyrini Pontificum tempore floruit, & Dialogum adversus Proclum Montanistam, Opusque aliud Labyrinthi nomine inscriptum edidit: quia inquit ille ipse in extremo Labyrintho testatum reliquit, esse se libri de universi natura auctorem. ,,

Ex laudatis Irenæi lucubrationibus nihil hodie supereft, præter fragmenta quædam apud Eusebium, & quinque libros, qui a Latinis communiter inscribuntur Adversus hæreses, a Græcis autem περὶ ἐλέγχου των ἀνατρεπῆς της Ψευδωνύμων, seu de detectione & eversione falsodictæ scien-

scientiæ. Scripsisse hos videtur Irenæus jam Episcopus, & quidem partim Eleutheri, partim Victoris Papæ temporibus. Nam l. 3. c. 3. Eleutheri Pontificatum sic commemorat: „ Nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherus. „ Et eodem l. c. 21. versiones scripturæ ab Aquila, & Theodotione factas his perstringit. „ DEUS igitur homo factus est, & ipse Dominus salvabit nos, ipse dans Virginis signum. (Isai. 7. v. 14.) Non ergo vera est quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari Scripturam: *Ecce adolescentula in ventre babebit, & pariet filium;* quemadmodum Theodotion Epheſius est interpretatus, & Aquila Ponticus, utrique Judæi profelyti. „ Aquilam 53.) autem imperante Adriano, Theodotionem imperante Commodo versionem suam adornasse docet S. Epiphanius l. de Mensur. & Ponder.

D 5 num.

53.) Aquilam hunc Sinope in Ponto oriundum fuisse, & duodecimo Adriani Imperatoris anno, id est Christi CXXIX. floruisse, ait Epiphanius num. 13. & 14. computatque a LXX. Interpretum versione usque ad versionem ab eo factam annos CDXXX. At Petavius in Animadversion. annis XXIV. errare Epiphanium probat, & a septimo Ptolomei Philadelphi anno, quo juxta illum LXX. versio adornata est, ad XII. Adriani annos tantum CDVI fluxisse ait.

num. 15. & 17. , , Commodo altero imperante,
ait num. 17. qui post Lucium Aurelium Com-
modum tredecim annis imperavit , Theodotio
quidam genere Ponticus , ex Marcionis Sinopen-
sis hæresiarchæ factione , suis partibus offensus ,
ad Judæos defecit , & circumcisus est. Dehinc
Hebraica lingua , & eorum literis institutus pri-
vatam editionem exorsus est. Qui quidem in
plerisque cum LXX consentit , quod in eorum
lectione tritus , ac longa consuetudine exercita-
tus fuerat. „ Epiphanio consentit Chronicon A-
lexandrinum , versionem Theodotionis factam in-
quiens Marcello vel Marullo & Æmiliano Coss.
qui in Fastis annum Christi CLXXXIV. Com-
modi post obitum patris quintum signant. Eleu-
therum denique Materno & Bradua Coss. id est
anno Christi CLXXXV. Commodi sexto obiisse,
eique post unum mensem Victorem Papam suffe-
ctum esse , probat Pagius in Critica Baronii tom.
I. pag. 182. & seqv. Quod si ita , duos saltem
postremos libros Victore jam Pontifice ab Ire-
næo elucubratos esse manifestum videtur.

Suscipienda porro lucubrationis hujus duæ
S. Patri causæ fuerunt. Altera , ut amico cui-
dam verosimiliter Asiae Episcopo satisfaceret ,
qui Irenæum rogaverat , ut Gnosticorum , præ-
fer-

fertim Valentinianorum tunc per Asiam graffantium arcana , & a nullo adhuc satis prodita dogmata explicare , unaque adversus pestilentem hæresim ministrare arma vellet. Altera , ut suo etiam gregi pro virili consuleret , eumque adversus Marcosios , qui Valentinianorum surculus erant , & in Galliam etiam jam irrepserant , præmuniret. Primam indicat in Præfatione l. i. ubi ait : „ Quemadmodum nos flagante te jam pri- dem , quænam ipforum sententia esset , intelligere studuimus sedulo , nec modo eam tibi per spicuam reddere , sed ad ipsius falsitatem com monstrandam , facultates etiam suppeditare ; eo- dem modo tu quoque pro ea gratia , quam à Domino consecutus es , prompte , atque obnixo studio cæteris infervies : ut homines non jam amplius eorum oratione ad persuadendum comparata distrahantur. „ Alteram l. i. c. 13. ubi de Marcosiis inter alia scribit : „ His verbis & actionibus multas quoque in Rhodanensi nostra regione mulieres in fraudem impulerunt : quæ quidem velut cauterio quodam inustam conscientiam habentes , partim publice poenitentiam egerunt , partim cum id facere præ pudore non sustinerent , ac tacite quodammodo de vita Dei desperarent , vel prorsus a fide desciverunt , vel

cer-

cerne in utramque partem propendent , quodque proverbio dici solet , nec foris nec intus sunt : hunc videlicet ex scientiae filiorum semine frumentum percipientes . „ Utramque autem his Præfationis verbis : „ Quocirca ne culpa nostra non nulli tanquam oves a lupis abripiantur , eos nimis ob externum ovillæ pellis integumentum haud quaquam agnoscentes , quos nobis vitandos esse Dominus præcepit .. necessarium duxi , cum in Valentini discipulorum , ut ipsi ajunt , Commentarios incidisse , atque etiam cum nonnullis eorum pedem contulisse .. prodigiosa & profunda eorum mysteria , quæ non omnes capiunt .. indicare . „

Quanquam autem inter Latinos egerit Irenæus , Græce tamen , non Latine libros hos ab eo scriptos esse multa suadent . Nam in primis Eusebius l. 5. Hist. Eccles. non pauca ex illis recitat , quin vel verbulo moneat , ea se ex Latino transluisse , quemadmodum monere solet , quum ex Cypriano , vel Tertulliano quidpiam allegat . S. Hieronymus vero inter Græcos Scriptores Ireneum diserte refert , cum Prologo l. 18. in Isaiam de Chiliasm loquens „ Latinorum inquit , Tertulliani , Victorini , Lactantii ; Græcorum , ut cæteros prætermittam , Irenei tantum Lugdunen-

nensis Episcopi faciam mentionem. „ Et in capitulo 36. Ezechielis : „ Dogma ait Judaicum , quod & multi nostrorum , & præcipue Tertulliani liber de spe fidelium , Lactantii Institutum volumen septimum pollicetur , & Victorini Petabionensis Episcopi crebræ expositiones , & nuper Severus noster in Dialogo , cui Gallo nomen imposuit : & ut Græcos nominem , & primum extrémumque conjungam , Irenæus , & Apollinaris . „ Idem S. Doctor Ep. ad Theodoram viduam ita habet : „ Refert Irenæus vir Apostolicorum temporum , & Papiæ auditoris Evangelistæ Joannis discipulus , Episcopus Ecclesiæ Lugdunensis , quod Marcus quidam de Basilidis Gnostiци styrpe descendens , primum ad Gallias venerit , & eas partes , per quas Rhodanus & Garumna fluunt , sua doctrina maculaverit , maximeque nobiles feminas , quædam in occulto mysteria repromittens , hoc errore seduxerit , magicis artibus , & secreta corporum voluptate amorem sui concilians . Inde Pyrenæum transiens Hispanias occuparit , & hoc studio habuerit , ut divitum domos , & in ipsis feminas maxime appeteret , quæ ducuntur variis desideriis , semper discentes , & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes . Hoc ille scripsit ante annos circiter

citer

citer trecentos: 54.) & scripsit in his libris, quos adversus omnes hæreses doctissimo & eloquentissimo sermone composuit. „ Ubi vides libros hos non a doctrina solum, sed ab eloquentia etiam magnopere laudari. At Latinos Irenæi libros ab eloquentia laudare Hieronymus profecto non potuit: adeo salebroso stylo illi scripti sunt, & barbarismis 55.) ac solœcismis scatent, ut legenti patebit. Græce igitur eos Hieronymus legerit, Græceque scripsit Irenæus. In toto fane hoc Opere Græci duntaxat cum sacri, tum profani auctores, Latinorum nec unus laudatur. Et l. 5. c. 30. cum de antichristi nomine conformiter ad illud Apocal. 13. v. 18. *Numerus hominis est, & numerus ejus sexcenti sexaginta sex,* S. Pater dispútat, exempli causa tria hæc nomina adfert: *Euanθæs, Aæteivus, Teiræv;* quæ nisi Græce scribantur, & Græcorum more literæ singu-

læ
54.) Potius ante annos ducentos: quia etsi Irenæum libros suos lucubrasse demus circa Eleutheri Papæ initia anno Christi CLXX & S. Hieronymum Epistolam hanc ultimo vitæ anno scripsisse, non plus quam CCL. anni prodibunt: cum S. Hieronymus anno Christi CDXX. obierit.

55.) Quæ supra ex Irenæo attuli, barbarismis quidem & solœcismis non scatent, at ea non ex veteri, de qua hic loquor, sed ex recentissima Jacobi Billii interpretatione, de qua infra, desumpta sunt.

lae pro notis arithmeticis accipientur, 666, non reddunt. Quodsi Latine scripsisset, Latina utique nomina, & Latinorum more supputata in exemplum attulisset, cujusmodi est DIOCLes AUGUSTUS, CLAUDIUs tUBero, CLoDIUs seVerUs &c.

Quis laudatum Opus Latine reddiderit, in obscuro est: vetustissimam tamen versionem esse, vivoque adhuc Irenæo, vel paulo post ejus obitum adornatam manifestum fit ex Tertulliano, qui præ oculis illam citra dubium habuit, dum adversus Valentinianos scribebat. Quod enim l. 1. Irenæi c. 2. de Horo & Sophia legitur in hæc verba: „ Horon hunc & Stauron , & Lytroten , & Carpisten , & Horotheten , & Metagœga vocant . Per Horon autem hunc dicunt mundatam , & confirmatam Sophiam , & restitutam Conjugi . Separata enim intentione ab ea , cum appendice passione , ipsam quidem intra Pleroma perseverasse ; concupiscentiam vero ejus cum passione ab Horo separatam , & crucifixam , & extra eum factam , esse quidem spiritalem substantiam , ut naturalem quandam Æonis impetum , informem vero , & sine specie , quoniam nihil apprehendisset : & propter hoc fructum ejus invalidum & femineum dicunt . „ Id Tertullianus cit. l. juxta edit. Basileens. an. MDL. num. 6.

ita

ita refert.,, Horon & Crucem appellant, & Ly-
trotent, & Carpisten.. adjiciunt etiam Metago-
gea vocari, & Horotheten. Hujus prædicant
opera & repressam ab illicitis, & purgatam a
maliis, & deinceps confirmatam Sophiam, & con-
jigio restitutam, & ipsam quidem in Pleroma-
tis censu remansisse; Enthymesin vero ejus, &
illam appendicem passionem ab Horo relegatam,
& crucifixam, & extra eum factam. Spiritalem
tamen substantiam illam, ut naturalem quendam
impetum Æonis, sed informem, & inspeciatam,
quatenus nihil apprehendisset, ideoque fructum
ejus infirmum, & feminam pronunciatam.,, Pa-
riter quod Latina versio Irenæi l. i. c. ii. num.
3. ex Epiphani sententia ait:,, Est quidem an-
te omnes Proarche proæternotos, & inenarra-
bilis, & innominabilis, quam ego monotesem
voco. Cum hac monote est virtus, quam &
ipsam voco henotem. Hæc henotes & mono-
tes cum sint unum, emiserunt, cum nihil emi-
serint, principium omnium, noeton, & agenne-
ton, & aoraton, quam Archem sermo monada
vocat. Cum hac monade est virtus, ejusdem
substantiae, quam voco hen. Hæ autem virtutes,
id est monotes & henotes, & monas & hen, e-
miserunt reliquas emissiones Ænum.,, Tertul-

lia.

lianus Græcis duntaxat quibusdam Latine redditis num. 17. ita habet. „ Est ante omnia Proarche , inexcogitabile , & inenarrabile , & inominabile , quod ego nomino monoteta. Cum hac erat alia virtus , quam & ipsam appello henoteta. Monotes & henotes , id est solitas & unitas cum unum essent , protulerunt non proferentes initium omnium intellectuale , innascibile , invisibile , quod sermo Monada vocavit. Huic adest substantiva virtus , quam appellat Unio. Hæ igitur virtutes , solitas , singularitas , unitas , unio , cæteras prolationes Æonum propagarunt. „ Denique ut id genus plura omittam , Irenæus cit. c. II. num. 5. Valentinianorum quorundam nugas sic describit: „ Alii rursus primam & archegonon octonationem his nominibus nominaverunt : primam Proarchen , deinde Anennoeton , tertiam Arrheton , & quartam Aoraton. Et de prima quidem Proarche emissam esse primo & quinto loco Archen , ex Anennoeto secundo & sexto loco Acatalepton , & de Arretho tertio & septimo loco Anonomaston ; de Aorato autem quarto & octavo loco Agenneton. „ Tertullianus autem num. 16. „ Sunt inquit , qui Ogdoadem ante omnia præmittentes , primo constituunt Proarchen , secundo Anennoeton , tertio Arrheton ,

quarto Aoraton. Ex Proarche itaque processisse primo & quinto loco Archen , ex Anenkoeto secundo & sexto loco Acatalepton , ex Arrheto tertio & septimo loco Anonomaston , ex Invisibili quarto & octavo loco Agenneton. „ Quæ similia prorsus , & idcirco ex Irenæi non Græco , sed Latino textu deflorata esse quis non videt ?

Græce libri hi extabant adhuc cadente seculo IX. legit enim eos Photius , atque ita de illis Bibliothecæ suæ Cod. 120. censet. „ Legimus scriptorum Irenæi Episcopi Lugdunensis (est autem Galliæ Celticæ civitas Lugdunum) libros quinque sic inscriptos : *Elenchus atque confutatio falsæ doctrinæ , sive contra hæreses. 56.*) Quorum primus de Valentino agens , atque ab impio ejus errore ducens initium , rursum quasi relato pede al-

56.) In Græco Photius ita habet : Ἀνεγγαθη βι-
ταῖον Ἐιρηναῖος ἐπισκόπου Λαγύδενων , ἐν κελτοῖς δὲ τὰ Λαγύ-
δεναι , λόγοι πέντε , ἐν δὲ ἐπιγραφῇ . ἐλέγχος καὶ ἀνατρο-
πῆς τῆς Φευδωνύμου γνώσεως , τότε δὲ ἵστα κατὰ αἰρέ-
τεων . Quod Latine melius redderetur : Lectum est volu-
men Irenæi Episcopi Lugdunensis (est autem Lugdunum a-
pud Celtas) cuius hæc inscriptio : Libri quinque confuta-
tionis & detectionis falsi nominis scientiæ , sive contra hæ-
refes . ἐλέγχος enim confutationem , ἀνατροπὴ detectionem
significat .

altiusque origine repetita , narrat porro a Simone mago usque ad Tatianum , qui Justini Martyris primum discipulus , in errorem tandem hæresis præcipitavit. Differit præterea de iis , qui proprie Gnostici appellantur , itemque de Cainis , 57.) execranda illorum dogmata exponens. Et hæc quidem libro primo . Nam secundo ea refellit , quæ ab hæreticis im pie afferuntur. Tertius varia adversus illos ad fert S. Scripturæ testimonia. Quartus autem ab hæreticis objectas quæstiones diluit. Quintus tandem quæcunque per parabolas a Christo di sta factave fuerint , cum ex reliqua ejusdem salutifera doctrina , tum ex Apostolorum epistolis , hæreticorum imposturis refellendis aptissima esse demonstrat. Plura vero ejusdem S. Irenæi ac varia scripta , & Epistolæ circumferuntur ; et si in aliquibus Ecclesiasticorum dogmatum certa veritas spuriis 58.) rationibus fucari videtur ,

E 2 quæ

57.) Hæreticos hos alii Cajanos vocant. Nomen autem ducunt non ab auctore hæresis , sed a Cain Adæ filio , Abelis fratre : quia illum & id genus scelestos alios præ dicabant , & cognatos suos esse profitebantur.

58.) Ut de rationam pondere æquum feratur judicium , non nude illæ spectandæ sunt , sed cum respectu ad tempus , & alia Scriptoris adjuncta. Sæpe enim Patres ex

quæ observasse convenit. Ajunt hunc Polycarpi ejus, qui S. Martyr & Smyrnæ Episcopus fuit, discipulum fuisse, Presbyterum vero Pothini, cui & in Lugdunensi Episcopatu successit. Victor ea tempestate Romæ Pontificium tenuit: quem crebris literis hortatus est Irenæus, ne ob Paschatis diffensionem ab Ecclesia aliquos abdicaret. „ 59.)

Hodie Græcus Irenæi textus aut intercidit penitus injuria temporum, aut in ignotis scriniis a blattis & tineis corroditur, præter fragmen-

ta

re ab adversariis confessa argumentum ducunt, quod suo utique pondere non caret, tametsi res confessa falsa sit. non pauca etiam e Philosophorum veterum penu petita pro indubuis olim habebantur, quæ postea rebus diligentius investigatis non modo revocata in dubium, sed omnino aliter se habere comperta sunt.

59.) Si Irenæus Victorem Papam hortatus est, ne ob Paschæ diffensionem ab Ecclesia aliquos abdicaret: haud dubie nondum abdicaverat, seu excommunicaverat Asianos Victor. Quod si ante Irenæi monita id factum non erat, minus certe post ea crebris literis repetita. Intra minas igitur Photio etiam judice stetit Pontifex. At potuit sane cum Irenæo, tum Photio teste, ab Ecclesia abdicare Græcos illos Victor: Caput itaque non Latinæ solum, sed & Græcæ Ecclesiæ Romanus Pontifex est: ac proinde dum ab eo se & Græculos suos abjunxit Photius, quid nisi a vera Christi Ecclesia excidit?

ta quædam ab Eusebio, S. Epiphanio, S. Damasco, aliisque Græcis transcripta. Latinæ quoque versionis exemplaria desinente sexto & ineunte septimo Ecclesiæ seculo rara adeo erant, ut neque Lugduni, neque Romæ ullum reperiri potuerit. Cum enim Aetherius Lugdunensis Episcopus diu nequicquam in Ecclesiæ suæ tabulariis quæsivisset, Romam, & S. Gregorium Magnum de subsidio appellavit. At Gregorius juxta edit. Venet. an. MDIV. libro 9. Ep. 50. cum dolore respondit: „Gesta vel scripta beati Irenæi jam diu est, quod sollicite quæsivimus, sed hactenus ex eis inveniri aliquid non valuit. „Raritas vero tanta inde haud dubie nata fuerit, quod & hærefes ab Irenæo impugnatæ per ea tempora jam in Occidente exoleverant, & Republica barbararum gentium incursionibus assiduis in ruinam inclinabat. Non deerant tamen, qui identidem tam preciosa venerandæ antiquitatis monumenta describerent, & in Bibliothecas reconderent. Hinc seculo sextodecimo Erasmus Roterodamus tres Codices MSS. nactus est, ex iisque primam Irenæi editionem anno MDXXVI. Basileæ adornavit. Erasmum æmulati sunt Nicolaus Gallasius, Joannes Jacobus Grynæus, & Joannes Ernestus Grabius Calviniani, recuso Ge-

nevæ anno MDLXX. Basileæ MDLXXI. & O-
xonii MDCCII. Irenæo, sed afflictis ei multis,
ut invitum Calvino suo conciliarent. Meliorem
operam S. Patri navarunt Cl. Jacobus Billius,
Fronto Ducæus S. J. Theologus, Franciscus Fe-
vardentius ex Ordine Minorum in sacra Facul-
tate Parisiensi Doctor, & Eruditissimus Renatus
Massuet e Congregatione S. Mauri: quorum pri-
mus magnam libri primi partem a S. Epiphanio
in Panarium suum ex Irenæo transcriptam eidem
feliciter vindicavit, & Latine elegantius multo
quam vetus interpres reddidit: alter loca pluri-
ma eruditis observationibus illustravit: tertius e-
ditionem novam ad vetus MS. in multis castiga-
tam, suisque, Billii, ac Ducæi annotationibus
auctam, Coloniæ anno MDXCVI. ibidem & alibi
dein saepius recusam perfecit: postremus deni-
que & ad Codices MSS. notæ optimæ Irenæum
iterum recognovit, & tribus Dissertationibus do-
ctissimis, notis oportunissimis, collectisque un-
dique fragmentis non paucis auxit, & his ac
præcedentium omnium curis locupletatum in lu-
cem emisit Parisiis anno MDCCX.

Doctrinam Irenæi in multis quidem ac-
cufare ausi sunt Centuriatores Magdeburgenses,
Scultetus, Gallafius, Rivetus, Grabijs, aliique

Lu-

Lutheri , Calvini , Socini discipuli. At infelici prorsus eventu : quia vel mentem ejus non bene pervidisse , coarguentibus ipsis gregalibus suis revicti sunt ; vel ea erratorum instar traducendo, quæ hodieum Catholici profitemur , vetustatem nostrorum dogmatum ab Apostolicis usque repetitam temporibus , suorumque novitatem in aper- to posuerunt. Ex Catholicis nonnulli de ineffa- bili Divinæ Triados mysterio minus recte sensisse Irenæum suspicati sunt. Sed quicunque omnia e- jus hanc in rem dicta curate expenderit , & in- ter se contulerit , fateri profecto cogetur , con- stanter ab eo prædicari Deum unum quidem in effentia , sed simul tres distinctas sibique omnino consubstantiales Patris , Filii , ac Spiritus Sancti personas esse : ut post alios Iuculente demonstrat Massuetus Differt. 3. Artic. 5. & suis locis vide- bimus. Alii S. Martyrem accusant , quod l. 2. c. 28. ignorantiam diei Judicii Christo tribuat. At præterquam quod Patres complures , puta Hi- larius l. 9. de Trinit. Gregorius Naz. Orat 36. Cyrus Alexandr. l. 22. Thesauri &c. ignoranti- am illam in Christo qua homine agnoscere vide- antur ; ne id quidem ex verbis Irenæi sequitur , sed duntaxat , quod Filius quemadmodum esse su-

um, ita & scientiam diei illius a Deo Patre habeat, ut ex dicendis ad eum locum patebit.

Id verum, non deesse quosdam in Irenæo nostro nævos. Nam l. 2. c. 22. Christum prope quinquagenarium passum esse existimat: at Chrysostomus quoque Homil. 54. in c. 9. Joannis, et si non prorsus proiectam adeo ætatem, tamen quadraginta prope annos ei tribuit. Angelos deinde sine carne quidem, seu crassioris corporis mole esse docet Irenæus, quodam tamen tenuiori corpore eos constare citra dubium sentit: quia cum post lapsum e cœlo in terram dejecti essent, cum mulieribus confusæ, & pessimum illud genus hominum, quod aquis diluvii subinde deletum est, progenuisse scribit l. 4. c. 16. & l. 5. c. 29. At idem fere senserunt S. Justinus, Athenagoras, Clemens Alexandr. Tertullianus, Lactantius, aliquæ, decepti verbis illis Gen. 6. ubi filii Dei ad filias hominum accessisse, & gigantes genuisse dicuntur. Docet præterea cum alibi, tum l. 5. c. 26. cacodæmones damnatos quidem ad æternum ignem esse, sic tamen ut excrucandi eo non sint ante extremum judicij diem. Verum id quoque non solum complures e veteribus censuerunt, sed ex Recentioribus etiam Cajetanus amplexus est Commentario in Caput 2 Epistolæ se-

cun-

cundæ S. Petri , nec opinio hæc , ut Petavius l. 3.
de Angel. c. 4. ait , ullo adhuc Ecclesiæ decre-
to confixa est. Videtur etiam animam hominis
Angelorum instar tenui quodam corpore prædi-
tam existimare l. 5. c. 7. Quod itidem Tertul-
lianus l. de anima diserte docet , & ni fallor
plerique eorum existimabant , qui per traducem
a parentibus in filios propagari animas putabant.

Denique de animarum statu post mortem
hæc fere docet. I. negat justorum animas etiam
plene purgatas ad conspectum Dei admitti ante
resurrectionem , sed abire interim in locum quen-
dam invisibilem , ibique resurrectionem corpo-
rum operiri . „ Si Dominus legem mortuorum
servavit , ait l. 5. c. 31. ut fieret primogeni-
tus a mortuis , & commoratus usque in tertiam
diem in inferioribus terræ ; post deinde surgens in
carne , ut etiam fixuras clavorum ostenderet di-
scipulis , sic ascendit ad Patrem ; quomodo non
confunduntur , qui dicunt inferos quidem esse
hunc mundum , qui sit secundum nos , interio-
rem autem hominem ipsorum dereliquentem
hic corpus , in supercœlestem ascendere locum ?
Cum enim Dominus in medio umbræ mortis abi-
erit (Ps. 22. v. 4.) ubi animæ mortuorum e-
rant , post deinde corporaliter resurrexit , & post

resurrectionem assumptus est : manifestum est , quia & discipulorum ejus , propter quos & hæc operatus est Dominus , animæ abibunt in invisibilis locum , definitum eis a Deo , & ibi usque ad resurrectionem commorabuntur , sustinentes resurrectionem : post recipientes corpora , & perfecte resurgentes , hoc est corporaliter , quemadmodum & Dominus resurrexit , sic venient ad conspectum Dei . , , Massuetus Dissert. 3. Artic. 11. existimat quidem eum a lege hac excipere Martyres , quia l. 4. c. 33. num. 9. ait : „ Ecclesia omni in loco ob eam , quam habet erga Deum dilectionem , multitudinem Martyrum in omni tempore præmittit ad Patrem . „ At si verbis his quid peculiare Martyribus tribuit , id opinor summum est , quod Tertullianus l. de Anima c. 32. scribit : „ Quomodo Joanni in Spiritu paradisi regio revelata , quæ subjicitur altari , nullas alias animas apud se præter Martyrum ostendit : quomodo Perpetua fortissima Martyr sub die passionis in revelatione paradisi , solos illic commartyres suos vidit ? nisi quia nullis romphæa paradisi janitrix cedit , nisi qui in Christo deceferint . Non in Adam nova mors pro Deo , & extraordinaria pro Christo , alio & privato excipitur hospitio . . Tota paradisi clavis

vis tuus sanguis est. Habes etiam de paradiso a nobis libellum, quo constituimus, omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini. ,,

Docet II. Irenæus justos post resurrectionem regnaturos cum Christo in terrena Jerusalem bonis omnibus affluentes. Ita enim l. 5. c. 32. habet. ,,, Oportet justos primos in conditio- ne hac , quæ renovatur , ad apparitionem Dei resurgentes recipere promissionem hæreditatis , quam Deus promisit patribus , & regnare in ea , post deinde fieri judicium. In qua enim conditio- ne laboraverunt , sive afflitti sunt , omnibus mo- dis probati per sufferentiam , justum est in ipsa recipere eos fructum sufferentiæ: & qua condi- tione imperfecti sunt propter Dei dilectionem , in ipsa vivificari : & in qua conditione servitu- tem sustinuerunt , in ipsa regnare eos. Dives e- nim in omnibus Deus , & omnia sunt ejus. ,,, Et c. 33. ,,, Promisit Dominus inquit , bibere de ge- neratione vitis cum suis discipulis ; utrumque o- stendens , & hæreditatem terræ , in qua babitur nova generatio vitis , & carnalem resurrectio- nem discipulorum ejus. Quæ enim nova resur- git caro , ipsa est quæ & novum percepit pocu- lum. Neque autem sursum in supercœlesti loco constitutus cum suis , potest intelligi bibens vi- tis

tis generationem; neque rursus sine carne sunt, qui bibunt illam: carnis enim proprius est, & non spiritus, qui ex vite accipitur potus. Et propter hoc dicebat Dominus: *Cum facis prandium, vel cœnam, noli vocare divites, neque amicos . . sed voca claudos, cœcos, mendicos, & beatus eris; retribuetur enim tibi in resurrectione justorum (Luc. 14. v. 12. & 13.)* Et iterum ait: *Quicunque dimiserit agros, aut domos, aut parentes, aut filios propter me, centuplum accipiet in hoc seculo, & in futuro vitam æternam. (Marci 10. v. 29. & 30.)*

Quæ enim sunt in hoc seculo centupla, & prandia exhibita pauperibus, & cœnæ, quæ redundunt? Hæc sunt in regni temporibus, hoc est in septima die, quæ est sanctificata, in qua requievit ab omnibus operibus, quæ fecit, quæ est verum justorum Sabbatum, in qua non facient omne terrenum opus; sed adjacentem habebunt paratam mensam a Deo, pascentem eos epulis omnibus. „ Eodem cap. portentosam prorsus regni illius tempore fertilitatem terræ sic describit. „ Presbyteri meminerunt, qui Joannem discipulum Domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, & dicebat: *Venient dies, in quibus vineæ nascentur singulæ decem millia palmitum habentes, &*

in

in uno palmite dena millia brachiorum , seu flagellorum , & in uno quoque flagello dena millia botrium , & in uno quoque botro dena millia acinorum , & unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini . Et cum eorum apprehenderit aliquis Sandorum botrum , alius clamabit : Botrus ego melior sum , me summe , per me Dominum benedic . Similiter & granum tritici decem millia spicarum generaturum , & unamquamque spicam habituram decem millia granorum , & unum quodque granum quinque bilibres similæ claræ mundæ : & reliqua autem poma , & semina , & herbam secundum congruentiam iis consequentem : & omnia animalia iis cibis utentia , quæ a terra accipiuntur , pacifica & consentanea invicem fieri , subjecta hominibus cum omni subjectione . Hæc & Papias Joannis auditor , Polycarpi autem contubernalis , vetus homo .. in quarto librorum suorum ; sunt enim illi quinque libri conscripti . Et adjecit dicens : Hæc autem credibilia sunt credentibus . Et Juda inquit , proditore , non credente , & interrogante : Quomodo tales genituræ a Domino perficiuntur ? dixisse Dominum : Videbunt , qui venient in illa . , , Fatetur tamen S. Pater non omnibus hanc doctrinam probari , sed illorum opinioni suam præfert . , , Si autem quidam , ait c .

35. tentaverunt allegorizare hæc quæ ejusmodi sunt, neque de omnibus potuerunt consonantes sibi metipsis inveniri, & convincentur ab ipsis distinctionibus differentibus . . . Hæc enim universa in resurrectionem justorum sine controversia dicta sunt, quæ fit post adventum antichristi, & perditionem omnium gentium sub eo existentium, in qua regnabunt justi in terra, crescentes ex visione Domini, & per ipsum assuescent capere gloriam Dei Patris, & cum Sanctis Angelis conversationem, & communionem, & unitatem spiritualium in regno capient: & illos quos Dominus in carne inveniet, expectantes eum de cœlis, & perpeccatos tribulationem, qui & effugerint iniqui manus . . . Et infra: „ Hæc talia universa non in supercœlestibus possunt intelligi . . sed in Regni temporibus, revocata terra a Christo, & reædificata Hierusalem: secundum characterem ejus, quæ sursum est Hierusalem &c. „

Docet III. post tempore hoc regnum omnes quidem justos beata Dei visione donatum iri, non tamen omnes, sed quosdam solum in cœlum ituros, alios autem in paradiſo, & alios in terrena Jerusalem remansuros: quod nescio an ullus alius docuerit. „ Præterente figura hac, ait c. 36. & renovato homine, & vigente

ad

ad incorruptelam, ut non possit jam veterascerre, erit cælum novum & terra nova, in quibus novus perseverabit homo, semper nova confabulans Deo.. Et quemadmodum Presbyteri dicunt, tunc qui digni fuerint cœlorum conversatione, illuc transibunt, id est in cœlos; alii tute Paradisi deliciis utentur; alii autem speciositatem civitatis possidebunt: ubique autem Deus videbitur, & quemadmodum digni erunt videntes eum. Esse autem distantiam hanc habitationis eorum, qui centum fructificaverunt, & eorum qui sexaginta, & eorum qui triginta: quorum quidam in cœlum assummentur, alii in paradyso conversabuntur, alii in civitate inhabitabunt: & propter hoc dixisse Dominum, multas esse apud Patrem mansiones. Omnia enim Dei sunt, qui omnibus aptam habitationem præstat: quemadmodum Verbum ejus ait, omnibus divisum esse a Patre, secundum quod quis est dignus, aut erit. Et hoc est triclinium, in quo recumbentii, qui epulantur vocati ad nuptias. Hanc esse dispositionem eorum, qui salvantur, dicunt Presbyteri Apostolorum discipuli, & per hujus modi gradus proficere, & per Spiritum quidem ad Filium, per Filium autem ascendere ad Patrem, Filio deinceps cedente Patri opus suum,

quem-

quemadmodum & ab Apostolo dictum est: *Quoniam oportet regnare eum, quoad usque ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima inimica destruetur mors.* (1. Corinth. 15. v. 25. & 26.) In temporibus enim Regni justus homo super terram existens obliviscetur mori &c. ,,

Hæc erronea fateor, jamque etiam hæretica sunt, sed Irenæi ævo nondum sat eliquata erant, & si postremum demas, a pluribus tunc & postea, puta a S. Justino, Tertulliano, Victorino, Lactantio &c. propugnabantur. Existimabat præterea Irenæus tuto sequi se posse Papiam Apostolorum discipulum, de quo Eusebius l. 3. Hist. Eccles. c. 39. , Idem Scriptor inquit alia nonnulla nudæ vocis traditione ad se pervenisse testatur, novas quasdam scilicet Salvatoris parabolas ac prædicationes, aliaque fabulis propiora. Inter quæ & mille annorum spaciū post corporum resurrectionem fore dicit, quo regnum Christi corporaliter stet in orbe terrarum. Quæ quidem ita opinatus esse videtur Papias ex male intellectis Apostolorum narrationibus, cum ea quæ arcano quodam sensu, & exempli causa ab illis dicebantur, non satis pervidisset. Σφόδρα γαρ τοι σμικρὸς ὡν τὸν νοῦν, Fuit enim mediocri ad modum ingenio, ut ex scriptis illius conjicere licet:

cet: plerisque tamen post ipsum Ecclesiasticis Scriptoribus erroris occasionem præbuit, hominis vetustate sententiam suam tuentibus. „Unde venia profecto dignus est Irenæus, nec errata hæc, doctrinæ ejus in rebus aliis auctoritatem detrahunt: cum præter Scriptores Canonicos nemo facile sit, cui non error aliquis obrepserit.

C A P U T III.

Summarium libri I. S. Irenæi adversus hæreses.

Abstrusa Valentinianorum, & qui eos præcesserant, hæreticorum dogmata libro hoc summa diligentia enarrat S. Pater, usque doctrinam Catholicam, brevi confutatione addita opponit. Ante omnia vero de argumento Operis, & suscipiendi illius causis hæc 60.) præfatur. „Quoniam nonnuli repudiata veritate, sermo-

S. Irenæi Episc. & Mart.

F

nes

60.) Præfationem hanc, & quæ sequuntur juxta Masueti partitionem, unum & viginti capita, Græce exhibet S. Epiphanius in Panario suo, seu adversus octoginta hæreses Volumine, hæresi 31. & sequentibus usque ad 36. Excerptum ex Epiphanio textum Græcum Latine reddidit

Ja-

nes & genealogias vanas inducunt, quæ quæstiones potius, ut Apostolus ait, præstant, quam ædificationem Dei, quæ in fide est, (I. Timoth. I. v. 4.) ac per probabilitatem subdole comparatam seducunt mentem imperitorum, eosque depravandis oraculis Divinis, iisque quæ recte dicta sunt male exponendis captivos trahunt, scientiaque prætextu multos evertunt, atque ab eo, qui universitatem hanc condidit, abducunt, perinde ac sublimius aliquid & præstantius ostendere posfint, quam Deum, qui cœlum, & terram, & omnia, quæ eorum complexu continentur, effecit: scito quidem illi atque ad persuadendum apposito verborum artificio.. illicientes, cæterum inscite ac præpostere perniciem eis afferentes... Quocirca ne culpa nostra nonnulli tanquam oves a lupis abripiantur, eos nimirum ob externum ovillæ pellis integumentum non agnoscentes (quos nobis cavendos esse Dominus præcepit) ut qui eadem quidem loquantur, sed non eadem sentiant; necessarium duxi, cum in Valen-

Janus Cornarius, sed non multo elegantius veteri Irenæi interprete. Hinc Jacobus Billius novam de integro interpretationem adornavit, quam una cum veteri & Fevardentius, & Maffuetus editioni suæ inseruerunt. Mihi Billii tantum versionem sequi visum est,

lentini discipulorum, ut ipsi ajunt, commentarios incidissem, atque etiam cum nonnullis ipsorum pedem contulisset, quidque sentiret percepisset, prodigiosa eorum mysteria... tibi vir mihi charissime 61.) indicare: ut ea tu quoque.. omnibus, qui tecum versantur, patefas, eosque moneas, ut ab amentiæ, blasphœmiæque in Christum voragine sibi caveant... Nec vero facies, ut a nobis, qui inter Gallos degimus, atque in barbara 62.) lingua ut plurimum operam ponimus, verborum artificium, quod non didi-

F 2

61.) Amicum hunc nonnulli Turibium Toletanum Episcopum esse volunt; at verosimilius longe est Græcum quempiam fuisse: tum quod Irenæus Græce scriperit, tum quod Valentianæ hæresis multo magis per Orientem, quam Occidentem graffata sit.

62.) Papebrochius in Actis SS. ad XXVIII. Junii barbaræ linguæ nomine Latinam intelligi ab Irenæo censet, quod ea tunc Gallis etiam rusticis familiaris fuerit, Celtaica autem genti illi propria jam penitus exoleverit. At veterem Celtarum seu Gallorum linguam ne hodie quidem exolevisse, sed vigere adhuc in Armorica inferiori testatur Joannes Baptista Du Hamel in Prolegomenis Scripturæ sacrae c. 2. Verosimile præterea non est, Romanos tum cultissimos, & orbis dominos pro barbaris habitos, linguamque eorum a Græcis hoc titulo honoratam fuisse. De patria igitur & vulgari Celtarum lingua isthic agere Irenæum, ego quidem non ambigo.

cimus, exposcas: nec yim conscriptoris, in qua comparanda non elaboravimus: nec dictionum ornamentum, nec persuadendi facultatem, cuius expertes & ignari sumus. Verum ea, quæ simpliciter ac vulgari sermone, benevolo tamen animo ad te scripta sunt, tu quoque pari animo ac benevolentia accipies, eaque ipse utpote nobis eruditior, quasi semina quædam & initia a nobis accepta apud te amplificabis.. quæque nos imbecille narravimus, ea tu iis, quibuscum tibi consuetudo est, non sine robore declarabis. Et quemadmodum nos flagitante te jam pridem, quænam ipsorum sententia esset, intelligere studiimus sedulo, & non modo eam tibi perspicuum reddere, sed ad ipsius falsitatem commonistrandam facultates suppeditare: eodem modo tu quoque pro ea gratia, quam a Domino consecutus es, prompte atque obnixo studio cæteris inservies: ut homines non jam amplius eorum oratione ad persuadendum comparata distrahan-
tur. ,

Ad rem deinde aggreditur, primoque capite 63.) triginta Æonum seu deorum, ex qui-
bus

63.) S. Irenæus Opus suum in libros tantum, non in capita partitus est: hinc partitio ista debetur interpreti.

At

bus Valentiniani spiritale suum & invisibile pleroma constituebant, genesis sic explicat. „ A-
junt esse quendam in sublimitatibus illis, quæ
nec oculis cerni, nec nominari possunt, perfe-
ctum Æonem 64.) præexistentem, quem & Pro-
archen, & Propatorem 65.) & Bythum vocant.
Eum autem cum incomprehensibilis, & invisibi-
lis, sempiternus item, & ingenitus esset, infini-

F 3

At quia ea, quam vetus interpres fecit, hiulca admodum era, novam longeque commodiorem Massuetus instituit, quam sequor.

64.) *Αἰών* Latine ævum aut seculum significat. Quia autem in Scriptura æternitas non raro per secula seculorum Hebreorum more explicatur, ut Ephes. 3. v. 21. *Ἄυτῷ*
ἡ δόξα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησῷ, εἰς πάσας τὰς
γενεὰς τῆς ἀιώνος τῶν ἀιώνων. *Ipsi gloria in Ecclesia, in*
Christo JESU in omnes generationes seculi seculorum Et
1. Timoth. 1. v. 17. *Τῷ δὲ Βασιλεῖ τῶν ἀιώνων ὁ φθάστω,*
*αἰρέστω, μένω σοφῷ Θεῷ τιμὴ, καὶ δόξα εἰς τὰς ἀιώ-
νας τῶν ἀιώνων.* *Ἀμην.* Regi autem seculorum immortali,
invisibili, soli sapienti DEO, honor & gloria in secula se-
culorum. Amen &c. Valentiniani hinc erroris ansam arri-
puerunt, æonumque nomine deos a primo & summo ortos
intelligentes, fabulosum suum Pleroma confinxerunt: ut Ire-
naeus quoque infra c. 3. observat.

65.) *Προπάτως* Latine significat primum principium,
Προπάτως primum patrem, & *Βυθός* profundum.

tis temporum seculis in summa quiete ac tranquillitate fuisse. Una etiam cum eo Ennoeam 66.) extitisse, quam & Charin, & Sigen nuncupant. Hunc porro Bythum in animum aliquando induisse rerum omnium initium proferre, atque hanc quam in animum induxerat productionem, in Sigen, quæ una cum eo erat, non secus atque in vulvam demississe. Hanc vero suscepito hoc semine prægnantem effectam peperisse Nun, parenti suo parem & æqualem, atque ita comparatum, ut solus paternæ magnitudinis capax esset. Atque hunc Nun 67.) & Monogenem, & Patrem, & Principium omnium rerum appellant. Cum eo autem Veritatem quoque in ortum productam esse ajunt. Atque hanc esse primam ac primigeniam Pythagoricam 68.) quaternitatem, quam etiam rerum omnium stirpem ac radicem vocant. Est enim Bythus, & Sige, ac deinde Nus, & Veritas. Cumque Monogenes hic persensisset, quam ob causam productus esset,

66.) Ἐννοία idem est ac Latine Cogitatio; Χάρης vero gratiam, Σιγή Silentium significat.

67.) Νόος Latine est mens, & Μονογενής Unigenitus.

68.) Pythagoræi teste Plutarcho l. i. de Placitis Philosoph. c. 3. quaternarium esse numerum perfectissimum ajebant,

set, edidisse ipsum quoque Sermonem, & Vitam, patrem omnium, qui post se futuri essent, ac principium & formationem totius Pleromatis.

69.) Jam vero ex Sermone & Vita per conjugationem ortos esse Hominem & Ecclesiam. Atque hanc esse primigeniam ogdoadem, ex qua tanquam ex radice ac parente omnes extiterunt, quatuor nominibus apud ipsos appellatam, Bythum nimirum, & Nun, & Sermonem, & Ho-

F 4 mi-

bant, eo quod in se complectatur denarium, ultra quem non tam numerus, quam repetitio numerorum est. Denarium autem in quaternario contineri dicebant, quia quaternarius habet quatuor, tria, duo, unum, quæ simul collecta decem faciunt. Unde & jurisjurandi forma facerrima Pythagoræis hæc erat:

*'Οὐ μάτις ἀμετέρα Ψυχᾶ παραδόντα τετράκτυν
Παγὰν ἀεράου φύσεως γρίζωματ' ἔχοταν :*

Per eum, qui animæ nostræ tradidit quaternarium,
Fontem perennis naturæ radices habentem.

Hanc itaque ob causam, quaternitatem istam Pythagoricam erudite vocat Irenæus.

69.) *Πλήρωμα* Latine plenitudinem, vel complementum, aut supplementum significat. Videntur autem Valentianii vocem hanc defuspsisse ex Apostolo Coloff. 2. v. 9. ubi de Christo ait: "Οτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter."

minem. Esse quippe eorum quemlibet masculo feminam ad hunc modum: primum scilicet Propatorem conjugii nexus cum sua Ennoea, quam & Charin, & Sigen vocant, copulatum fuisse: Monogenem deinde, hoc est Nun, cum Veritate: Sermonem cum Vita: ac denique Hominem cum Ecclesia. 70.) Hos autem Æonas ad parentis sui gloriam productos, quod ipsi de suo quoque paternam gloriam illustrare vellent, fœtus conjugales edidisse; Sermonem nempe & Vitam, posteaquam Hominem & Ecclesiam produxissent, alios insuper decem Æonas in ortum protulisse, quorum nomina hæc esse dicunt: Bythius, & Mixis: Ageratus, & Henosis: Autophyes & He-

do-

70.) Ita etiam Tertullianus 1. adversus Valentinianum. 5. „ Ergo Bythos & Sige, Nus & Veritas prima quadriga defenditur Valentinianæ factionis, matrix & origo cunctorum. Namque ibidem Nus simul ac cepit prolationis suæ officium, emittit & ipse ex semetipso Sermonem & Vitam.. Sed & hæc soboles ad initium universitatis, & formam Fleromatis totius emissa facit fructum, Hominem & Ecclesiam procreat. Habes ogdoadem, tetradem duplicem ex conjugationibus masculorum & feminarum, cellas, ut ita dixerim, primordialium Ænonum, fraterna connubia Valentianorum deorum, census omnes sanctitatis & majestatis hæreticæ: nescio criminum, an numinum turbam, certe fontem reliquæ fœcunditatis &c.,

done : Acinetus & Syncrasis : Monogenes & Macaria 71.) Hi sunt decem Æones , quos ex Sermone & Vita ortos esse afferunt. Hominem autem etiam ipsum una cum Ecclesia duodecim Æonas produxisse , quibus hæc ab ipsis nomina tribuuntur: Paracletus & Pistis: Patricus & Elpis: Metricus & Agape: Ainus & Synesis: Ecclesiasticus, & Macariotes: Theletus & Sophia. 72.) Hi sunt errantium hominum Æones 73.) triginta,

F 5 qui

71.) Latine hæc nomina reddi possunt : Profundus , & Mixtio : Senectutis expers , & Unio. Ex seipso natus , & Voluptas : Immobilis , & Temperatio : Unigenitus , & Beata.

72.) Latine Consolator , & Fides : Paternus , & Spes. Maternus , & Charitas : Mens æterna , & Intellectus : Ecclesiasticus , & Beatitudo . Voluntarius , & Sapientia.

73.) S. Epiphanius juxta versionem Dionysii Petavii, & edit. Colon. an. MDCLXXXII. hæresi 31. num. 2. & 3. barbara etiam horum Æonum nomina profert , commentique totius originem ita explicat . „ Valentini inquit patriam ac styrypem plerique nesciunt : non enim locum ipsum , unde oriundus esset , Scriptorum ullus expressit , verum ad nos auditione sola quedam ejus fama pervenit .. Sunt qui Phrenonitem illum faciant ex Ægypti quadam ora ; unde Alexandriam profectus sit , ibique Græcorum artibus institutus. A quibus & Hesiodia Theogoniae , ac XXX. deorum , quos ibidem ille recensuit , in animo suo exemplum informavit .. Etenim deos ille seu Æones XXX. cœlestesque

qui silentio velut obvoluti sunt, nec a quoquam
co-

orbes totidem constituit: quorum primus est Bythus, ut
huic insano videtur. Quemadmodum etiam author ejus o-
pinionis Hesiodus prius omnibus diis Chaos esse dixit:
Atqui Chaos & Python idem omnino significare, nemo est
qui nesciat. Sed circumforanei nebulonis tragice decanta-
tam fabulam, ac nefariam doctrinam considera.. Aeonem
quemlibet Par maris ac feminæ, tam ipse quam ejus disci-
puli vocant; ut binarii sint XV. quas Syzygias, hoc est
duorum collegia nominant. Hinc Aēones XXX. numero
confurgunt, quorum femina quaelibet e mare suo consequen-
tes Aēonas progenerat. Omnia nomina subjicimus, eaque
sunt ejusmodi, ut unicuique maris appellationi feminæ nomen
ex adverso respondeat. Ampsiu, Auraan: Bucua, Thardum:
Ubucua, Thardeadie: Merexa, Artababa: Udua, Cesten:
Udu, Vac: Eslen, Amphain: Eßumen, Vanauin: Lamer,
Tarde: Athames, Sufin: Alora, Buciatha: Danadelaria,
Allora: Dammo, Oren: Lanaphecadaphec, & Emphibo-
chebaud: Assiovache, Belim: Dexariche, Mafemo. Quo-
rum hæc est interpretatio: Bythos, Sige: Nus, & Veri-
tas: Logos & Vita: Homo & Ecclesia: Paracletus, &
Fides: Paternus & Spes: Maternus, & Charitas: Ainus,
& Synesis: Theletus, qui & lumen dicitur, & Beatitudo:
Ecclesiasticus, & Sapientia: Bythius, & Myxis: Agera-
tus, & Unio: Autophyes, & Temperatio: Unigena, &
Unitas: Immobilis, & Voluptas... Ejusmodi est celebris
illa XXX. Aēonum fabula, inanissimaque spiritalis, ut vo-
cant, complementi conjugia. Quæ si quis cum Hesiodi,

Ste.

cognoscuntur: hoc invisibile ac spiritale eorum Pleroma, trifariam divisum, in Ogdoadem, Decadem, & Dodecadem. 74.) Atque ob eam causam Salvatorem.. trigesinta annis palam atque in hominum luce nihil fecisse, ut Æonum horum mysterium ostenderet. Quin in ea quoque parabola, quæ est de operariis ad vineam missis, hos XXX. Æones apertissime indicatos esse contendunt. Mittuntur enim partim circa horam pri-

Stesichori, aliorumque Græcorum Poetarum fabulis conferat, eadem cum illis esse, neque ulla in re discrepare compcriet.. præter voces, quas illi barbaris appellationibus detorserunt. Ita enim philosophatur Hesiodus. Primum omnium Chaos extitit, secuta est Nox; Erebus, Terra: Æther, Dies: Amor, Consilium: Fatum, Ærumnæ; Casus, Nemesis; Momus, Amicitia; Mors, Licentia; Seneclus, Ate; Desiderium, Oblivio; Somnus, Pugna; Lyismeles, Contumelia; Euphronios, Ægle; Curarum solatum, Fraus; Hedymelles, Lis. Hic ille numerus est, qui marium feminarumque continuata serie tricenarium efficit.. Cujusmodi plane est nugatoria illa Bythi atque inextricabilis historia. ,,

74.) „ Quæ istorum, ait Tertullianus 1. advers. Valent. num. 5. privilegia numerorum, quaternarii, & octonarii, & duodenarii? in tricenario fœcunditas tota deficit.. quasi non & numerorum tanta adhuc coagula supereffent, & nulla alia de paedagogio nomina. Quare non & quinquaginta & centum procreantur? quare non & Sterceiæ, & Syntrophi nominantur? ,,

primam, partim circa tertiam, partim circa sextam, partim circa nonam, partim circa undecimam. Omnes porro hæ horæ in unum conflatæ tricenarium numerum explent. Una enim, & tres, & sex, & novem, & undecim tricenarium efficiunt. Per horas autem Æonas significari volunt: atque hæc esse ingentia illa, & admiranda, atque in vulgus non efferenda mysteria.,, 75.) Capite II. reliqua ad Pleroma pertinentia enarrat S. Pater, quemadmodum scilicet ex mente Valentinianorum postremus Æon Sophia ad vindendum Propatorem, seu Bythum exarserit, cumque id assuequi non posset, in summas angustias inciderit, & absque Theleti conjugis sui complexu informem quendam fœtum Enthymesim nomine ediderit. Ne autem Æon ille præ angustia dissolveretur penitus, succurrisse ei productum a Monogene Horum seu Terminum: quem & Σταυρὸν, id est crucem aut vallum, & Λυτρῷτην seu liberatorem, & Καρπισθὴν seu Arbitrum vel Moderatorem, & Ὀροθέτην, seu Finitorem, & Μεταγωγέα seu Deductorem vocabant hæretici, fabulabanturque ab Horo hoc Enthimesin quidem extra Pleroma projectam, Sophiam autem ejus

ma-

75.) En quæ errorum monstra ex Scriptura Sacra excipi possiat, si illam juxta privatum cuiusque spiritum negligata Ecclesiæ auctoritate interpretari liceat!

matrem solidatam , & Conjugi suo Theleto restitutam esse. Neque hic finis , sed addunt inquit , „ Monogenem rursus de Patris consilio ac providentia .. muniendi fulciendique Pleromatis causa par alterum produxisse , hoc est Christum , & Spiritum Sanctum : a quibus Æones omnibus numeris absoluti sunt. „ Nam Christus quidem eos docuit Propatorem seu Bythum a solo Monogene comprehendi posse , cæteris Æonibus inaccessam esse ejus majestatem , ac proinde si æternum perseverare , & dissolutionem , quæ Sophiæ propemodum contigerat , amoliri a se vellet , ipsum temere scrutari non debere. „ Sanctus autem Spiritus eos omnes inter se exæquatos gratias agere docuit , & veram requiem induxit. Ad hunc porro modum Æonas tum forma , tum voluntate ac sententia pares constitutos fuisse commemorant , omnes nimirum Noas , omnes Sermones , omnes Homines , omnes denique Christos effectos : feminas item omnes Veritates , omnes Vitas , omnes Spiritus , & Ecclesiæ. Atque hinc confirmata & ad summam quietem adducta universitate , eos non sine magna lætitia Propatorem laudibus extulisse dicunt .. ac beneficii hujus nomine cœtum omnem Ænum communi consilio ac sententia , consentientibus eti-

etiam Christo & Spiritu Sancto , atque eorum patre , (seu Monogene) quidquid pulcherrimum ac præstantissimum quisque in se habebat , in medium contulisse , atque hæc apte conjungentes , ac concinne copulantes , ad honorem & gloriam Bythi perfectissimam quandam pulchritudinem , & sydus Pleromatis , ac perfectum fructum produxisse , hoc est JESUM : quem etiam Salvatorem appellant , & Christum , & Sermonem , ac denique omnia , eo quod ex omnibus ortus es- set , additis una honoris causa satellitibus angelis ejusdem cum ipso generis . 76.) Quo de-
mum facto invisibile illud Pleroma completum
est ,

76.) Eisdem nærias sic enarrat & deridet Tertullianus num. 7. , , Monogenes ille Nus.. Pleromati muniendo.. novam excludit copulationem , Christum & Spiritum Sanctum , turpissimam putem duorum masculorum . aut fe-
mina erit Spiritus Sanctus.. Numen his datur unum pro-
curare concinnationem Æonum .. Christi erat docere Æo-
nas naturam conjugiorum (vides quam rem piam !) & in-
nati conjectationem... Spiritus vero Sancti , ut omnes per-
æquati .. veram inducerentur quietem . Itaque omnes forma
& scientia peræquantur .. omnes refunduntur in Nun , o-
mnes in Hominem .. & quæ feminæ , in Sigas , in Zosas ,
in Ecclesiæ : ut Ovidius Metamorphoses suas delevisset , si
hodie majorem cognovisset . Exinde refecti & constabiliti ..
magno cum gaudii fructu hymnis Patrem concinuant . Dif-

est, præter Æones XXX. Christum etiam &
Spi-

fundebar & ipse lætitia, ubique bene cantantibus filiis
& nepotibus.. Quis nauclerus non etiam cum dedecore
lætatur? videmus quotidie nauticorum lascivias gaudiorum.
Itaque ut nautæ ad symbolam semper exultant, tale ali-
quid & Æones, unum jam omnes etiam forma, nedum sen-
tentia, convenientibus ipsis quoque novis fratribus, & ma-
gistris, Christo & Spiritu, quod optimum atque pulcher-
rimum unusquisque florebat, conferunt in medium. Vane o-
pinor. Si enim unum erant omnes.. vacabat symbolæ ra-
tio, quæ ferme ex varietatis gratia constat.. Igitur ex æ-
re collatio, quod ajunt, in gloriam Patris, pulcherrimum
Pleromatis sydus fructumque perfectum compingunt JESUM.
Eum cognominant Soterem, & Christum, & Sermonem, &
omnia, ut ex omnium defloratione constructum, graculum
Æsopi, Pandoram Hesiodi, Acci Patinam, Nestoris Coe-
tum, Miscellaneam Ptolomæi.. Ut autem tantum sigilla-
rium extrinsecus quoque ornassent, satellites ei Angelos pro-
ferunt, par genus: si inter se, potest fieri: si vero Soteri
consubstantivos, quæ erit cminentia ejus inter satellites
coæquales? Continet igitur hic ordo primam processionem
nascentium, nubentium, generantium Æonum: Sophiæ ex
desiderio Patris periculosisimum casum, Hori oportunissi-
mum auxilium, Enthymeseos & conjunctæ passionis expia-
tum, Christi & Spiritus Sancti paedagogatum, Soteris pa-
voninum ornatum, Angelorum comparativum antistatum.
Quod superest, vos valete & plaudite: imo audite. Hæc
enim intra cœtum Pleromatis prima tragœdiæ scena: alia au-
tem trans siparium cothurnatio est, extra Pleroma dico &c.,

Spiritum Sanctum, JESUM cum satellitibus Angelis, & Horum continens.

Capite III. nonnulla Scripturæ loca affert, quibus ad commenta sua abutebantur hæretici. „Paulum inquit, sæpe numero hos Æonas apertissime nominare afferunt, atque insuper eorum ordinem servasse, cum his verbis uteretur: *In omnes generationes seculorum seculi.* (Ephef. 3. v. 21.) Nos quoque cum in gratiarum actione dicimus, *In secula seculorum*, Æones illos significare. Denique ubiubi seculi, vel seculorum vocabulum usurpatum, id ad illos referri volunt. Jam dodecadis Æonum productionem ex eo indicari, quod Dominus, cum duodecimum ætatis annum ageret, cum Legis doctoribus disseruit: itemque per Apostolorum electionem: duodecim enim Apostolos esse. Reliquos duo de viginti Æonas hinc declarari, quod eum, postquam a morte ad vitam rediisset, decem & octo menses cum discipulis versatum esse dicunt. 77.) Ad hæc per duas primas nominis ipsius li-

te.

77.) Tantundem temporis a resurrectione ad ascensionem Domini intercessisse alii quoque hæretici dicebant, de quibus Irenæus Cap. 30. hujus libri agit. At utrosque refellit S. Lucas Act. 1. v. 2. & 3. diserte inquiens: *Usque in diem.. qua assumptus est, præbuit seipsum virum post*

teras, hoc est I & η octodecim Æones indicari, & decem Æones per literam, 78.) quæ in ipsius nomine principem locum tenet, significari asserunt: atque huc spectasse Salvatorem, cum diceret: *Jota unum, aut apex unus non præteribit, donec omnia fiant.* (Math. 5. v. 18.) At vero calamitatem eam, quæ duodecimo Æoni accidit, per Judæ, qui Apostolorum duodecimus erat, defectionem innui dicunt: atque hinc etiam, quod Christus duodecimo mense passus sit. Eum enim unum duntaxat a Baptismo annum 79.) prædicationis munus obiisse volunt. Insuper etiam in muliere illa, quæ sanguinis profluvio laborabat, apertissime declarari. Hanc enim cum XII. annis ægrotasset, Salvatoris adventu cura-

S. Irenæi Episc. & Mart.

G

tam

post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens, & loquens de regno DEI.

78.) Ex his manifestum fit Ireneum Græce, non Latine scripsisse: nam si JESU nomen Latine scribatur, prima ejus litera unitatem tantum, secunda nullum prorsus numerum designat; juxta Græcum autem scribendi & putandi modum, duæ primæ literæ nominis Ιησӯ numerum hic expressum omnino continent, quia I decem, & η octo apud eos valet.

79.) Non plus uno anno Christum prædicasse, qui dam etiam e Patribus senserunt: puta Clemens Alexandr. l. i.

& 6.

tam esse , contacta ipsius fimbria : Atque ob eam causam dixisse Salvatorem : *Quis me tetigit?* (Matth. 5. v. 31.) his scilicet verbis mysterium, quod inter Æones contigerat , affectique Æonis curationem Apostolis tradentem ... Quod autem Salvator , qui ex omnibus ortus est , omnia fit .. diserte a Paulo dictum ajunt : *Et ipse est omnia.* (Coloss. 3. v. 2.) Et iterum : *Omnia in eum , & ex ipso omnia.* (Rom. 11. v. 36.) Ac rursus : *In ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis.* (Coloss. 2. v. 9.).. Postea de Horo suo verba facientes , duplii eum facultate præditum esse statuunt , altera fulciente , altera dividente : & quatenus constabilit ac firmat , Crucem esse ; qua autem ratione dividit ac distinguit , Horum. Salvatorem porro ipsius facultates ita indicasse , primo quidem eam , qua fulcit & confirmat , in his verbis : *Qui non tollit crucem suam , & sequitur me , non potest meus esse discipulus.* (Luc. 14. v. 27.)

& 6. Strom. Tertullianus 1. contra Judæos , Laftantius 1. 4. Divin. Instit. c. 4. &c. decepti verbis illis Isai. 61. v. 1. & 2. *Spiritus Domini super me , eo quod unxerit Dominus me : ad annunciatum mansuetis misit me .. ut prædicarem arnum placabilem Domino.* Sed opinio hæc sustineri omnino nequit , cum Evangelistæ , præsertim Joannes c. 2. 6. 12. tria minimum Paschata a Baptismo ad mortem Christi celebrata recensant.

27.) deinde eam , qua secernit , ac dirimit , cum his verbis uteretur : *Non veni pacem mittere , sed gladium.* (Math. 10. v. 34.) &c. ,, 80.)

Sequentibus quinque Capitibus , de rebus extra Pleroma positis , seu aspectabili hoc mundo absurdas Valentinianorum nänias recenset Irenæus , quarum summa hæc est . I. informem illum Æonis ultimi seu Sophiæ fœtum , Enthymesim scilicet , quæ Latine intentionem , vel concupiscentiam significat , & ab illis etiam mater Achamoth ex Hebræo חכמָה sapientia , & Ogdoas , & Sophia , & Terra , & Hierusalem , & Sanctus Spiritus , & masculino genere Dominus vocabatur ; hanc inquam Enthymesim extra Pleroma eum appendice passione relegatam , ajebant in umbra & vacuo , formæ , figuræ , ac luminis expertem misere jacuisse , usque dum calamitate ejus commotus Christus superior , vi sua formam quidem ei indidit , sed secundum substantiam tantum , non secundum scientiam . Unde cum

G 2 non-

80.) Quemadmodum Valentiniani , ita quotquot ha-
ctenus fuerunt hæretici , ad affirmanda sua dogmata scripturae textibus abusi sunt . Quomodo igitur Scriptura sola pro regula Fidei haberi , aut perspicua esse omnibus dici posse , quam in tot , tam absconos , & repugnantes invicem sensus trahere cuique pronum est ?

nonnullo incorruptibilitatis odore perfusa , & mentis compos facta esset , acri desiderio lumen seu Christi , qui ad superna revolans eam defruerat , exquirendi incendi cœpit . Sed ad superiora festinanti occurrit Horus , & progredi ultra vetuit inclamans Jao , seu ineffabile Dei nomen יהוה . II. Cohibita sic Enthymesis , seu Mater Achamoth perturbationibus variis agitatur , mœrore nempe , quod votis frustrata sit , metu , ne quemadmodum lux , ita vita etiam eam deficiat , anxietate item animi , & rerum omnium ignorantia . Hinc in lachrymas identidem solvatur , licet nonnunquam ex recordatione luminis ante conspecti gaudio etiam & risu diffueret . Sed colligens demum sese ad lumen illud seu Christum rogandum convertitur . Is vero Paracletum , quem & Salvatorem vocant , satellitibus Angelis stipatum mittit : qui Achamothæ scientiæ formam indidit , & a perturbationibus liberavit ; has ab ea secretas fixit , condensavit , atque in materiam transformavit , duplicis substantiæ futuram originem ; alterius malæ , quia ex passionibus ipsis concreturæ , alterius obnoxiae passionibus , quia ex conversione orituræ . Hunc in modum expedita perturbationibus Achamot in Angelos Salvatoris desigit oculos , eorumque aspectu fœcunda-

ta parit fructum spiritalem , ad imaginem Angelorum effectum ; atque ita triplex jam substantia Achamothæ debetur : materialis seu mala , ex ejus passionibus , animalis seu passioni obnoxia ex conversione , & spiritualis ex imaginatione . Quibus habitis de indenda his substantiis forma cogitare coepit Achamoth : at spiritalem inquiunt , informare non poterat , quia ejusdem cum ipsa essentiæ erat . Itaque ad formationem animalis substantiæ se convertit , & ex ea Demiurgum efficit , futurum rerum cæterarum conditorem , parentem , regem , ac deum . III. Demiurgus licet nec superni Pleromatis , nec suæ ipsius originis , nec ullius rei alterius gnarus esset , matre tamen clam regente , aspectabilem hunc mundum condidit : ac primum quidem ex substantia animali septem cœlos intelligentia præditos , ceu totidem angelos , sibique supra septimum sedem constituit , matre superiorem locum , medium scilicet inter Pleroma & mundum occupante : unde sedes illius Hebdomas , hujus Ogdoas dicta est . Ex prædictis deinde Achamothæ perturbationibus reliqua molitur Demiurgus : ex metu nimirum animas brutorum , & hominum , ex risu lucem , ex lachrymis aquas , ex stupore & anxietate corporea elementa , ex tristitia denique

spiritales nequicias seu cacodæmones , cum eorum principe diabolo : quem & Cosmocratorem seu mundi principem vocabant insani , & subitus Demiurgum supra elementa corporea sedem habere ajebant : quin in eo etiam Demiurgo præcellentem afferere non verebantur , quod diabolus quæ supra eum sunt perspecta habeat , quia spiritualis nequitia est , Demiurgus autem ignoret , quia animalis est . IV. Hominum genus triplex , vel in uno homine tres quodammodo homines esse delirabant : primo choicum , vel hylicum , seu terrenum & materialem , quem Demiurgus ex fusilli ac fluida substantia formarit ; secundo psychicum seu animalem , ab eodem Demiurgo priori insufflatum , ut imaginem & similitudinem conditoris referret , addita etiam pellicea tunica , id est corpore sub sensus cadente ; tertio spiritalem , quem inscio Demiurgo inspergit Achamoth , est que semen illud spiritale , quod ipsa ex angelorum contemplatione protulit . Porro choicum seu hylicum hominem salutis omnino incapacem esse ajebant ; psychicum vero salvari quidem per fidem & opera bona posse , non perventurum tamen nisi ad locum illum medium , quem nunc Achamot occupat , post rerum autem consummatiōnem ea in Pleroma assumpta , Demiurgus occupa-

cupabit: spiritalem denique hominem, quidquid egerit, non modo salutem citra dubium consecutum, sed ad Pleroma etiam assumptum iri. V. Dominum nostrum venisse dicebant, ut homini psychico ceu arbitrii libertate praedito salutem conferret; eundem nihil in se hylicum, seu materiale habuisse, cum materia salutis sit incapax, & idcirco nihil etiam ex Maria assumpsisse, sed per eam ita duntaxat transmeasse, ut aqua per tubum manat. A dispensatione vero impositum ei corpus fuisse animali essentia praeditum, arteque ineffabili sic constructum, ut & oculis cerni, & tractari, & pati posseta: Demiurgo Christo psychico convestitum fuisse, & ab Achamoth semen spiritale accepisse, cumque baptismi aqua tingeretur, Salvatorem illum, qui de Pleromate est, & ex Æonum omnium collatione ortum habet, in columbae forma super eum descendisse. Hinc per blaterones hos Dominus noster primigeniae quaternitatis typum refert, quia ex quatuor conflatus: videlicet ex spiritali, quod ab Achamoth accepit, ex animali, quod a Demiurgo, ex corpore, quod a dispensatione, & ex Salvatore superno, qui in eum descendit. Sed cum ad Pilatum adductus est Dominus, spiritale illud, & supernus Salvator ab eo avolavit: atque ita solus psichicus Christus, & qui ex dis-

pensatione conditus erat , passus est . Hem quantum putidissimarum fabellarum chaos ! sed ex Irene næo ipso paucā audiamus .

Ita igitur ille c. 5. 6. & 7. „ Hominem inquit , hujusmodi esse volunt , ut animam a Demiurgo habeat , corpus a terra , carnem a materia 81) ac denique spiritalem hominem a matre Achamoth . Tria igitur cum sint , hylicum quidem , quod etiam sinistrum vocant , ea esse conditione , ut necessario ipsi pereundum sit , quippe quod nullum incorruptibilitatis afflatum recipere queat ; psychicum autem , quod dextrum appellant , velut inter spiritale & hylicum inter-
je-

81.) Græce S. Pater apud Epiphanium hæresi 31. num. 19. ita habet : τὸ δὲ σῶμα αἴπερ τῷ χοὸς , καὶ τὸ σαρκικὸν αἴπερ τῆς υλῆς . Ubi τῷ χοὸς nomine Petavius quidem cum Billio , tetram seu humum , & vetus Irenæi interpres limum intelligit , Valentiniani tamen fluidam quandam & fusilem substantiam intellexisse videntur . Ita enim Tertullianus mentem eorum explicat num. 12. „ Molitus mundum Demiurgus ad hominem manus confert , & substantiam ei capit non ex ista inquiunt arida , quam nos unicum novimus terram .. sed ex invisibili corpore materiæ .. de fluxili & fusili ejus : quod unde fuerit , haud queo aestimare , quia nusquam est . Si enim fluxile & fusile , liquoris est qualitas : liquor autem omnis de Sophiæ fletibus fluxit : sequitur ut limum ex pituitis & grumis Sophiæ constitisse credamus , quæ lachrymarum proinde sunt fæces , sicut aquarum quod desidet , limus est . „

jectum , eo abire , quocunque se inflexerit : spiritale denique ob eam causam emissum esse , ut hic psychico conjunctum formetur ; una videlicet cum eo eruditum in conversatione . . Atque ob eam causam & mundum fabricatum esse ajunt , & Salvatorem ipsum ad hoc psychicum , utpote arbitrii libertate præditum venisse , ut ipsi salutem afferret . Quibus autem salutem allatus erat , eorum primitias ipsum assumpsisse tradunt : nimirum ab Achamoth id quod spiritale est , accepisse , a Demiurgo autem psychico 82.) Christo convestitum fuisse , a dispensatione 83.) vero impositum ei corpus fuisse , animali 84.) essentia præditum , at-

G 5 que

82.) Psychicum seu animalem Christum Demiurgi filium esse , & de eo Prophetas loqui blaterones hi ajebant.

83.) Incarnationis mysterium , & ea omnia , quæ Servator pro salute nostra in terris egit , Græci uno verbo ὀπονοπιαν , seu dispensationem vocant . Hinc in præsenti quoque dispensationis nomine id intelligendum videtur , quod Servator ad procurandam salutem hominum corpus assumperit : quamvis non explicit Valentiniani , Demiurgus ne , an Achamoth , vel Æonum quispiam , aut Servator ipse corpus illud sibi aptaverit .

84.) Animalis essentia juxta hæreticos hos diversa a materiali & spiritali , mediaque inter utramque erat : & tamen ex ea construitur corpus , quod videri , tangi , pati-
que

que ineffabili arte ita constructum, ut & oculis cerni, & tractari, ac denique pati posset. Neque enim hylicum quidquam, hoc est materiale ab eo assumptum fuisse ajunt: quandoquidem materia salutis neutquam capax fit. Consummationem porro tum demum fore, cum scientia informatum, atque perfectum fuerit, quidquid spiritale est, hoc est spiritales homines, qui perfectam a Deo cognitionem habent, & ab Achamoth mysteria didicerunt. Hos autem se esse statuunt. Animales vero homines sunt, qui per opera & nudam 85.) fidem confirmantur, nec perfecta cognitione praediti sunt. Quales nos, qui Ecclesiæ fidem profitemur, esse ajunt. Ex quo etiam nobis necesse esse pronunciant, ut probas actiones adhibeamus: nec enim alioquin fieri posse, ut salutem consequamur. At se non per actionem, sed quod natura spiritales sint, omnino ac sine ulla dubitatione salvos fore affirmant. Ut enim

hyli-

que posset. Quanta deliria! sed non miranda in iis, qui ex meritis Sophiæ affectionibus materiale pariter, animalem, & spiritalem substantiam ortam esse somniarunt.

85.) Nudæ fidei nomine, hic non fidem sine operibus, sed sine scientia, quam Valentiniani, aliquique Gnostici sibi tribuebant, intellige: quamvis enim scientia sola, non tamen fide sola obtineri salutem posse docebant illi, ut ex contextu patet.

hylicum nullo modo salutis particeps esse posse dicunt.. ita spiritale.. ea conditione esse , ut nullo prorsus modo interitum atque corruptionem recipere queat , 86.) quibusunque tandem in flagitiis sceleribusque versetur... Quo etiam fit , ut eorum perfectissimi quique omnia ea , quæ legis interdicto prohibentur , & de quibus affirmat Scriptura , quod *qui hæc faciunt , regni Dei hæreditatem non consequentur*; (Galat. 5. v. 21.) sine ullo metu perpetrent. Nam & quæ idolis immolata sunt , libere ac sine ullo discrimine edunt , & ad omnia gentilium festa , & oblectamenta , quæ ad idolorum honorem cultumque celebrantur , primi confluunt : ut adeo nonnulli eorum ne a sanguinario quidem , Deoque & hominibus inviso spectaculo , in quo cum feris dimicatur , vel gladiatores inter se pugnant , abstinentia sibi putent. Sunt etiam , qui carnis voluptatibus ad satie-

86.) Quam portentosum , latamque ad scelera omnia viam pandens dogma! Si enim quidquid agas , a salute excidere non possis , ecce molestia tibi quidpiam in pravis appetitionibus coercendis facebas , & non potius per flagitia omnia cum aliorum pernicie voluteris ? At videant quæso Novatores nostri temporis , an non Valentianos æmulatus sit Lutherus , dum 1. de Captiv. Babylon scribebat ,, baptizatum etiam volentem non posse perdere salutem quantisque peccatis , nisi nolit credere.

tietatem usque obsequentes, carnalia carnalibus, & spiritualia spiritualibus persolvi ajunt. Quin etiam partim occulte cum mulierculis iis, quas in doctrina sua erudiunt, stupri commercium habent; quemadmodum ipsæ sæpe a quibusdam eorum circumventæ, ac postea ad Dei Ecclesiam reversæ, cum reliquo errore hoc quoque confessæ sunt: partim aperte, perfrictaque fronte, quascunque adamarint mulieres, eas a viris avulsas matrimonio sibi copulant. Alii rursus cum honeste primum velut cum sororibus habitare se finxissent, progrediente tempore deprehensa fraus est, grava-
da a fratre facta sorore. Ac pleraque alia impia & execranda flagitia designantes, nos quidem, qui Dei metu cavemus, ne vel cogitatione, aut sermone peccemus, ut indoctos ac prorsus ignaros insectantur, seipso autem mirifice extollunt, ac perfectos appellant, & semina electionis. Nos in usu tantum accipere gratiam dicunt, ob idque fore, ut ea nobis adimatur; se autem eam ab ineffabili & omni nomine præstantiori conjugatione cœlitus devectam proprie possidere, ob eamque causam fore, ut ipsis accrescat: proinde sibi quovis modo faciendum esse, ut conjugii myste-
rium exerceant. 87.) Atque ut hoc stolidis per-
87.) Enormiora multo de his aliisque Gnosticis scribit
S.

Invadeant, his ipsis verbis utuntur. Quisquis in mundo existens mulierem non amavit, ita ut ea potiatur, non est ex veritate, nec ad veritatem per.

S. Epiphanius hær. 26. „ Suos inquit conventus multiplicis, ac promiscui concubitus fœditate contaminant: ubi & humanis carnibus, & turpissimis fœdibus vescuatur. Si quis ejusdem festæ peregrinus advenerit, signum quoddam viri a feminis, feminæ a viris accipiunt.. & posteaquam mutuo se agnoverint, ad convivium accinguntur.. cumque satietate venas distenderint, tum vir ab uxore discedens sic eam alloquitur: Surge, & charitatem fratri exhibe.... Cæterum cum inter se venerem exercent, liberos suscipere prohibent.... Quod si forte gravida facta sit mulier, audi, quid demum flagitosius aggrediantur. Nam informem adhuc fœtum ex utero detractum, infantem inquam abortione projectum, in mortario pistillo contundunt, & ad vitandam nauseam, mel ac piper cum aliis aromatibus admiscent. Tum in unum collecto porcorum ac canum sodalitiq, unusquisque e comminuto infantuli corpusculo delibat. atque id perfectum pascha esse ajunt.... Jam vero qui ex iis Phibionitæ vocantur, execranda illa libidinis sacra CCCLXV. nominibus adscribunt, que Principum esse propria commenti sunt.. & donec per CCCLXV. libidinis gradus ascenderint, ad singulos coitus barbarum aliquod nomen temere excogitatum pronunciant.. Postquam autem iterato concubitu, ac fictis illis nominibus repetitis DCCXXX. numerum impleverint.. palam de se prædicare non dubitant: Ego sum Christus; nam per CCCLXV. nomina Principum ex alto descendi, & ascendi &c.,,

perveniet ; quisquis autem de mundo existens cum muliere rem habuerit , non perveniet ad veritatem , quoniam in concupiscentia mulieri succubuit : propterea nobis quidem , quos psychicos vocant , ac de mundo esse statuunt , necessarium esse continentiae , ac bonarum actionum studium , ut per eas ad medietatis locum perveniamus , sibi autem ceu spiritualibus ac perfectis haudquaquam .

88.) Neque enim actionem ad Pleroma aditum munire , sed semen , quod pusillum quidem illinc emititur , hic autem adolescit , ac perficitur . Cum autem universum semen perfectum fuerit , tum demum Achamoth matrem ipsorum ex medietatis loco migraturam , atque in Pleroma ingressuram , ac sponsum suum , hoc est Salvatorem ex omnibus ortum accepturam esse , ut conjugium existat Salvatoris & Achamoth . Et hoc esse , quod per sponsum & sponsam significetur , quemadmodum & Pleroma per cubiculum neptiale . At vero spiritales homines animabus exutos , ac spiritus intelligentes effectos , incomprehensibili modo in Pleroma ingressos , in sponsas assignatum iri angelis illis ,

88.) Se scilicet in mundo tantum , non de mundo esse tenebriones hi jactabant , & idcirco congressu mulierum , non solum non inquinari , sed perfici etiam , Catholicos contra quia de mundo sunt , fornicando peccare , & a salute excidere dicebant .

illis, qui Salvatorem circumstant. Demiurgum porro ad matris Sophiæ locum, hoc est ad medietatis locum transiturum esse, & in eadem regione animas quoque eorum, qui justitiam coluerint, in quiete futuras esse: neque enim psychici quidquam intra Pleroma admitti &c. , , 89.)

Expositis ita Valentinianorum haenisi, doctrinam Ecclesiæ opponit cap. 10. , , Ecclesia inquit, tametsi per universum orbem usque ad ex-

89.) Lepide hæc enarrat Tertullianus num 15. , , Animæ inquit mortalis apud illos, nisi quæ salutem fide invenierit. Justorum animæ, id est nostræ ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur .. nihil animale in Pleromatis palatum admittitur, nisi spiritale examen Valentini. Illic itaque primo despoltantur homines ipsi, id est interiores. Despoliari autem est deponere animas, quibus induiti videbantur: easque Demiурgo suo reddent, quas ab eo averterant. Ipsi autem spiritus sicut in totum intellectuales, neque detentui, neque conspectui obnoxii: atque ita invisi-
liter in Pleroma recipientur furtim. Si ita est, quid deinde? Angelis distribuentur satellitibus Soteris. In filios putas? Non, sed in apparitores? Ne istud quidem? sed in imagines? Utinam vel hoc. In quid ergo, si non pudet dicere? In sponsas. Tunc illi Sabinas raptas jure matrimoni plaudent. Hæc erit spirituum merces.. Nuptiis recte deducendis pro face & flammeo ille ignis arcanus erumpet, & universam substantiam depopulatus, ipse quoque decineratis omnibus in nihilum finietur: & nulla jam fabula.

tremos terræ fines dispersa , fidem ab Apostolis , eorumque discipulis acceptam , quæ est in unum Deum Patrem omnipotentem , qui fecit cœlum , & terram , & mare , & omnia , quæ in eis sunt : & in unum JEsum Christum Filium DEi , nostræ salutis causa incarnatum : & in Spiritum sanctum , qui per Prophetas prædicavit dispensationes Dei , & adventum , & ortum ex Virgine , & passionem , & resurrectionem a mortuis , & cum carne in cœlos ascensum dilecti Domini nostri JEsu Christi , & e cœlo in gloria Patris adventum ipsius ad instauranda omnia , & a morte ad vitam revocandam omnem mortalium omnium carnem ; ut Christo JEsu Domino nostro , & Deo , & Salvatori , & Regi , de benigna Patris invisibilis voluntate omne genu fleatur , cœlestium , terrestrium , & infernorum . (Philippens . 7. v. 10.) atque ipse justam de omnibus sententiam ferat ; spiritualia videlicet nequitiae , & angelos transgressores , impios item homines , injustos , flagitosos , & blasphemos in ignem æternum mittens ; justis contra , & pietate præditis , qui ipsius præcepta servaverunt , atque in ipsius charitate partim jam inde ab initio , partim ex poenitentia perfiterunt , vitam donet , atque incorruptibilitatem , gloriamque sempiter-

nam

nam afferat. 90.) Acceptam inquam hanc prædicationem ac fidem Ecclesia , tametsi per totum orbem terrarum sparsa , summo studio & cura , perinde atque unam domum incolens conservat , ac velut animam unam , atque unum idemque cor habens , his æque fidem accommodat , & miro consensu quasi uno ore prædita , hæc prædicat , docet , ac tradit. 91.) Quanquam enim dispa-

S. Irenæi Episc. & Mart.

H

res

90.) Symboli ejus , quod Apostolorum dicimus , omnes pene articulos hic recenset Irenæus , fidemque hanc ab Apostolis accepisse Ecclesiam diserte ait : extabat igitur jam secundo Ecclesiæ seculo hæc credendorum formula , & pro Apostolica habebatur. Descensum Christi ad inferos non commemorat quidem isthic S. Pater , ast alibi eum quoque non semel agnoscit , ut cum l. 4. c. 27. ait „ Dominum in ea , quæ sunt sub terra descendisse evangelizantem & illis adventum suum , remissione peccatorum existente iis , qui credunt in eum. „ Et l. 5. c. 31. „ Tribus diebus conversatus est , ubi erant mortui , quemadmodum Propheta ait de eo : Commemoratus est Dominus Sanctorum mortuorum suorum , qui ante dormierunt in terra sepelitionis , & descendit ad eos , extrahere eos , & liberare eos. Et ipse Dominus : *Quemadmodum , ait , Jonas in ventre ceti tres dies & tres noctes mansit , sic erit & filius hominis in corde terræ.* Math. 12. v. 40. „

91.) Unitas doctrinæ credendorum , per Irenæum veræ Christi Ecclesiæ proprius character & nota est : frustra ita-

que

res inter se mundi linguae sunt, una tamen & eadem est traditionis vis. Ac neque haec, quae in Germaniis sitae sunt Ecclesiae, aliter credunt, aut aliter tradunt, nec quae in Hispaniis, aut Galliis, aut in Oriente, aut in Aegypto, aut in Africa, aut in mediterraneis orbis regionibus sedem habent.

92.) Verum ut sol hic a Deo conditus, in universo mundo unus atque idem est; ita etiam veritatis praedicatio passim lucet, omnesque homines, qui ad veritatis agnitionem venire cupiunt, illustrat. ,,

His subjicit dissensiones haeticorum de præcipuis sectæ suæ dogmatis. , , Videamus nunc, ait cap. 11. quam inconstans eorum sententia... Siquidem Valentinus 93.) qui primus veteres

Gnosti-

que sectæ omnes pro Ecclesia Christi se venditant, quae in fidei dogmatis non consentiunt.

92.) Cadente secundo seculo tam late jam diffusa erat Ecclesia Christi, tametsi Judæi pariter, ac gentiles propagationi ejus modis omnibus obseruerent. Ex quo Lutheri, & Calvini secta cœpit, tertium fluit seculum, ultra eas tamen, quas initio occupavit provincias, non diffunditur, quin in illis quoque in dies deficit. Ecquis igitur persvadere sibi potest susceptam a novis his didascalis reformationem Dei opus fuisse?

93.) Natione Aegyptium, patria Phreboniten fuisse Valentinius, ex S. Epiphanio supra audivimus. Platonicas Phi-

Gnosticorum doctrinas ad institutum suum accom-

H 2 mo-

Philosophiæ dedisse operam docet Tertullianus 1. de Præscript. num. 2. inquiens : „ Hæreses a Philosophia subornantur. Inde Æones , & formæ nescio quæ , , & trinitas hominis apud Valentinum : Platonicus fuerat. „ An ex animo orthodoxus aliquando fuerit ? incertum. Valentiniani qui dem jaſtabant , eum a Theodade Pauli Apostoli discipulo institutum esse , ut testatur Clemens Alexandrinus 1. 7. Strom. sub finem , in hæc verba : „ Valentinum dicunt audivisse Theodadem ; is autem fuit Pauli familiaris. „ At de Theodade hoc nulla alibi mentio. Juxta Tertullianum 1. advers. Valent. num. 2. „ Speraverat Episcopatum Valentinus , quia & ingenio poterat , & eloquio. Sed aliud ex martyrii prærogativa loci potitus indignatus , de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit (ut solent animi pro prioratu exciti præsumptione ultionis accendi) ad expugnandam conversus veritatem. „ Sperare tamen Episcopatum poterat , quamvis externe tantum se Catholicum præferret. Epiphanius certe nil de ejus orthodoxyia , sed hæreticum illum mox a principio exhibit. „ Alexandriam profectus , ait hær. 31. num 2. ibi Græcorum artibus institutus est: a quibus & Hesiodiæ Theogoniæ , ac XXX. illorum deorum , quos ibidem ille recensuit , & gentiliuum fabularum in animo suo exemplum informavit. Tum ab iis , qui vel suo tempore , vel ante se a veritate recesserant , mutuatus errorem , eadem cum Hesiodo mutatis duntaxat nominibus , excogitata ad circumveniendum humanum genus invexit. „ Et num. 7. „ In Ægypto dogmata illa propagavit. Ex quo tempore sic tanquam viperinorum of-

fium

modavit.. statuit binarium quendam esse , qui nul-
lo

sium reliquiæ quædam illic semina illius relicta sunt : præ-
fertim in Athribitide , Prosoptide , Arsenoïtide , ac The-
baide præfectura , nec non in inferiori ac maritima , adeo-
que Alexandrina regione . Romam profectus errorem suum
in ea urbe dissipavit . Sed ad Cyprum delatus , fidei naufra-
gium , velut corporis fecisset , ibidem passus , animum omni-
no depravavit . Siquidem haftenus partem pietatis aliquam ,
sinceræque fidei retinere illis in locis videbatur . In Cy-
pro vero ad extremum impietatis prolapsus est , seque in
eam , quam tuetur , flagitorum disciplinam altius immersit .,,
'Teste autem Irenæo l. 3. c. 4. ,, Valentinus venit Romam
sub Hygino , increvit sub Pio , & prorogavit tempus usque
ad Anicetum .,, Eusebius in Chronicō tempus etiam de-
signat , quo Romam adiit , vel pro hæretico illic est agni-
tus , cum ad annum II. Antonini pii , qui juxta illum Chri-
sti CXLI. juxta alios CXXXIX. est , notat :,, Sub Hygino
Romanæ urbis Episcopo Valentinus Hæresiarches , & Cer-
don magister Marcionis Romam venerunt ,,, vel juxta Græ-
cum ex Syncello fragmentum : Κατὰ τὸν χρόνον Τύλος
'Επισκόπου Ρώμης Ουαλεντίνος καὶ Κέρδων ἀρχηγοὶ τῆς
αιρέσεως ἐπὶ Ρώμης ἐγνωσθέντο . Temporibus Hygini
Romani Episcopi Valentinus & Cerdon duces hæreseos Ro-
manæ agniti sunt . Unde conjicere licet Valentiniū longe ante
in Ægypto & alibi gentium , ac fortasse paulo post an-
num Christi centesimum sectam suam sparsisse : ut adeo Sigen-
eius etiam S. Ignatius Ep. ad Magnesianos commemorare po-
tuerit , tametsi hanc anno Chr. CVII. scripsisse dicatur . Quia
dato

lo modo exprimi possit , cuius altera pars Arrhe-
tus vocetur , altera Sige. Postea ex hoc binario
alterum binarium ortum esse , cuius partem alte-
ram Patrem , alteram Veritatem appellat. Ex
hoc porro quaternario Sermonem & Vitam , Ho-
minem & Ecclesiam editos esse: atque hanc esse
primam Ogdoadem.... Secundus 94.) autem
Ogdoadem ita distinguit , ut alter quaternarius sit
dexter , alter sinister : traditque illum lucem ap-
pellari , hunc tenebras.. Alius vero quidam , qui
& clarus 95.) est magister ipsorum , quasi in ma-

H 3 jorem

dato quod ad Eleutheri usque tempora , adeoque ad annum
Chr. CLXX. & ultra vitam hæresiarcha produxerit , si ta-
men LXXX. annis , quod incredibile non est , vixisse ponar-
tur , anno Chr. CVII. jam XVI. vel XVII. annos numerare
potuit , qua ætate Epiphanem hæresiarcham obiisse tradit
Epiphanius , ut mox videbimus.

94.) Inter præcipuos Valentinianæ sectæ duces & sur-
culos quempiam Secundum nomine non solum Irenæus , sed
& Epiphanius , Theodoreetus , Augustinus , aliquique recen-
sent , nemo tamen eorum prodidit , unde domo , quis , aut
qualis fuerit. Hoc duntaxat clogio eum honorat Epiphanius
hær. 32. num. 1. , Secundus quidam plus aliquid quam cæ-
teri sapere studens , etsi eadem quæ Valentinus afferit omnia ,
ampliore tamen sonitu verborum furiosorum aures opplevit. ,
Ibidemque coœvum Valentino fuisse addit.

95.) Epiphanem hunc esse dubitare non finit S. Epi-
phanius

jorem agnitionem extensus , primam quaternationem dixit sic. **E**st quædam ante omnia Proarche, cogitationem omnem & orationem superans, quam ego solitatem appello. Una cum hac solitate vis alia existit , quam unitatem voco. Unitas porro hæc & solitas unum cum essent , non profiendo protulerunt initium omnium rerum , intellectuale , ingenitum , & invisibile : quod quidem initium Monas appellatur. Cum hac porro Monade simul existit vis ejusdem cum ea essentiæ ,
quam

phanius , Secundo illum eadem hær. 32. subjiciens , ubi hæc de eo num. 3. „ Ut inquit ab Epiphane ordinar , Carpocrat is iste filius ex Alexandria matre (hoc enim ei nomen fuit) ad illos (Secundianos scilicet) uti diximus , aggregatur : qui ex Cephallenia paterno gencre oriundus , cum ad XVII. aetat is annum pervenisset , immatura morte præreptus est.. Post illius tamen obitum iis , qui ab eo decepti fuerant , plaga illa lethalis adhæsit , & in hunc usque diem in insula Samo divinis honoribus afficitur. Nam incolæ templum ei condiderunt , & in eunte mense sacra quædam ac ceremonias obeunt , nec non artes & Musæum ad detestandi illius nominis memoriam consecrarent , Epiphanisque Musæum appellant. Cephallenii inquam eo recordiæ progressi sunt , ut ei & sacrificia ac libationes offerant , & in fano ejus epulum præbeant , & hymnos in ejus honorem concinant. Habuit vero ad infelices illos decipiendos.. magnam illecebram exquisita quædam hominis eruditio , & cum in omni humanitatis genere , tum in Platonicis dogmatis apprime versata. „

quam & ipsam Unum voco. Hæ denique virtutes, hoc est Solitas & Unitas, Monas & Unum reliquum Ætonum gregem produxerunt... Alii 96.) rursus ex ipsis primigeniam Ogdoadem his nominibus appellandam dixerunt. Primam Proarchen, deinde Anenkoetum, tertiam Arrhetum, quartam Aoratum. Atque ex prima Proarche ortam esse primo & quinto loco Archen: ex Anenkoeto autem secundo & sexto loco Acataleptum: ex Arrheto tertio & septimo loco Anonomastum: ex Aorato denique quarto & octavo loco Agenetum, primæ Ogdoadis complementum. At Ptolemæus (pergit c. 12.) Bytho, quem illi pro Deo colunt, conjuges duas, quas etiam affectiones vocat, excogitavit, ac dono dedit, Cogitationem scilicet, ac Voluntatem. Primum enim in animum induxit aliquid proferre, ac deinde Voluntas, ut ipse inquit, secuta est. Quare duabus hisce affectionibus, hoc est Cogitatione & Voluntate velut inter se copulatis, Monogenis & Veritatis ortus ex conjugio existit: quos quidem visibiles duarum invisibilium Patris affectionum typos & imagines prodidisse ait.. masculum ingenii

96.) Hi videntur fuisse Epiphanis discipuli: quia illis magis has tribuit Epiphanius hær. 32. num. 7.

tæ Cognitionis, feminam autem Voluntatis... 97.) Qui autem prudentiores illorum putantur esse, primam octonationem non gradatim alterum ab altero Æonem emissum dicunt, sed simul & confestim omnes Æones a Propatore & Cogitatione sua procreatōs esse non minus certo asseverant, quam si ipsi obstetricis munere functi fuissent. ,,, &c. 98.)

De Marcosis deinde, & eorum auctore Marco per octo capita differit S. Pater, primumque nefarias ejus artes & præstygias sic enarrat c. 13. „ Jam vero Marcus 99.) quidam non paucos utriusque generis homines in errorem ab-

du-

97.) De Ptolemæo S. Epiphanius agit hær. 33. eumque Secundo & Epiphani successisse ait, sed cum suis præceptoribus eruditione præstaret, doctrinam illorum magna accessione, sed vanissimarum scilicet fabularum cumulasse.

98.) Hæreticos hos Colorbasios vocat S. Epiphanius hær. 35. ducemque eorum Colorbasum, primum idem cum Marco sensisse, tum ex hujus & Ptolemæi fabulis novam sectam compegitisse ait. At Irenæus Colorbasum potius præivisse Marco innuit, & recudendæ ab hoc hæresis linea-menta prima duxisse.

99.) De Marco diffuse agit Epiphanius hær. 34. & successorem Valentini, Secundi, Epiphanis, ac Ptolemæi fuisse scribit, sed nil fere aliud, quam præstygias & infana ejus commenta, ac scelera narrat.

ductos ad se illexit... cum magicarum præstygia-
rum peritissimus esset... vereque præcursum antichristi se præsttit. Anaxilai 100.) enim ludicra
cum magorum versutia conjungens, mirifica quæ-
dam edere censetur. Pocula vino mixta fingens
se consecrare , 101.) atque invocationis verba

H 5

in

100.) Apud veteres scriptores , complures occurunt Anaxilai , sed cuius hic meminit Irenæus , medicum a Plinio sapientius laudatum esse , censent Petavius & Massuetus. De illo enim inter alia ita Plinius l. 35. c. 15. „ Lusit & Anaxilaus eo (sulphure videlicet) condens in calice novo , prunaque subiecta circumferens , exardescens repercussu pallorem dirum , velat defunctorum offundente conviviis „ seu convivis . Quod scelestius multo æmulatus est Marcus , poculo itidem ludere præstyrias solitus.

101.) Vetus interpres sic habet : *fingens se gratias age- re , & Petavius : gratiarum actionem simulans ; quia in Græ- co est προσποιημένος ἐυχαριστεῖν . Sed dum de novi Te- stamenti oblatione agitur , quam impostor hic adumbrabat , ἐυχαριστεῖν consecrandi significationem habet , ut Petavius ipse observat Animadvers. in Epiphan. hæres. 34. & mani- festum fit ex S. Justino Apol. 1. ubi ait : 'Ευχαριστήσαντος δὲ τῷ προσώπῳ , καὶ ἐπευφημήσαντος πάντος τῷ λαῷ , οἱ Καλύμενοι παρ' ἡμῖν Διάκονοι διδόσσιν ἐκάστῳ τῶν παρόν- των μεταλλαξεῖν ὥπλὸ τῷ ἐυχαριστηθέντος αρτῷ , καὶ δίνει , καὶ ὑδατος , καὶ τοῖς παρεστιν ὥπλοφέσσι . Καὶ ή τροφὴ αὐτῇ καλεῖται παρ' ἡμῖν ἘΤχαριστία . Quamvis inter- pres Latinus isthic quoque gratias agendi verbo utatur.*

in longius protendens , efficit , ut purpurea & rubicunda appareant , existimeturque Gratia ab iis , quæ supra omnia sunt , sanguinem 102.) suum per ipsius invocationem in poculum illud stillare , gestiantque ii , qui adsunt , ex ea potionē gustare , ut etiam in ipsos Gratia.. influat. 103.) Rursus mu-

102.) Paulo aliter S. Epiphanius hær. 34. num. 1. , Ferunt inquit , tria apud illos candidissimo ex vitro vasa comparari , in quæ album vinum infusum , dum illam quam putant Eucharistiam , revera autem incantamenta peragunt , subito commutatur , ut aliud sanguinei , aliud purpurei , aliud cœruli coloris appareat. , Sed mox ex S. Irenæo , ut hic legitur , rem eandem narrat.

103.) Ni secundo seculo Christiani omnes pro certo habuissent , ita institutam a Christo Eucharistiam esse , ut per verba consecrationis , panis & vinum aqua mixtum in ejus Corpus & Sanguinem vere ac substantialiter convertatur ; ecquid præstygiis his opus erat Marco , ut vino albo ruboris apparentiam induceret , quo Sanguis in calicem destillasse cœlitus putaretur ? Incassum certe idgenus præstygiæ coram illis fierent , qui per fidem tantum Christum in Eucharistia adesse putant. Neque enim hi gustare gestirent liquorem , qui sanguinem referat , verusque sanguis esse jactetur , sed refugeren potius , & facinoris tanti auctorem execrarentur. Sed tametsi summa fidei nostræ capita Irenæi ævo ab hereticis fusdeque verterentur , de reali Christi præsentia in Altaris Sacramento dubitare nemini incidit , priusquam Berengarius , Zwinglius , Calvinus nasceretur.

mulieribus pocula mixta porrigens , ipsas adstante se consecrare jubet . Quod cum factum fuerit , ipse aliud poculum longe majus eo , quod a muliercula seducta consecratum est , proferens , atque ex minore illo in id transfundens , simulque haec verba subjungens : *Gratia , quæ supra omnia est .. interiorem tuum hominem impleat , atque insperso in animam bonam sinapis grano , cognitionem suam in te amplificet ;* quibus miseram illam velut oestro quodam pungit : tum demum præstygiatoris specimen edit , magno poculo ex parvo usque adeo impleto , ut etiam redundet .. Illud quoque a vero non abhorret , habere eum dæmonem quandam assefforem , cuius opera tum ipse vaticinia edere videtur , tum etiam efficit , ut eæ omnes , quas dignas censet , vaticinentur . Potissimum enim circa mulieres operam suam impendit , easque præsertim , quæ eleganter cultæ sunt , maximisque opibus præditæ : quas ad se allicere studens ita alloquitur : *Libet tibi gratiam meam impertire , quandoquidem univerorum Pater Angelum tuum perpetuo cernit ante faciem suam . Locus autem tuæ Magnitudinis in nobis situs est . Oportet nos unum effici . Accipe primum ex me , & per me gratiam . Adorna teipsum , ut sponsa sponsum expectans : ut sis quod ego , & ego vicissim quod tu . Luminis semen in tha-*

Iamo tuo colloca. Sponsum a me summe, & capax ipsius esto, atque in ipso facito, ut capiaris. En gratia in te descendit: aperi os tuum, & vaticinare. Respondente autem muliere; Nunquam vates fui, nec vaticinandi artem calleo; rursus ille invocationes quasdam faciens, ut seductam illam in stuporem trahat, his eam verbis affatur: Aperi os tuum, loquere quidquid libet, & prophetabis. Quibus illa stulte elata, ac tumida ob vaticinandi spem audacia effertur, & quidquid temere occurrerit, impudenter blaterat... ac deinceps prophetissam se arbitratur, gratiasque Marco agit, eumque non modo facultatum suarum largitione, sed etiam corporis sui communicatione remunerari contatur, per omnia studens, ut cum eo in unum veniat... Quod autem Marcus amatoria quædam pharmaca si non omnibus, certe nonnullis adhibere soleat, ipsæmet sâpe, cum ad Dei Ecclesiam rediissent, confessæ 104.) sunt, se corpore ab eo

104.) *Mulieres hæ postquam ab hæresi ad Ecclesiam redierunt, non Deo tantum, sed Sacerdoti etiam, nec generatim, vel externos duntaxat actus, sed occultissimas etiam peccatorum circumstantias, cuiusmodi est miro amore cuiuspium exardescere, confessæ sunt: fuit igitur secundo jam seculo in usu Ecclesiæ publicorum juxta & occultorum peccatorum confessio. At nemo sane ad prodenda animi sui arcana*

eo contaminatas fuisse , miroque ipsius amore exarisse : adeo ut Afianus 105.) etiam quidam ex nostris Diaconus , cum eum hospitio excepisset , in hanc calamitatem inciderit. Ipsius enim uxor 106.) singulari pulchritudine femina , tum animo ,
tum

cana ab homine cogi potest , nec eorum manifestatio ad externum regimen necessaria est. Quidni ergo perswasum fuit fidelibus , a Christo ipso institutam & præceptam peccatorum omnium confessionem esse , ut eorum veniam & salutem consequamur.

105.) In Græco S. Pater ait : ὥστε καὶ Διάκονον τίνεται ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῶν ημετέρων ὑπόδεξάμενον αὐτὸν περιληφέται . Quod reddi debuerat : ut & Diaconus quidam e nostris seu Catholicis in Asia , qui eum hospitio exceperat , in hanc calamitatem inciderit. Neque enim Diaconus hic Irenæi , vel Ecclesiæ Lugdunensis erat , sed in Asia , ubi Marcus hæresim suam potissimum sparsit , degebat.

106.) Quamvis uxorem Diacono huic fuisse Irenæus testetur , an tamen post susceptum etiam Diaconatum matrimonio usus sit , non addit. Unde non liquet , an hoc tempore apud Orientales Diaconi ad continentiam obligati fuerint. Postea Synodus Ancyranæ can. 9. ita statuit : „ Diaconi quicunque ordinantur , si in ipsa ordinatione protestati sunt , velle se conjugio copulari , quia sic manere non possunt ; hi si postmodum uxores duxerint , in ministerio manebunt , propterea quod eis Episcopus licentiam dederit. Quicunque sane tacuerint , & susceperint manus impositiōnem professi continentiam , & postea nuptiis obligati sunt ,

tum corpore ab hoc mago corrupta est , cumque eum diu secuta esset , postea non sine magno labore a fratribus conversa , per omne reliquum vi-
tæ tempus admissum scelus confiteri non de-
stitut , labem eam , quæ ei a mago accidit , lu-
gens , ac lachrymis prosequens . Ipsius etiam
discipuli in iisdem studiis versantes , mulierculas
multas corruperunt : perfectos interim se appelle-
lantes , atque ea scientiæ magnitudine præditos ,
ut nemo ad eam adspirare possit , etiamsi Paulum ,
aut Petrum , aut alium quenquam Apostolorum
dixeris .. ob idque etiam libere perpetrare quid-
vis nullo ullius rei metu affectos ... His verbis
& actionibus in Rhodanensi quoque nostra regio-
ne mulieres multas in fraudem impulerunt : quæ
quidem velut cauterio quodam inustam conscienc-
tiam habentes , partim publice pœnitentiam ege-
runt , partim , cum id facere præ pudore non
suffici-

a ministerio cessare debebunt . , , Quin S. Epiphanius hær.
59. num. 4. diserte ait : , , Eum qui adhuc in matrimonio de-
git , ac liberis dat operam , tametsi unius sit uxoris vir ,
nequaquam tamen ad Diaconi , Presbyteri , Episcopi , aut
Hypodiaconi ordinem admittit Ecclesia : sed eum duntaxat ,
qui ab unius uxoris consuetudine sese continuerit , aut ea
sit orbatus : quod in illis præcipue locis fit , ubi Ecclesia-
stici Canones accurate servantur . , ,

fustinerent, & tacite quodammodo de vita Dei desperarent, vel prorsus a fide desciverunt, vel certe in utramque partem propendent, 107.) quodque proverbio dici solet, nec foris, nec intus sunt: hunc videlicet ex scientiæ filiorum semine fructum percipientes.,,

Tum recusum a Marco Valentinianorum systema in medium adfert, quod ille Pythagoricam secutus methodum, per literas, syllabas, & numeros explicabat, Pleroma totum instar nominis cuiusdam e triginta aut viginti quatuor literis conflati, & Æonas singulos instar literarum totidem considerans, multaque idgenus de syllabis, literis, & numeris insulsissime disputans. Exempli

cau-

107.) Si ævo Irenæi persuasum fidelibus fuisset, ad obtinendam veniam, & salutem consequendam satis esse, ut peccator aut baptismum suum in memoriam revocet, aut Deo soli peccata cum timore & tremore confiteatur, sive ne justitiam Christi apprehendat; non erat profecto, cur mulieres hæ tantopere angerentur, ut aut de vita Dei, seu reconciliatione sui cum Deo penitus desperarent, & a fide deficerent, aut dubiæ inter pœnitentiam, & defctionem hærerent: cum remedio adeo facilis consulere sibi, & cum certa salutis spe permanere in Ecclesia possent. Ignorabat igitur at as illa Novatorum nostri temporis de pœnitentia doctrinam, & pro certo habebat, non obstante quovis pudore, sacerdoti publice vel secreto confitenda esse peccata, ut eorum veniam & salutem sperare fas sit.

causa Æonum generationem sic enarrat impostor.

c. 14. „ Quando primum is qui Patris expers est , qui que nec in cogitationem cadit , nec substantia ulla præditus est , nec mas denique , nec femina est , id quod in eo inenarrabile est , gigni , & quod invisibile est , informari voluit , os aperuit , ac Sermonem sibi similem emisit : qui adstans , hoc quod ipse erat ei ostendit , utpote qui ejus , quod oculorum sensum fugiebat , forma extitisset. Nominis porro pronunciatio talis fuit. Primum nominis ipsius sermonem protulit , qui erat $\alpha\epsilon\chi\eta'$, ac syllaba ejus quatuor elementis constabat. Secundam adjunxit , quæ & ipsa quatuor elementa continebat. Deinceps & tertiam addidit , quæ decem elementa complectebatur. Denique & quartam prolocutus est , quæ duodecim elementorum erat. Itaque totius nominis enunciatio triginta literarum extitit , ac quatuor syllabarum . „ 108.) Ibidem Veritatem unum de pri-

mis

108.) Syllabam hic Marcus non pro parte vocis , sed juxta Græcam significationem , pro collectione literarum omnium vocem $\alpha\epsilon\chi\eta'$ componentium , aut Æonum omnium ex prima conjugatione existentium accipit ; ut sensus sit , quod quemadmodum vox $\alpha\epsilon\chi\eta'$ quatuor literis constat , ita prima conjugatio quatuor Æonas pariat , secunda itidem quatuor ,

ter-

mis Æonibus his depingit : „ Vide caput ejus sursum A & Ω , collum B & Ψ , humeros una cum manibus Γ & Χ , pectus Δ & Φ , diaphragma E & ρ , dorsum Ζ & Τ ventrem Η & Σ , femora Θ & Ρ , genua Ι & Π , tibias Κ & Ο , crura Λ & Ζ , pedes Μ & Ν . Hoc nimirum est de magi sententia corpus Veritatis , hæc elementi figura , hic literæ character. Atque hoc elementum Hominem vocat , esseque illud ait fontem omnis sermonis , atque initium omnis vocis , & omnis inenarrabilis narrationem , & tacitæ Siges os . „ Capite vero quintodecimo . „ Ad hunc modum inquit , illa undique sapientissima Sige viginti quatuor elementorum ortum exponit . Cum Solitate nempe Unitatem existere , ex quibus duas productiones extiterunt , Monas nimirum & Unum : 109.) quæ inter se junctæ quatuor efficiunt ; bis enim duo sunt quatuor . Rursus duo & quatuor in unum juncta senarium numerum declararunt . Senarius porro quater in se ductus viginti quatuor formas procreavit . Ac primæ quidem quaternitatis nomina , quæ Sancta

S. Irenei Episc. & Mart.

I

San-

tertia decem , & quarta duodecim , atque ita totum Pleroma ex Æonibus XXX. & quatuor conjugationibus , duabus nempe tetradibus , decade , ac dodecade confurgat .

109. Itud ex Epiphane defumpfit Marcus , cuius hæc prima tetras fuit , ut supra vidimus .

Sanctorum intelliguntur, nec ullis verbis exprimi possunt, a solo Filio cognoscuntur, quæ Pater scit, quænam sint. At vero augusta ac veneranda nomina, quæque non sine fide usurpantur, apud eum hæc sunt: Αρρηπος, Σιγη, Πατης, Αληθεια. Hujus porro quaternarii numerus totus est quatuor & viginti literarum. Nomen enim Αρρηπος septem literas in se complectitur, Σιγη 110.) quinque, Πατης totidem, & Αληθεια septem: quæ quidem, hoc est bis quinque, & bis septem in unum coacta, quartum & vicenarium numerum conficiunt. Eodem modo secunda etiam quaternitas, Λόγος & ζωη, Ανθρωπος & Εκκλησια parem elementorum numerum ostendunt. Quin Salvatoris quoque nomen id, quod in sermonem cadit, hoc est Ιησους sex literarum est; illud autem, quod omnem sermonis facultatem superat, viginti quatuor literarum. 111.) Eodem modo

Χριστος

110.) Ita scribi vox hæc debet, ut quinque literas contineat, licet Græci communiter non per diphtongum sed per simplex Σιγη scribant.

111.) Ad eundem nifallor modum, quo supra Veritatis corpus depinxit, nomen etiam vel corpus ineffabile Salvatoris e XXIV. literis componi censet. Ajebat enim fabulator Græcorum literas XXIV. ad Aeonum imaginem expressas esse. At commentum hoc erudite expludit Irenæus

Xgios 112.) septem literarum est, quod autem in Christo omnem vim sermonis excedit, literarum triginta. Atque hac ratione ipse se dicit **A** & **Ω**, ut *περιεγένετο*, id est columbam indicet: hunc enim numerum habet hæc avis. 113.) At vero

I 2 Jesus

c. 15. ubi ait: „Græci se a Cadmo primum sex & decem literas accepisse confitentur, ac postea temporis progressu nunc aspiratas, nunc duplices invenisse, postremum vero omnium Palamedem longas adjecisse tradunt. Quid igitur anteqnam apud Græcos hæ literæ extarent, non erat Veritas? etenim de tua sententia Marce, ipsius corpus Cadmo, iisque qui Cadmum antecesserunt, posterius est &c. „

112.) In Græco est: Τιὸς Χριστὸς γραμματῶν δώδεκα.

Filius Christus literarum duodecim : sed ut id verum sit, scribi debet Υἱὸς Χριστός. Atque sic omnino scripsisse videtur Marcus, quia paulo infra ita loquitur : „Christus, qui literarum octo est, primam ogdoadem significat, quæ cum decade copulata octogenarium numerum peperit. Dicitur autem & filius Christus, hoc est dodecas. Etenim nomen hoc Υἱὸς literarum est quatuor, Χριστὸς autem octo : quæ quidem simul juncta dodecadis magnitudinem ostenderunt. „

113.) Juxta Græcorum arithmeticam A unitatem, Ω octingentos valet, ac proinde α & ω DCCCI facit, quem numerum etiam literæ vocem περιστρέφοντες componentes faciunt. Nam πLXXX. apud Græcos valet, ε vero V. & C. & X. • CC. & CCC. rursum V. & C. & I. quæ simul

col-

Jesu inenarrabilem ortum hunc habet. Ex prima rerum omnium parente quaternitate secunda quaternitas filiae instar processit, atque ogdoas effecta est. Ex ea decas prodiit; sicque decas & ogdoas extitit. Decas porro cum ogdoade juncta, eamque decuplans octogenarium numerum peperit: rursusque octogenarium in decem dicens octingentesimum numerum procreavit. Ita cum universus literarum numerus ab octonario ad denarium progressus est, octo & octoginta & octingenta emergunt, quod quidem est *Iησοῦς*. Hoc enim nomen si literarum numerum ineas, DCCCLXXXVIII. efficit. 114.) Unde etiam

Græ-

collecta DCCCI. faciunt. Sed nempe vox ea non per episewum *s*, qui Græcis senarii tantum nota est, sed duas distinctas literas, nempe *σ* & *τ*, quibus episemus ille aequivalet, scribi debet ad hunc modum *περιστερα*.

114.) Si literæ nomen *Iησοῦς* componentes pro totidem notis arithmeticis more Græco summantur, DCCCLXXXVIII. faciunt. Nam *ι* juxta illos valet decem, *η* octo, *σ* ducentos, *ο* septuaginta, *υ* quadringentos, & *τ* iterum ducentos; unde summa fit octingentorum octoginta octo. Quod e Patribus etiam Vener. Beda notavit in c. 2. Lucae inquiens: „Cujus sacrosancti nominis non tantum etymologia, sed & ipse, quem literis comprehendit, numerus, perpetuae nostræ salutis mysteria redolet. Sex quippe literis apud Græcos scribitur

Iησοῦς

Græcorum Alphabetum unitates octo, decurias octo, totidemque centurias continet; 115.)

I 3 quæ

In eos, videlicet , & η, & σ, & ο, & υ, & ς; quarum numeri sunt X, & VIII, & CC, & LXX, & CCCC, & CC, qui sunt simul DCCCLXXXVIII. Qui profecto numerus, quia figuræ resurrectionis adgaudeat, satis est supra tractatum. „ Ita scilicet Patres quoque Platonica & Pythagorea Philosophia nonnunquam induxit ad mysteria in numeris quærenda: ut etiam in S. Augustino, aliisque non raro videre licet.

115.) Declarat istud Fronto Ducaeus eruditus S. J. Theologus, apud Petavium Animadvers. in Epiphan. & Mafuetum Annot. in hunc locum, totum Græcorum Alphabetum in octo monades, totidemque decades, ac hecatontades sic distribuens. Monades scilicet sunt Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, Θ, quia juxta illos α valet unum, β duo, γ tria, δ quatuor, ε quinque, ζ septem, η octo, ι novem; sex autem per episemum σ exprimunt. His succedunt decades octo: Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ξ, Ο, Π, quia, valet decem, κ viginti, λ triginta, μ quadraginta, ν quinquaginta, ξ sexaginta, ο septuaginta, & π octoginta; nonaginta autem hac nota Τ exprimere solent. Hecatontades denique seu centuriæ sunt: Ρ, Σ, Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω, quia ρ valet centum, σ vel ς ducentos, τ trecentos, υ quadragesimos, φ quingentos, χ sexcentos, ψ septingentos, & ω octingentos; nongentos vero hac nota Ω, & mille

α sub-

quæ DCCCLXXXVIII. numerum edunt, hoc est Jesum, ex omnibus numeris constantem: ob idque A & Ω eum nuncupari ajunt, ut ipsius ex omnibus ortus significetur &c.,

Denique mysteria Marcosiorum, quæ Baptismi loco usurpabant, & redemptiones vocabant, cap. 21. recenset Irenæus in hæc verba. „Porro redemptionis traditionem invisibilēm ipsis atque incomprehensibilem esse contigit: ut quæ eorum parens sit, quæ nec comprehendi, nec oculis conspicere queunt... Ajunt autem hanc iis, qui perfectam cognitionem consecuti sunt, necessarium esse, ut in eam virtutem, quæ super omnia eminet, regenerentur. Aliter enim fieri non posse, ut cuiquam aditus ad Pleroma pateat: quippe cum ea sit, quæ usque ad intimum Bythi finum eos detrudat. Etenim per conspicui quidem Jesu

¶ subscripta virgula exprimunt. Atque huc refert laudatus Duæus carmina sub Sibyllæ Cumanæ nomine edita, quibus Nomen JESU sic describitur:

'Οκτώ γαρ μονάδες, τόσσας δεκάδες ἐπὶ τέσσι
 'Ηδὲ ἑκατοντάδες ὅκτω' αἴποικογορις ἀνθρώποις
 "Ουνομα δηλώσει.

Id est:

Namque octo monades, totidem decades, super ista,
 Atque hecatontades octo infidis significabit
 Terrigenis nomen.

Jesu baptismum peccata remitti , per Christi autem , qui in eum descenderit , redemptionem , perfectionem comparari : illum item animalem , hunc spiritalem esse statuunt... Porro nonnulli ipsorum nuptiale cubiculum exstruunt , ac mysticum munus cum profanorum quorundam verborum pronunciatione obeunt , spiritalesque nuptias id quod agunt appellant , ad supernorum conjugiorum similitudinem. 116.) Alii ad aquam eos ducunt , atque inter baptizandum his verbis utuntur: *In nomine ignoti Patris universorum , in Veritate matre omnium , in eo , qui in Jesum descendit , in unione , & redemptione , & communione Virtutum.* 117)

I 4

Alii

116.) Hi forte ex eorum numero erant , qui quod præceteris Gnosticis fœdæ libidini dediti essent , Borboriani , Coddiani , Militares , & Phibionitæ dicebantur . „ Vel aures ipsas polluit , ait de illis S. Epiphanius hær. 26. num. 3. fœdissimæ ac lutulentæ vitæ eorum flagitiosa ratio. Hinc est , quod a nonnullis scite admodum Borboriani , hoc est cœnosū nominantur. Alii Coddianos vocant. Est enim Codda idem Syriace , quod paropfis , aut catinus : pro eo quod nemo communi cum illis cibo uti possit , sed separatim contaminatis illis apponi soleat.. Quam ob causam qui cum illis habitant , velut a communi confortio segregatos Coddianos appellant. Idem porro Stratiotici seu Militares in Ægypto , ac Phibionitæ sunt dicti &c. „

117.) Quamvis Ecclesia ratum habeat baptismum a per-

di-

Alii Hebraica quædam vocabula , quo magis eos, quos initiant , in stuporem trahant , ad hunc modum effantur : *Basema* , *Chamassi* , *Baænaora* , *Mystadia* , *Ruada* , *Cysia* , *Babephor* , *Calathi*. 118.) Quorum hæc est interpretatio : *Id quod virtutem omnem exuperat , invoco , quod lux & Spiritus bonus , & vita nominatur : quia in corpore regnasti.*

Sunt

ditissimis etiam hæreticis servato Christi ritu collatum , horum tamen baptismum nunquam probavit , qui præscriptam a Christo verborum formulam fœde corruerunt.

118.) Quin vocabula hæc & quæ paulo post sequuntur , ex Hebræa vel Syriaca lingua Marcosii desumpserint , dubitare non sinit S. Epiphanius utriusque linguae peritus , eaque itidem ceu Hebraica referens . Sed jam cum apud Ireneum , tum apud Epiphanium , scribarum haud dubie Hebraice nescientium vicio corrupte adeo leguntur , ut Oedipo opus sit ad genuinam lectionem restituendam. Doctiss. Grabius Annot. in hunc locum adfert quidem e Cl. Rhenferdio conjecturas quasdam , quemadmodum & Petavius suas , Animadvers. in Epiphanium : Sed quia satisfacere non videntur , inserere illas hic non libuit. Cæterum Marcosii hac in re Platonicos & Pythagoræos æmulati sunt , qui itidem teste Porphyrio Ep. ad Anebonem , & Jamblico sect. 7. c. 4. & 5. in mysteriis suis barbara idgenus vocabula adhibebant : partim quod obscuritate sua augustum quid & divinum spirare viderentur , partim quod antiquiora Græcis , diisque magis familiaria putarentur : cum deorum cultus ab Affyriis & Ægyptiis ad Græcos traductus sit.

Sunt rursus, qui redemptionem his verbis effe-
runt: *Nomen*, quod absconditum est ab omni *Deita-*
te, & *Dominatione*, & *Veritate*, quod induit *JE-*
sus Nazarenus in vitis luminis Christi Domini, *viven-*
tis per Spiritum sanctum, *in redemptionem Angelici-*
cam. Nomen restitutionis in integrum: *Messia*
Uphareg, *Namamsæman*, *Chaldaæam*, *Mosomedæa*,
Acphranæ, *Psana*, *JEsu Nazaria*. Quorum hu-
jusmodi est interpretatio: *Non divido spiritum*, nec
cor, nec *supercaelestem virtutem*, quæ *misericordia præ-*
dita est; *utinam fruar nomine tuo Salvator veritatis*.
Atque hæc quidem profantur, qui initiant. Qui
autem initiatus est, respondet: *Confirmatus*, &
reemptus sum, ac *redimo animam meam ab hoc seculo*,
& *omnium quæ ab eo sunt*, *in nomine Jao*, qui *red-*
emit animam suam in redemptionem in Christo viven-
te. Postea qui adsunt, dicunt: *Pax omnibus*, *su-*
per quos hoc nomen requiescit; & eum qui initiatus
est, opobalsamo 119.) inungunt. Hoc enim un-

I 5

guen-

119.) Quemadmodum profana sua lotione Baptismum, ita
unctione hac Sacramentum unctionis imitatæ videntur hæ-
simæ. Primis enim seculis Baptismum illico sequebatur Con-
firmatio, ut inter alios docet Tertullianus 1. de Baptif. ante
med. ubi ait: „Egressi de lavacro perungimur benedi-
cta unctione, de pristina disciplina, qua ungi oleo de cor-

nu

guentum fragrantiae illius , quæ omnia exuperat ,
ty-

nu in Sacerdotio solebant : ex quo Aaron a Moysè unctus est. Unde Christus dicitur a Chrismate , quod est unctio , quæ Domino nomen accommodavit , facta spiritalis , quia Spiritu unctus est a Deo Patre , sicut in Actis (c. 4.) *Colleli sunt enimvero in ipsa civitate adversus sanctum Filium tuum , quem unxisti.* Sic & in nobis carnaliter currit unctio , sed spiritaliter proficit , quomodo & ipsius Baptismi carnis actus , quod in aqua mergimur , spiritalis effetus , quod delictis liberamur. Dehinc manus imponitur , per benedictionem advocans & invitans Spiritum sanctum .,, Vetus scilicet hæc diaboli ars est , ut idololatria juxta ac hæreticis quandam Sacrorum Dei imaginem tradat. Unde idem Tertullianus 1. de Præscript. num. 16. ,, Tingit inquit & ipse quosdam , utique credentes & fideles suos , expiationem delictorum de lavacro repromittens , & sic adhuc initiat Mithræ : Signat illic in frontibus milites suos , celebrat & panis oblationem . . Quodsi Numæ Pompilii superstitiones revolvamus , si sacerdotalia officia , insignia & privilegia , si sacrificalia ministeria , & vasa ipsorum sacrificiorum , ac piaculorum & votorum curiositates consideremus ; nonne manifeste diabolus morositatem illam Judaicæ legis imitatus est ? Qui ergo ipsas res , de quibus Sacraenta Christi administrantur , tam æmulariter affectavit exprimere in negociis idololatriæ , utique & idem & eodem ingenio gestiit & potuit instrumenta quoque Divinarum rerum , & Sacramentorum Christianorum , profanæ & æmulæ fidei attemperare. Et ideo neque a diabolo immissa esse spiritalia ne-

qui-

typum esse ajunt. Sunt etiam , qui eos quidem ad aquam adducere supervacuum esse dicant , oleo autem & aqua una permixtis , cum vocibus quibusdam , iis quæ commemoratæ sunt , haud dissimilibus , in eorum , quos initiant , caput injiciunt , idque redemptionem esse volunt. Atque ipsi quoque balsamum adhibent. Alii hæc omnia improbantes , ac repudiantes , ineffabilis & invisibilis virtutis mysterium per creaturas in aspectum cadentes , & eorum quæ corporis expertia sunt , per sensibilia & corporea peragendum esse negant , perfectamque redemptionem in ineffabilis magnitudinis agnitione positam esse censem. Nam cum & defectus , & passio ex ignoratione profluxerint , quidquid ex ignoratione coagmentatum fuerit , per cognitionem deleri . atque hanc veram redemtionem esse. 120.) Sunt rursus alii , qui jam-

jam-

quitiae , ex quibus etiam hæreses veniunt , dubitare quis debet , neque ab idolatria distare hæreses , quum & auctoris , & operis ejusdem sint , cuius & idolatria. , ,

120.) Hos Ascodrytas , vel Ascodrupetas vocat Theodoreetus l. 1. hæret. fabul. Posteaquam enim de Marcosis locutus est , addit : „ Ex his plurimæ .. pullularunt hæreses. Eorum quoque partem esse dicunt eos , qui a nonnullis Ascodrytæ , ab aliquibus Ascodrupetæ vocantur. Hi autem dicunt , non oportere Divina mysteria , quæ sunt invisi-

sibi.

jamque ex hac vita excessuros redimunt, oleum aquæ mixtum in eorum capita injicientes, cum invocationibus, quas supra commemoravimus. Quod quidem eo consilio faciunt, ut a superioribus Principatibus, & Potestatibus apprehendi, & retineri nequeant, atque ut interior eorum homo invisibili modo ulterius ascendat: perinde nimirum ac corpora eorum inter res conditas relinquuntur. Jubent autem eos, cum ad Principatus ac Potestates venerint, his verbis uti: *Ego filius a Patre, Patre inquam præexistente, filius autem in eo qui præexistit, veni ut tam mea, quam aliena cernerem: quanquam non prorsus aliena, sed Achamoth, quæ femina est, atque hæc in usum suum effecit. Genius autem duco a præexistente: ac rursus ad mea me consero, unde veni.* Atque hac oratione habita, eum Potestates effugere ajunt, ac deinde ad Demiurgum proficiunt, eumque his verbis convenire: *Vas sum præstantius, quam femina ea, quæ vos pro-*

fibilium signa, per res quæ videntur peragi, nec incorporea per sensilia & corporea. Esse autem perfectam redemptionem, veram ejus quod est cognitionem. Quæcumque enim videntur ex ignorantia & affectione constituta, per cognitionem dissolvuntur. Oportet ergo etiam spiritalem esse redemtionem. Quapropter nec eos, qui accedunt, baptizant, nec ab eis peragitur mysterium baptismatis.,,

procreavit. Si mater vestra radicem suam ignorat, ego meis pum novi, ac exploratum habeo, unde venerim: atque incorruptibilis sapientiae opem imploro, quæ est in Patre, materque vestre parentis, quæ patris est experis, ac ne conjugem quidem masculum habet: verum femina ex femina orta vos effecit, matrem etiam suam ignorans, seque solam esse existimans. Ego vero ipsius matrem imploro, atque obtestor. Hoc autem cum Demiurgus audierit, magnopere perturbari, radicemque suam & matris genus incusare; ipsum autem ad sua proficiisci, projecto suo vinculo, & angelo, hoc est anima., 121.)

Reli-

121.) Hæc de Heracleonitis, qui Marcosiorum furculis erant, narrat Epiphanius hær. 36. Docebant autem illi cum Valentinianis cæteris hominem constare ex substantia materiali, animali, & spiritali: ac materialem quidem substantiam salutis omnino incapacem esse, & idcirco corpus interitum penitus, animam vero apud Demiurgum depoñendam, & solam spiritalem substantiam ad Pleroma admissum iri. „ Corporibus ipsis, ait S. Epiphanius loc. cit. num. 2. cum reliqua omni creatura relictis, censem evolantes hinc ipsorum animas, Conditori, qui in defectu versatur, assistere, ibidemque apud illum commorari, sed interiorem hominem, qui anima ipsa corporeque magis intimus est, altius efferriri: quippe quem ex superiori Pleromate derivatum existimant., Quod vero migraturis jam e vi-

Reliqua libri hujus parte aliarum hæresum historiam texit S. Pater; & capite quidem 23. de Simone mago hæresiarcharum novi Testamenti principe ita habet. „ Simon Samarites magus ille, de quo discipulus & sectator Apostolorum Lucas, (Act. 8.) fidem simulavit, putansque Apostolos sanitates per magicam, & non virtute Dei, nec per impositionem manuum Spiritu sancto adimplere credentes, sed per majorem quandam magicam scientiam; & offerens pecuniam Apostolis, ut acciperet & ipse hanc potestatem.. audivit a Petro: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri..* (Act. 9. v. 20.) Et cum adhuc magis non credidisset Deo, intendit contendere adversus Apostolos, ut & ipse gloriosus videretur esse: & universam magicam adhuc amplius scrutans, ita ut in stuporem coegeret multos.. sub Claudio Cæsare, a quo etiam

ta oleum aquæ mixtum injiciendum putaverint, ritu illo fortasse usitatam in Ecclesia extremam unctionem imitari voluerunt: ut quemadmodum alii Marcosii Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam; ita ipsi institutum a Christo pro infirmis Sacramentum exprimerent. Cæterum cum Marcosiis desinit interpretatio Billii: hinc quæ sequuntur, ex veteri illo & barbaro Irenæi interprete desummere necesse habeo.

etiam statua 122.) honoratus esse dicitur propter magicam. Hic igitur a multis quasi Deus glorificatus est, & docuit semetipsum esse, qui inter Ju-
dæos

122.) Simoni mago positam Romæ fuisse statuam, cum inscriptione, *Simoni Deo Sancto*, primus & oculatus testis scribit S. Justinus Apol. 1. idemque post eum cum Irenæo ajunt, Tertullianus in Apolog. Eusebius 1. 2. Hist. c. 13. S. Cyrillus Jerosol. Catech. 6. Theodoretus 1. 1. hæret. fab. & S. Augustinus 1. de hæref. Recentiores statuam illam esse volunt non magi hujus, sed Semonis dei Sabinorum, Sanci etiam, Sangi & Sancti dicti, de quo Ovidius 1. 6. Fastor.

„ Quærebam Nonas Sanco, Fidione referrem,

An tibi Seño pater? tunc mihi Sancus ait:

Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebo,

Nomina trina fero: sic voluere Cures.

Hunc igitur veteres donarunt æde Quirini,

Inque Quirinali constituere jugo.,

Et Tibullus 1. 4. Eleg. 10. „ Salve

Sancte pater salve, cui jam favet aspera Juno.

Sancte velis libro dexter adesse meo.

Nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,

Sic Sanctum Tatii composuere Cures.,

Sancus autem Sabina lingua est Hercules. Unde Varro 1. 4. de Lat. lingua „ Profecturi viam fit sacrificium Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est deus. „ Sed Semonis hujus ædes fuit in monte Quirinali, ut ex Ovidio audivimus, statua autem, quam Justinus vidit, erecta erat in insula Tiberina inter duos pontes. Plura vide ad dictum Justini locum.

dæos quidem quasi Filius apparuerit, in Samaria autem quasi Pater descenderit, in reliquis gentibus quasi Spiritus sanctus adventaverit. Esse autem se sublimissimam virtutem, hoc est eum, qui sit super omnia Pater, & sustinere vocari, quocunque eum vocant homines.. Hic Helenam 123.) quandam a Tyro civitate Phœnices quæstuariam cum redemisset, secum circumducebat, dicens hanc esse primam mentis suæ conceptionem; 124.) matrem omnium, per quam initio

123.) Fevardentius Helenæ loco hic Selenen legit, quemadmodum & S. Augustinus l. de hæref. ad Quodvultdeum, scortum illud appellat; sed Tertullianus l. de Anima, S. Justinus Apolog. I. S. Epiphanius hær. 21. & Theodoreetus l. i. hæret. fabul. in Helenæ nomine ei tribuendo consentiunt.

124.) S. Epiphanius hær. 21. Helenam hanc etiam pro Spiritu sancto a Simone venditatam esse ait. „ Vagam inquit quandam mulierculam nactus, patria Tyriam, sibi eam copulat: quacum palam nullam habere se consuetudinem simulans homo vafer, clam omni se in libidinum genere volutabat, atque etiam ridicula de ea re fabula discipulos aspergit. Se enim summam esse Dei vim, scortum vero suum Spiritum esse sanctum affirmare ausus est, cuius gratia de cœlo descenderit. Sed in unoquoque cœlo propriam ajebat ejus cœli formam indui, quo meos Angelos latere possem, & ad meam illam intelligentiam descenderem, hoc est Helenam

tio mente concepit Angelos facere & Archangelos. Hanc enim Ennoiam exilientem ex eo.. generare Angelos & Potestates , a quibus & mundum hunc factum dixit. Postquam autem generavit eos, detenta est ab ipsis.. & omnem contumeliam passa.. usque adeo ut & in corpore humano includeretur , & per secula veluti de vase in vas transmigraret in muliebria corpora. Fuisse eam & in illa Helena , propter quam Trojanum contractum est bellum.. in novissimis etiam in fornice prostitisse : & hanc esse perditam ovem. Quapropter & ipsum vénisse , ut eam assumeret primam , & liberaret a vinculis , hominibus autem salutem præstaret per suam agnitionem. Cum enim male moderarentur Angeli mundum .. ad emendationem rerum venisse transfiguratum , & assimilatum Virtutibus , & Potestatibus , & Angelis : & in hominibus ut hominem apparuisse , cum non esset homo , & passum in Judæa putatum , cum non esset passus. Prophetas autem

S. Irenæi Episc. & Mart.

K a mun-

lenam istam , quæ & Prunicus , & Spiritus sanctus appellatur. &c. , Blasphemæ autem hujus appellationis ea ni fallor causa fuit , quod ut Tertullianus 1. de Anima observat , Helenam hanc eadem pecunia , quam Apostolis obtulerat , de loco libidinis publicæ redemit , dignam sacrilego precio mercem. ,

a mundi fabricatoribus Angelis inspiratos dixisse prophetias : quapropter ne ulterius curarent eos, qui in eum , & in Helenam spem habent , & libere agerent , quæ velint : secundum enim ipsius gratiam salvari homines , non secundum opera iusta. Nec enim esse naturaliter operationes justas, 125.) sed ex accidenti ; quemadmodum posuerunt qui mundum fecerunt Angeli , per hujusmodi præcepta in servitutem deducentes homines.. Igitur horum mystici Sacerdotes libidinose quidem vivunt , magias autem perficiunt , quemadmodum potest unusquisque ipsorum , & incantationibus utuntur. Amatoria quoque & agogima, 126.) & qui dicuntur paredri , & oniropompi , & quæcunque

125.) Pestilens hoc dogma ab Archelao philosopho hauisse videtur Simon. Illius enim effatum erat : *Nihil natura iustum , aut injustum esse , sed lege sola.*

126.) **Αγώγιμα** Billius supra c. 13. vertit pharmaca illestantia , Fevardentius vero **αγωγία** vocari etiam lenocinia ait. Πάρεδροι dicebantur dæmones , qui hominibus affluebant , morbosque ab iis avertere , & mira quæque operari credebantur. Cum vero nequam illi spiritus somnia futurorum præsaga immittebant , ὀνειροπομπαὶ dicebantur , ex ὀνειροῖς somnus , vel somnium , & πομπέω ostento. Περιεργα denique vel potius παρεργα , hoc loco res supervacaneas , & observationes vanas significat.

que sunt alia perierga , apud eos studiose exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Jovis , & Helenæ in figuram Minervæ : & has adorant , a principe impiissimæ sententiæ vocati Simoniani : a quibus falsi nominis scientia accepit initia , sicut ex assertionibus eorum est discere. , ,

Simoni subjungit dignum magistro discipulum Menandrum. „ Hujus inquit successor fuit Menander 127.) Samarites genere , & ipse ad summum magiæ proiectus. Qui primam quidem Virtutem incognitam ait omnibus , se autem eum esse , qui missus sit ab invisibilibus , salvatorem pro salute hominum. Mundum autem factum ab Angelis ; quos & ipse similiter ut Simon , ab Ennoja emissos dicit. Dare quoque per eam , quæ a se docetur , magiam , scientiam ad id , ut & ipsos , qui mundum fecerunt , vincat Angelos. Resurrectionem item per id , quod est in eum baptisma , accipere ejus discipulos , & ultra non posse mori , sed perseverare non senescentes , & immortales. , , 128.)

K 2

Cap.

127.) Theodoretus l. 1. hæret. fabul. ex vico quodam Samariæ , qui Chabrai dicebatur , oriundum fuisse Menandrum ait.

128.) Tertullianus l. de Anima censet Menandrum suis

pro-

Cap. 24 de Saturnino, & Baslide agit. „, Sa-
turninus 129.) inquit, ab Antiochia, quæ est apud
Daphnen .. similiter ut Menander, unum Patrem
incognitum omnibus ostendit, qui fecit Angelos,
Archangelos, Virtutes, Potestates. A septem
autem Angelis mundum factum, & omnia, quæ
in eo ; hominem item Angelorum esse facturam,
desursum a summa Potestate lucida imagine appa-
rente, quam cum tenere non potuissent, eo quod
statim recurrerit sursum, adhortati sunt semet-
ipsos dicentes : *Faciamus hominem ad imaginem &*
similitudinem, 130.) qui cum factus esset, & non
potuisset erigi plasma propter imbecillitatem An-
gelorum, sed quasi vermiculus scarizaret (id est
ferperet) miserantem ejus desuper Virtutem, quo-
niam

promisisse immortalitatem corporis, etiam in hac vita: alii
vero putant eum resurrectionis, & immortalitatis nomine non
aliud intellexisse, quam ignoti Dei & arcanorum ejus noti-
tiam, quam per suum baptisma pollicebatur impostor ita, ut
quisquis eo initiatus fuerit, ignorantie morte discussa, vel-
ut e sepulchro in vitam excitandus sit.

129.) Saturnilum Theodoreetus vocat, & una cum Ba-
slide Menandri discipulum fuisse scribit.

130.) „, Particulam *nostram*, ait Epiphanius, quam in Ge-
nesi Deus usurpat, ideo decurtavit, ut errori suo fidem ad-
strueret; quasi angeli sint operis artifices, imaginem vero ipsam
ad alium referri significant. „

niam in similitudinem ejus erat factus , emisisse scintillam vitæ , quæ erexit hominem , & articulavit , & vivere fecit. 131.) Hanc scintillam post defunctionem recurrere ad ea , quæ sunt ejusdem generis dicit , & reliqua ex quibus facta sunt , in illa resolvi. Salvatorem autem innatum dicit , incorporalem , sine figura , & putative visum hominem : Judæorum Deum unum ex Angelis esse : & propter hoc quod dissolvere voluerint Patrem ejus omnes Principes , advenisse Christum ad destructionem Judæorum Dei , & ad salutem credentium , qui habent scintillam vitæ ejus. Duo enim genera hominum hic primus ab Angelis placata esse dixit : alterum nequam , alterum bonum. 132.) Et quoniam dæmones pessimos adjuvant , venisse Salvatorem ad dissolutionem ma-

K 3

lo-

131.) Hæc e Platonicorum lacunis hausta sunt , qui mentem ab anima distinguebant ; & Divinæ essentiæ particulam esse ajebant : licet ipsi mentis nomine id , quo rationalis fit homo ; Saturniani vero per scintillam suam intellexerint *γνῶσην* , seu Supremi & Ignoti Patris cognitionem.

132.) Bonos scilicet & salutis capaces dicebant eos , qui scintillam vitæ a superna Virtute acceperunt , malos contra & salutis incapaces , qui idgenus scintillæ expertes sunt. Quemadmodum postea Valentiniani , eos solos ad Pleroma admittendos blaterarunt , qui præter animam etiam semen spirituale nacti sunt.

lorum hominum , & dæmonum , ad salutem autem bonorum . Nubere & generare a Satana dicunt esse . Multi autem ex iis & ab animalibus abstinent , per fictam hujusmodi continentiam seducentes multos . Prophetias quasdam ab Angelis , qui mundum fabricarunt , esse dicunt , quasdam a Satana , quem & ipsum Angelum adversarium mundi fabricatoribus , & maxime Judæorum Deo ajunt . , ,

De Basilide hæc fere ibidem narrat . , , Basili des 133.) ut altius aliquid invenisse videatur ,
in

133.) Basilides patria Alexandrinus erat , & Menandri discipulus : licet ipse Glauciam quandam Petri Apostoli interpretem suum fuisse magistrum glorietur , apud Clementem Alexandr . l . 7 . Strom . versus fin . Postquam a Menandro digressus est , , , in Prosopiticam , & Athribiticam præfecturam secessit , atque etiam in Saitica , & Alexandriæ versatus est , in Alexandrinoque agro , sive Nomo . Sic enim Ægyptii cujusque civitatis agrum , ac circumiacentem regionem nominant . , , ait Epiphanius hær . 24 . Quo tempore hæresim suam spargere cœperit , non sat liquet . Clemens Alexandr . Eusebius , & Theodoretus ad imperium Adriani eam referre videntur . At S . Hieronymus viventibus adhuc Apostolis cœpisse censet Dial . contra Lucifer . ubi ait : , , Apostolis adhuc in seculo superstitionibus , apud Judæam Christi Sangui ne recenti , phantasma Domini corpus afferebatur . Tunc Simon magus , & Menander discipulus , ejus Dei se affirue-

re

in immensum extendit sententiam doctrinæ suæ, ostendens Nun primo ab innato Patre natum , ab hoc autem Logon , a Logo Phronesin , a Phronesi Sophiam & Dynamin , a Dynami & Sophia Virtutes , Principes , & Angelos , quos primos vocat ; & ab iis primum cœlum factum. Dehinc ab horum derivatione alios (angelos) factos , aliud cœlum simile priori fecisse ; & simili modo ex eorum derivatione cum alii facti essent antitypi eis , tertium formasse cœlum.. & deinceps secundum eum modum alteros & alteros Principes & Angelos factos esse dicit , & cœlos CCCLXV. quapropter & tot dies habere annum , secundum numerum cœlorum. Eos porro , qui posterius continent cœlum , Angelos.. constituisse quæ in mundo sunt omnia , & partes sibi fecisse terræ , & quæ super eas sunt gentium. Esse autem principem ipsorum illum , qui Judæorum putatur Deus. Et quoniam hic suis hominibus , id est Ju-

K 4

dæis

re Virtutes ; tunc Basilides summum Deum Abraxas cum CCCLXV. Æonibus commentus est .,, Atque istud ex eo etiam verosimilius videtur , quod S. Irenæus Basilidem Cærintho , Ebioni , & Nicolaitis præponat , quos Apostolorum tempore hæreses suas condidisse certum est. Pervenisse autem illum usque ad Antonini pii tempora ait Clemens loco supra cit.

dæis voluit subjicere reliquas gentes , reliquos omnes Principes contra egisse .. Innatum autem Patrem .. misisse primogenitum suum Nun , qui dicitur Christus , in libertatem credentium ei .. eumque apparuisse in terra hominem , & virtutes perfecisse , non tamen passum esse , sed Simonem Cyrenæum , angariatum ut portaret crucem pro eo : hunc transfiguratum ut putaretur esse Jesus , secundum errorem crucifixum esse , ipsum autem Jesum Simonis accepisse formam , & irriguisse eos , & sic ascendisse ad eum , qui miserat ; cum teneri non posset , quoniam virtus incorporalis erat . Liberatos igitur eos qui hæc sciant , a mundi fabricatoribus Principibus , non oportere confiteri eum , qui sit crucifixus , sed qui in hominis forma venerit , & putatus sit crucifixus .. Si quis enim ait , confitetur crucifixum , adhuc servus est , & sub potestate eorum , qui corpora fecerunt ; qui autem negaverit , liberatus est ab iis , & cognoscit dispositionem innati Patris . Animæ autem foli esse salutem , corpus natura corruptibile existere : Prophetias a mundi fabricatoribus fuisse Principibus , Legem autem a Principe ipsorum , qui eduxit populum de terra Ægypti . Contemnere oportere idolothyta , & sine trepidatione eis uti , habere item reliquarum operationum usum

in-

indifferentem , & universæ libidinis. 134.) Utuntur autem & hi magia , & incantationibus , & imaginibus , 145.) & invocationibus : nomina quoque quædam fingentes quasi Angelorum , ajunt hos esse in primo , hos in secundo cœlo , & sic deinceps CCCLXV. cœlorum nomina , & Princes , & Angelos , & Virtutes nituntur exponere : quemadmodum mundus nomen esse , in quo dicunt descendisse & ascendisse Salvatorem , eumque esse Caulacau. 136.) Qui hæc didicerit , invisibilem eum

K 5

An-

134.) Basiliianos tangere videtur Judas Apostolus in Epistola sua v. 4. inquiens : *Subintroierunt quidam homines impii , Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam , & solum Dominatorem & Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* Et v. 10. *Hi quæcumque quidem ignorant , blasphemant , quæcumque autem tanquam muta animalia naturaliter norunt , in his corrumpuntur &c.*

135.) Extant hodieum complures gemmæ portentosis imaginibus cælatæ , addito nomine ΑΓραξας , quibus Basiliiani pro amuletis utebantur.

136.) Quid sibi hic Irenæus velit , ob barbariem interpretis colligi nequit , & fortasse etiam scribarum oscitania quidpiam omissum est. Cæterum vocem Caulacau desumperunt hæretici ex Isaiae c. 28. ut observat S. Epiphanius hær. 25. num. 4. ubi ait : „ Vox illa Caulacau apud Isaiam scripta legitur in duodecima visione , cum ita loquitur : *Tribulationem super tribulatione , spem super spe :* adhuc pañulum ,

adhuc

Angelis & Potestatibus universis fieri , quemadmodum & Caulacau fuisse. Et sicut Filius incognitus est omnibus , sic & ipsos a nemine opertere cognosci.. Tu enim ajunt , omnes cognosce, te autem nemo cognoscat. Quapropter & parati sunt ad negationem .. & Judæos quidem jam non esse dicunt , Christianos autem nondum : 137.) &

non

adhuc paululum expecta. Quare ipsamet Hebraica verba totidem ut illic leguntur descripta syllabis hoc loco subjiciam.

צֹר לְצֹר צָר קָרְבָּן קָרְבָּן זְעִיר שְׁמָן זְעִיר שְׁמָן

Quippe Tsau latsau tribulationem super tribulatione significat (juxta LXX. Interpretes , quos sequitur Epiphanius , licet ad literam aliis sensus sit , de quo ad librum Origenis de Exhortatione Martyrii) Caulacau spem super spe , Zeer scham Zeer scham , adhuc paululum , paululum adhuc expecta . „ Usos autem hac voce Nicolaitas putat S. Epiphanius ad celestem quendam Principem significandum. De illis enim cit. hær. agit , & num. 3. ita habet : „ Alii Caulacau cuidam eandem venerationem deferunt ; quo nomine unum ex Principibus appellant. „ At Theodoreus I. 1. hær. fabul. c. 5. Basilidianos ea voce usos , & Servatorem ita appellasse testatur . „ Servatorem inquit & Dominum Caulacaum nominant . „ Quod propius ad Irenæum accedit , qui idipsum significare videtur , cum ex mente Basilidiano rum addit *invisiibilem Angelis & Potestatibus universis Caulacau factum fuisse.*

137.) Luculentius hæc explicat S. Epiphanius hær. 24. num. 5. „ Tam ipse inquit (Basilides scilicet) quam quí ejus

non oportere omnia mysteria effari, sed in abscondito continere per silentium. Trecentorum autem sexaginta quinque cœlorum locales positiones distribuunt similiter, ut Mathematici. Illorum enim theorematæ in suæ doctrinæ characterem transtulerunt: esse autem principem illorum Αβραξας, & propter hoc CCCLXV. numeros habere in se. „ 138.)

Basi-

ejus sectam amplexi sunt, quoties interrogantur, Judæos quidem se esse negant, Christianos vero nondum fuisse. Sic abnegare perpetuo fidem, eamque tacite apud se custodire, nec ulli patefacere suos instituit; quod nimis suspectam habeat ipse turpidinem suam, cum tam immanis fœditas, atque impura disciplina evulgari non audeat. „

138.) Si literæ vocem Αβραξας componentes pro totidem notis Arithmeticis more Græco sumantur, CCCLXV. numerum omnino efficiunt hoc modo **A** 1. **β** 2. **γ** 100. **α** 1. **ξ** 60. **η** 1. **ς** 200. summa 365. Putat autem Tertullianus, vel quisquis est auctor Catalogi hæresum ejus libro de Præscript. adtexti, eo nomine summum Deum a Basiliensis appellatum esse. „ Basilides inquit, hæreticus, esse dicit summum Deum nomine Abraxan. „ Idem censet S. Hieronymus in c. 3. Amos, addens ab ethnicis Mythram seu solem sub eodem numero aliarum literarum coli, si nimirum Μεθεας scribatur. Theodoretus vero loco supra cit. „ Habebat inquit etiam Prophetas Basilides, Barcabam & Barcoph, & quosdam alios similiter barbaros. „

Basilidem sequitur Carpocrates , de quo hæc
 c. 25. „ Carpocrates 139.) & qui ab eo , mun-
 dum , & quæ in eo sunt , ab Angelis multo infe-
 rioribus ingenito Patre factum esse dicunt . Jesum
 autem e Joseph natum , & cum similis reliquis
 hominibus fuerit , distasse a reliquis secundum id ,
 quod anima ejus firma & munda cum esset , com-
 memorata fuerit eorum , quæ viderat in circum-
 latione 140.) cum ingenito Deo ; & propter hoc
 ab

139.) Carpocratem patria itidem Alexandrinum fuisse
 ait Theodoretus , Saturnino & Basilidi supparem Epiphanius :
 unde hæresim suam vivente adhuc Joanne , & fortasse etiam
 Juda Apostolo , per Orientem disseminasse videtur , licet in
 Occidentem nonnisi sub Aniceto adeoque circa annum CLX.
 eam Marcellina intulerit.

140.) Platonici teste Jamblico scđt. s. c. 6. dicebant ,
 animas hominum advenire *ἐκ τῆς τῶν ἀρετῶν περιφορᾶς*
 ex circuitione cœlestium mundorum : quod adoptasse vide-
 tur Carpocrates , ac proinde in præsenti id velle , quod Je-
 sus similiter quidem ut cæteri homines natus , naturaque aliis
 omnino similis fuerit , sed quia animam vivaciorem sortitus
 est , in memoriam sibi revocaverit ea , quæ in cœlestium or-
 bium circuitione , de ingenito , vel ut Epiphanius habet
αγγέλως seu ignoto Deo didicerat , & ob hanc recordatio-
 nem virtute ex alto induitus , ac corroboratus fuerit ad effu-
 giendos Angelos , Judæorum & aliarum gentium principes ,
 mundique fabricatores , atque ita perpetratis (horrendum
 dictu)

ab illo missam esse ei virtutem , ut mundi fabricatores effugere posset , & per omnes transgressa ascenderet ad eum.. Dicunt etiam Jesu animam in Judæorum consuetudine nutritam contempssisse eos , & propter hæc virtutes accepisse , per quas evacuavit , quæ fuerant in poenis passiones hominum.. Ad tantum autem elationis provecti sunt , ut similes sese dicant Jesu , quidam & secundum aliquid illo fortiores.. Animas enim ipsorum ex eadem circulatione devenientes , & ideo similiter contemnentes mundi fabricatores , eadem dignas habitas esse virtute , & rursus in idem abire : si quis

dictu) flagitiis omnibus liber ad ignotum Patrem reversus sit. „ Jesum Dominum nostrum , ait S. Epiphanius hær. 28. num. 2. ex Josepho genitum statuunt , uti cæteri homines ex viri mulierisque femine procreantur.. Sed cum vegetiori quam alii homines esset anima præditus , eorumque quæ sursum in incogniti Parentis comitatu ἐν τῇ περιφορᾷ τῷ αὐτῷ πατρὶ πατέρος viderat , meminisset , immisas ab eodem Parente in ejus animam virtutes esse dicunt , ut eorum quæ aspicerat recordata , corroborataque conditores orbis Angelos effugeret hoc ipso , quod per omnia rerum , quæ in mundo sunt , actionumque , quæ ab hominibus suscipiuntur , genera transiret , adeoque scelestæ & execranda clanculum facinora perpetraret. Ut ita demum actionibus omnibus perfuncta , liberaque eadem Jesu anima ad incognitum Parentem evolaret. „

quis autem plus quam ille contempserit ea , quæ sunt hic , posse meliorem illo esse . Artes magicas operantur itidem , & incantationes , & philtitra . & reliquas malignationes , dicentes se potestatem habere ad dominandum Principibus & fabricatoribus hujus mundi , & omnibus , quæ in eo sunt facta .. Quin in tantam insaniam effrenati sunt , ut omnia , quæcunque irreligiosa & impia sunt , in potestate se habere dicant .. & secundum transmigrationes in corpora , oportere in omni vita & in omni actu fieri animas .. ne forte propterea quod deest libertati aliqua res , cogantur iterum mitti in corpora . 141.) Propter hoc enim dicunt Jesum hanc dixisse parabolam : Cum

es

141.)¹ Transmigrationem animarum a Pythagora , vel potius ab Ægyptiis suis , a quibus eam Pythagoras teste Jamblico didicerat , Carpocrates hausit , sed opposita prorsus , & ad totalem morum corruptionem deflexa ex causa . „ Pythagoras enim , ait Theodoretus , dicebat animas , quæ peccarant , mitti in corpora : ut & pœnas darent , & rite expiarentur . Hi eam causam afferunt illius in corpora transitus , quæ Pythagoricæ ex diametro repugnat . Dicunt enim animas mitti in corpora , ut omne genus libidinis & petulantiae peragant . Eas ergo , quæ in uno descensu impleverint , non egere alia missione : quæ autem parum peccarunt , & bis mitti , & ter , & sèpius , donec omnia viciorum genera impleverint . „

es cum adversario tuo in via , da operam ut libereris ab eo , ne forte te det judici , & judex ministro , & mittat te in carcerem. Amen dico tibi non exies inde , donec reddas novissimum quadrantem. (Luc. 12. & Matth. 5.) Et adversarium dicunt unum ex Angelis in mundo , quem diabolum vocant , dicentes factum ad id , ut ducat animas a mundo ad Principem primum ex mundi fabricatoribus , & illum alteri Angelo , qui ministrat , tradere tales animas , ut in alia corpora eas includat : corpus enim dicunt esse carcerem. Et illud : Non exies inde , quoad usque novissimum quadrantem reddas , interpretantur , quasi non exeat quis a potestate Angelorum , qui mundum fabricaverunt , quoad usque in omni operatione , quae in mundo est , fiat : & cum nihil defuerit ei , tum liberatam ejus animam elevari ad Deum , qui est supra Angelos mundi fabricatores. Sic salvari omnes animas , sive in uno adventu in omnibus misceantur operationibus , sive de corpore in corpus migrantes , in unaquaque specie vitæ reddant debita .. 142.)

di-

142.) Quid ab impudentibus adeo tenebrionibus casti speres , qui salutem nominis per flagitia omnia comparari posse docent ? Sane ut observat Epiphanius , hoc hominum genus ad Ecclesiæ Dei probrum , & offendiculum submisisse

Sa-

dicentes Jesum in mysterio discipulis suis hæc seorsum locutum esse , & expostulasse , ut dignis & assentientibus eadem seorsum traderent . Per fidem enim & charitatem salvari homines , reliqua indifferentia cum sint , secundum opinionem hominum quædam quidem bona , quædam autem mala vocari .. Aliqui ex ipsis cauteriantes suos discipulos signant in posterioribus partibus extantia dextræ auris . 143.) Marcellina , quæ Romam sub Aniceto venit , cum esset hujus doctrinæ , multos exterminavit . 144.) Gnosticos autem se

VO-

Satanas videtur : quippe qui Christianorum sibi nomen indiderint , ut propter illos offendæ nationes ab sancta Dei Ecclesia abhorreant , annunciatamque veritatem , ob immania illorum facinora , & incredibilem nequitiam repudient , eos quoque , qui ex sancta Dei Ecclesia sunt , tales esse sibi persuadentes .. Atque ea demum causa est , cur plerique gentilium , ubicunque istius sectæ homines deprehenderint , nullam nobiscum vclint neque dati acceptique , neque audiendi Divini verbi societatem conjungere , ac ne aures quidem præbere sustineant : usque adeo nefariis illorum flagitiis consternati ac deterriti sunt . ,

143.) Idem docet S. Epiphanius her. 27. num. 8. , Solent inquit Carpocratiani , quos ad suam sectam fraudulenter pelleixerint , iis candente ferro , vel novacula , vel acu notam quandam ad imam auriculam imprimere . ,

144.) Vix ulla hæresis est , quam id genus pseudoaposto-

lx

vocant, & imagines quasdam pictas, quasdam & de reliqua materia fabricatas habent, dicentes esse formam Christi factam a Pilato illo tempore, quo Jesus cum hominibus fuit. Has coronant, & proponunt cum imaginibus mundi philosophorum, videlicet Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, & reliquorum, & reliquam observationem circa eas similiter ut gentes faciunt. „ 145.)

S. Irenæi Episc. & Mart.

L

Cap.

Ie non propagassent, ut observat S. Optatus Milev. I. i. contra Parmenian. Donat. ubi ait: „ Simon magus hæresim condidit Helenæ meretricis adjutus auxilio.. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor choros duxit feminarum; Marcion Ponticus præmisit mulierem, quæ decipiendas sibi animas præpararet; Apelles Philumenem comitem habuit suarum doctrinaram; Montanus immundi spiritus prædicator, multas Ecclesias per Priscam & Maximillam, nobiles & opulentas feminas primum auro corrupti, deinde hæresi polluit; Arius ut orbem deciperet, fororem Principis prius decepit; Donatus per Africam ut infelices quosque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adjutus est; in Hispania Agape Elpidium, mulier virum cœcum cœca duxit in foveam; successoremque sui Priscillianum habuit, cui juncta Galla alterius & vicinæ hærefoes reliquit hæredem &c. „

145.) Paulo Iuculentius Epiphanius loc. cit. num. 6.
„ Habent Carpocratiani depictas coloribus imagines, quidam etiam aureas, aut argenteas, vel ex alia materia factas,
quas

Cap. 26. Cerinthi, Ebionis, & Nicolitarum
 hæreses paucis sic perstringit. „ Cerinthus qui-
 dam in Asia non a primo Deo factum esse mun-
 dum docuit, sed a Virtute quadam valde distan-
 te ab ea principalitate, & ignorantе eum, qui
 est super omnia, Deum. Jesum autem ait non
 ex Virgine natum (impossibile enim hoc ei visum
 est) sed fuisse Joseph & Mariæ filium, similiter ut
 reliqui homines, plus tamen potuisse justitia, pru-
 dentia, & sapientia. Post baptismum descendisse
 in eum a principalitate, quæ est super omnia,
 Christum figura columbæ; & tunc annunciasse in-
 cognitum Patrem, & virtutes fecisse: in fine au-
 tem revolasse iterum Christum de Jesu, & Jesum
 paſſum

quas esse Jesu effigies affirmant, easdemque a Pontio Pilato ad Christi similitudinem effictas, quo tempore inter ho-
 mines degebat. Sed ejusmodi imagines occultas habent,
 nec non & philosophorum quorundam, ut Pythagoræ, Pla-
 tonis, Aristotelis, aliorumque, quibus eas, quas dixi, Christi
 effigies miscent, & erectas simul omnes adorant, ad eas-
 que gentilium ritus instituunt.. „ Quinam vero sunt gentiles
 ii ritus alii, quam sacrificia, cæteraque generis ejusdem?
 Unde vides non eapropter culpari hos hæreticos, quod ima-
 gines Christi religioso sed respectivo cultu honorarint, sed
 quod illas more gentilium sacrificiis & libationibus, adeoque
 cultu absoluto Iatriæ tanquam deos, & quidem simul cum
 philosophorum iconibus adorarint.

passum esse , & resurrexisse.. 146.) Qui dicuntur
L 2

146.) Cerinthum in *Egypto philosophiæ operam dedit*
scribit Theodoretus 1. 2. hær. fab. Apostolis pene a prin-
cipio Jerosolymis , Cæsareæ , Antiochiæ restitisse , ritusque
Judaicos adversus eos propugnasse , testatur Epiphanius hær.
28. In Asia demum hæresim disseminasse cum hi , tum alii
consentient. Cagus Presbyter apud Eusebium 1. 3. Hist. Eccl.
e. 28. hæc de illo narrat : „ Cerinthus per revelationes
Quasdam a se tanquam a magno quodam Apostolo conscriptas ,
portenta quedam quasi ab Angelis sibi ostensa commentus
nobis introducit , affirmans post resurrectionem regnum Chri-
sti in terris futurum , ac rursus homines Jerosolymis degen-
tes cupiditatibus & voluptati corporis obnoxios fore ; addit-
que hostis ille Divinarum scripturarum mille annorum spa-
cium in nuptialibus festis transactum iri , quo facilius impe-
ritos homines decipiat. „ S. Dionysius Alexandrinus ibid.
illud etiam adjicit , existimasse nonnullos libri Apocalyseos
Cerinthum auctorem esse : quia scilicet & ipse Revelationes
quasdam , ut nunc ex Cajo audivimus , sub Apostoli nomi-
ne confinxerat , fœdo scilicet illi , & a Patribus omnibus
damnato , quod somniabat millenario Christi regno consentaneas . S. Epiphanius cit. hær. 28. num. 6. ait etiam docuisse
hæresiarcham „ passum quidem ac crucifixum esse Chri-
stum , nondum tamen a mortuis excitatum , sed tum demum ,
cum mortui resurgent omnes , excitandum. „ Denique Ire-
næus 1. 3. c. 3. & post eum alii scribunt , Polycarpum inter
alia narrasse , quod „ Joannes Domini discipulus in Epheso
iens lavari , cum vidisset intus Cerinthum , exilierit de
balneo

tur Ebionæi, consentiunt quidem mundum a Deo factum, ea autem, quæ sunt erga Dominum, similiter ut Cerinthus, & Carpocrates opinantur. Solo secundum Matthæum Evangelio utuntur, & Apostolum Paulum recusant, apostatam Legis eum dicentes. Quæ sunt prophetica, curiosius exponere nituntur, & circumciduntur, ac perseverant in consuetudinibus secundum Legem, & Judaico charactere vitae, ut Hierosolymam adorent, quasi domus sit Dei. 147.) Nicolaitæ au-

tem

balneo non lotus, dicens quod timeat, ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. , ,

147.) De Ebionæis ita Eusebius 1. 3. hist. c. 27. , , Ab antiquis cognominati sunt Ebionæi, quippe qui humiliter admodum atque abjecte de Christo sentirent. Eum enim simplicem ac vulgarem, nec aliud quam hominem esse censebant, qui profectu virtutis justus factus sit; cæterum ex viri cum Maria concubitu procreatum. Porro legis observationem sibi omnino necessariam ducebant, quasi per solam in Christum fidem, vitamque ex fide traductam salutem consequi non valerent. Alii ab his eodem nomine nuncupati, absurdam priorum sententiam refugientes, Christum quidem ex Virgine & Spiritu sancto genitum esse non negant, sed iidem nihilominus cum Christum utpote Deum Verbum ac Sapientiam Patris ante omnia substituisse minime fateantur, in eandem cum prioribus impietatem delapsi sunt; cum præsertim corporales legis Mosaicæ ceremonias perinde ac illi accu-

rate

tem magistrum habent Nicolaum , unum e VII.

L 3 qui

rate custodian. Hi Epistolas Pauli prorsus rejiciendas esse censebant , desertorem illum legis vocantes : solum autem Evangelium , quod secundum Hebræos dicitur , amplexi , cætera parvi faciebant. Sabbatum aliosque Judaicos ritus non fecerunt ac Judæi obserbabant ; diebus vero Dominicis eadem quæ nos , in memoriam resurrectionis Domini peragebant. Cujus rei causa Ebionæorum cognomen fortiti sunt , quo intelligentiæ illorum inopia indicatur. Sic enim mendici apud Hebræos vocantur . „ S. Epiphanius tamen hær. 30. hæreticorum horum ducem nomine Ebionem fuisse scribit num.

2. Cum enim inquit post excidum Jerosolymitanum „ Christiani omnes in Peræa degerent , atque in urbe Pella potissimum , quæ in Decapolitana provincia est , prope Batanæam , ac Basanitidem , Ebioni data est propagandi erroris occasio , qui in pago Cocabe , in regione Carnaimorum , Arnemi , & Astarotharum , & Basanitidis traætu habitare cœpit , quemadmodum vetus ad nos usque fama pervenit . „ Número 3. vero inter alia hæc de illis refert . „ Nonnulli ex iis Adamum fuisse Christum prædicant , illum inquam Adamum , qui primus a Deo formatus , ejusdem est animatus aflatu. Alii de cælo Christum esse confitentur , sed ante omnia creatum , ac spiritum esse quendam , Angelisque præstare & rerum omnium dominationem tenere. Qui cum perpetuam illic habitationem sortitus sit , quoties libuerit in hæc insima delabitur : quemadmodum in Adamo descendit , & Patriarchis corpore circumfusus apparuit .. Idem denique postremis temporibus Adami corpore contestus , & homo viuis est , in crucem sublatus , resurrexit , & ascendit in cœ-

qui primi ad Diaconium ab Apostolis ordinati sunt : 148.) qui indiscrete vivunt. Plenissime autem

Ium &c. „ S. Hieronymus l. de Vir. illustr. in Joanne id etiam testatur „ Joannem Evangelium suum scripsisse rogatum ab Asiae Episcopis , adversus Cerinthum , aliosque haereticos , & maxime Ebionitarum dogma tunc consurgens , qui afferunt , Christum ante Mariam non fuisse. Unde & compulsus est Divinam ejus generationem edicere. „

148.) S. Epiphanius de Nicolao haer. 25. hæc narrat : „ Nicolaus e numero VII. Diaconorum fuit , qui ab Apostolis delecti sunt una cum S. Stephano Protomartyre.. Hic oriundus Antiochia fese ad Judæorum sectam aggregavit : postea Christianorum dogma complexus , ad Discipulos adjunctus , atque inter primarios adnumeratus est.. Verum postea in eum se diabolus insinuavit.. Nam cum uxorem haberet eleganti specie mulierem , ab ea sibi aliquamdiu temperavit , ut eos imitaretur , quos Deo penitus addistos cernebat ; sed non intemperantiam suam perpetuo coercere potuit. Quippe canis instar ad vomitum redire cupiens , malos quosdam colores , excusationesque ad libidinis suæ patrocinium excogitavit.. Quia spe cum excidisset , tum demum sine ulla tergiversatione cum uxore habere consuetudinem instituit.. jactare illud ausus : Nisi quis singulis diebus luxuriae vacet , sempiternam salutem neminem posse consequi.. Demum non solum ad usitatum inter homines ac naturalem usum corporum prolapsus est , verum etiam in plenum illud contumeliae in Deum dogma , atque errorem pravitatis omnis conciliatorem. „ His subdit eum Gnosticorum primum auctorem fuisse , eademque fere dogmata illi , quæ Irenæus Car-

tem per Joannis Apocalypsim manifestantur, qui sint, nullam differentiam esse docentes in moechando, & idolothyton edere. Quapropter dixit de iis sermo: *sed hoc habes, quod odisti opera Nicolitarum, quæ & ego odi.* (Apocal. 2. v. 6.)

Capite 27. Cerdonis, & Marcionis dogmata subjicit. „Cerdon inquit, ab iis, qui sunt erga Simonem, occasionem accipiens, cum venisset Romam sub Hygino, qui octavum locum Episcopatus per successionem ab Apostolis habuit; docuit eum, qui a Lege & Prophetis annuncia-

L 4 tus

pocrati, &c. 29. Gnosticis tribuit. Idem fere censent S. Hieronymus, Philastrius &c. At Victorinus Petavionensis, Eusebius, Theodoreetus, & S. Augustinus, duce Clemente Alexandrino, Nicolaum a culpa liberant, ajuntque nomine ejus ad conciliandam sectæ auctoritatem perperam abusos esse Simonianos, occasione desumpta ex facto & dicto quodam illius. Factum vero illud, ut Clemens l. 2. Strom. refert, erat, quod zelotypiæ ab Apostolis redargutus Nicolaus, adducta in medium uxore, ut suspicionem depelleret, ei nubendi facultatem, cui vellet, permiserit. Dictum autem juxta eundem Clementem l. 3. Strom. fuit: *Abutendum carne esse;* quo tamen is non aliud, quam domari carnem, & assidue virtutis exercitatione in servitutem spiritus redigi oportere intellexerit. Quidquid sit, Nicolaitas fœdissimos fuisse hæreticos, Dei ipsius in Apocalypsi testimonio certum est.

tus sit Deus, non esse Patrem Domini nostri Iesu Christi. Hunc enim cognosci, illum autem ignorari: & alterum quidem justum, alterum bonum esse. 149.) Succedens autem Marcion Ponticus ampliavit doctrinam, impudorate blasphemans eum, qui a Lege & Prophetis annunciatus est Deus, malorum factorem, bellorum concupiscentem, inconstantem sententia, & contrarium

149.) Cerdon natione Syrus fuisse videtur: quia S. Epiphanius hær. 41. eum e Syria Romam peregrinandi causa accessisse scribit. An alibi gentium hæresim suam prius sparserit, nemo veterum prodidit. Romam cum Hygino Pontifice, adeoque circa annum Christi CXL. venisset, diu Prothei instar variasse, nunc eructato, nunc recantato errore, dum denique post iteratos lapsus ab Ecclesia penitus abscederetur, ait Irenæus l. 3. c. 4. Dogmata ejus Auctor Catalogi hæresum apud Tertullianum l. de Præscript. sic recenset: „ Cerdon introducit Initia duo, id est, duos deos, unum bonum, & alterum sœvum. Bonum superiorem, sœvum mundi creatorem. Prophetias & Legem repudiat, Deo creatori renunciat, superioris Dei Filium Christum venisse tractat, hunc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronunciat: nec omnino passum, sed quasi passum, nec ex Virgine natum, sed omnino nec natum. Resurrectionem anime tantummodo probat, corporis negat. Solum Evangelium Lucæ, nec tamen totum recipit. Apostoli Pauli neque omnes, neque totas Epistolas summit. Acta Apostolorum quasi falsa rejicit. „

um sibi ipsum dicens. Jesum autem ab eo Patre, qui est super mundi fabricatorem Deum , venientem in Judæam temporibus Pontii Pilati , qui fuit procurator Tiberii Cæsar is , in hominis forma manifestatum his , qui in Judæa erant , dissolventem Prophetas & Legem , & omnia opera ejus Dei , qui mundum fecit , quem & Cosmocratorem dicit. Super hæc Evangelium secundum Lucam circumcidens , & omnia quæ sunt de generatione Domini conscripta , & de doctrina sermonum Domini multa auferens , in quibus manifestissime conditorem hujus universitatis suum Patrem confitens Dominus conscriptus est ; semetipsum esse veraciorem , quam qui Evangelium tradiderunt Apostoli , svasit discipulis suis.. Similiter & Apostoli Pauli Epistolas abscondit , auferens quæcumque dicta sunt ab Apostolo de eo Deo , qui mundum fecit , quoniam hic Pater Domini nostri Iesu Christi sit , & quæcumque ex Prophetis Apostolus docuit , prænunciantibus adventum Domini. Salutem autem solum animarum esse futuram , quæ ejus doctrinam didicissent , dicit ; corpus quoniam a terra sumptum , impossibile esse participare salutem. Super blasphemiam in Deum adiicit & hoc , Cain , Sodomitas , Ægyptios , & similes eis , & omnes gentes , quæ in omni per-

mixtione malignitatis ambulaverunt, salvatos esse a Domino, cum descendisset ad inferos, & occurrisserent ei. Abel autem, Enoch, Noe, & reliquos justos, & eos qui sunt erga Abraham Patriarcham, cum omnibus Prophetis, & his qui placuerunt Deo, non participasse salutem.. Quoniam enim sciebant, inquit, Deum suum semper tentantem eos, & tunc tentare suspicati, non occurrerunt Jesu, nec crediderunt annunciationi ejus: propterea remansisse eorum animas apud inferos dicit. , , 150.)

Hos

150.) Marcionem Tertullianus Nauclerum Ponticum vocare solet: S. Epiphanius hær. 42. ex Heleno vel Helleponto, & Sinope oppido oriundum fuisse ait. Idemque pater Catholicæ communionis Episcopo natum tradit, at in Episcopatu genitum non indicat. Addit vero virginitatis & solitariæ vel Asceticæ vitæ studium præsetulisse initio, at postea virginem quandam constuprassæ, & idcirco a patre ipso ex Ecclesia ejectum esse. A quo cum nulla penitentiæ simulatione blandiri veniam posset, , , popularium inquit suorum probra, ac ludibria non sustinens clam ab oppido secessit, ac Romam post Hygini Papæ obitum sese contulit, non Ecclesiasticam solum communionem, sed & principem illuc locum sperare ausus: , , forte quod excellentem sapientiam creparet; quia Tertullianus l. de Præscript. num. 2. eum Stoica, Clemens Alexandr. l. 3. Strom. Platonica philosophia imbuitum fuisse innuunt. At spe utraque frustratus est, renuentibus

Roma-

Hos excipiunt Encratitæ , quorum dux Tatianus , & Anonymi quidam cap. 28. „ Ab his
ait,

Romanis Presbyteris eum patre invito in communionem recipere : quin ut Tertullianus l. nunc. cit. num. 11. ait „ cum ducentis festertiis (id est quinque millibus Coronatorum) quæ Ecclesiæ intulerat , in perpetuum discidium relegatus ab iis fuit . „ Cerdoni igitur se adjunxit , ejusque hæresim novis & gravissimis erroribus auxit. Ac Theodoreetus quidem l. 1. hær. fab. scribit quatuor ingenita principia illum admisisse. Deum videlicet bonum & incognitum , deum creatorem & justum , materiam æternam & malam , malumque aliud principium , cui materia subest. S. Epiphanius tres ab eo deos inventos ait : bonum scilicet Christi Patrem , alterum creatorem & judicem , tertium inter utrumque medium seu diabolum. Tertullianus denique , aliquie passim duos tantum deos docuisse censem , quorum unus bonus duntaxat ac placidus sit , alter creator , judex , ferus , & bellipotens. Docuit præterea Christum e cœlis descendisse , ut credentes in ipsum a Dei creatoris servitute , & durissimis ejus legibus liberaret ; non tamen veram , sed phantasticam solum carnem induisse , nec revera passum esse , licet visus sit crucifigi. Cum vero ad inferos descendisset , prædicato illic Evangelio Sodomitas , & sceleratissimos quosque conversos fecum cœlo intulisse , Abrahamum contra & omnes a justitia laudatos , ceu incredulos in inferno reliquisse. Resurrectionem solius animæ , non corporis admisit. Veteris Testamenti scripturas omnes ceu a creatore profectas repudiavit. Ex novo Testamento solum Lucæ Evangelium , & quasdam Pauli Epistolas ,

ait, qui prædicti sunt, multæ propagines hæresum factæ sunt, eo quod omnes velint doctores esse.. Exempli gratia a Saturnino & Marcione, qui vocantur Continentes, abstinentiam a nuptiis annunciarunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei, & oblique accusantes eum, qui & masculas, cu-

las, sed & hæc pro arbitrio truncata recepit. Matrimonium damnavit: ad Eucharistiæ mysterium aquam solam adhibebat: Baptismum ter repeti posse sanxit: ut scilicet se non solum post constupratam virginem, de qua supra, sed & post Philumenes virginis alterius, postea ut Tertullianus ait, immanis prostibuli contubernium, innocentiae primævæ per baptismum iteratum fuisse redditum suis persuaderet. Plura vide apud S. Epiphanius, Theodoretum, Tertullianum, Philastrium, S. Augustinum, & alios. Id mirum quod testatur S. Epiphanius, tam absurdam hæresim non modo Romæ & in Italia, sed & in Ægypto, Palæstina, Arabia, Syria, Cipro, Thebaide, Perside, aliisque regionibus diu graftatam esse. Neque minus mirandum, quod Tertullianus I. de Præscript. num. 11. ait in hæc verba: „Postmodum Marcion penitentiam confessus, cum conditioni datae sibi occurrit, ita pacem recepturus, si cæteros quoque, quos perditioni eruditus, Ecclesiæ restitueret, morte præventus est. „ Teste Irenæo I. 3. c. 3. cum Romæ S. Polycarpo occurseret hæresiarcha, & diccret: cognoscis nos? respondit sanctus vir: Cognosco primogenitum satanæ.. Juxta eundem Romæ, an in vivis permansit usque ad Anicetum, juxta Tertullianum vero usque ad Eleutherum Papam, adeoque circiter an. Chr. CLXX.

culum & feminam ad generationem hominum fecit. Eorum item , quæ dicuntur animalia , abstinentiam induxerunt , ingrati ei , qui omnia fecit Deo. Contradicunt quoque ejus saluti , qui primus plasmatus est. Et hoc nunc adinventum est , Tatiano primo hanc introducente blasphemiam. Qui cum esset Justini auditor . . nihil enarravit tale : post ejus vero martyrium absistens ab Ecclesia , & præsumptione magistri elatus , quasi præ cæteris esset , proprium characterem doctrinæ constituit : Æones quosdam invisibiles simili-
ter atque hi , qui a Valentino sunt , enarrans ; nuptias autem corruptelas , & fornicationes simili-
liter ut Marcion , & Saturninus dicens : Adæ autem saluti ex se contradictionem faciens. 151.)

Alii

151.) Tatianus natum se in Assyria scribit Orat. contra Græcos. Eruditissimum juxta ac eloquentissimum fuisse eadem Oratio docet. Romæ Justino Martyri operam dedit , erectamque ab illo scholam post ejus martyrium moderatus est. At magisterio inflatus a trita Veritatis semita defletere sensim ccepit , dum denique in Orientem digressus absurdâ Gnosticorum dogmata combiberet , novisqne de suo austariis cumularet , circa annum non Antonini Pii , ut S. E-
piphanius hær. 46. ait , sed Marci Aurelii XII. sectæ dux factus , quæ Tatianorum , Encratitarum , seu Continentium , & Hydroparastatarum seu Aquariorum dicta est. De ejus hæ-
refi

Alii rursus a Basilide & Carpocrate occasiones accipientes, indifferentes coitus, & multas nuptias induxerunt, & negligentiam eorum, quæ sunt idiothyta, ad manducandum; non valde hæc curare dicentes Deum. „ 152.)

Tri-

refi hæc Theodoretus l. 1. hær. fab. „ Tatianus.. emendicavit a Valentino Æonum productiones, a Saturnilo autem & Marcione abhorrente nuptias, & animantium & vini usum. Hunc habent ducem, qui dicuntur Hydroparastatæ, & Encratitæ. Nominantur autem Hydroparastatæ, quod aquam pro vino offerant; Encratitæ autem, quod neque vinum bibant, nec animatis vescantur. Ab his autem abstinent, ea tanquam rem malam abhorrentes, & cœlibatum persequuntur, matrimonium scortationem appellantes, & legitimam conjunctionem diabolicam nominantes. „ S. Epiphanius cum Irenæo illud etiam addit, quod Adamum negaverit esse salvum Tatianus.

152.) Hi forte Prodici fœtatores fuere, de quibus Clemens Alexandr. l. 3. Strom. „ Sunt inquit, qui etiam publicam venerem pronunciant mysticam communionem.. & eam existimant deducere ad regnum Dei. In fornices quidem & prostibula deducit hæc communio, & ejus participes fuerint fues & hirci... Talia autem statuunt Prodici affœclæ, qui seipso falso nomine vocant Gnosticos, se quidem dicentes natura filios Dei primi, nobilitate autem & libertate abutentes vivunt ut volunt. Vivunt autem libidinose, nulla re se tenari arbitrati, ut domini Sabbati, & qui sint quovis genere superiores filii regales., Et Theodoretus l. 1. hær. fab.

„ Pro-

Tribus reliquis hujus libri capitibus nonnullas Gnosticorum sectas describit S. Pater, & in primis Barbeliotas, seu Borborianos c. 29. „ Super hos inquit, multitudo Gnosticorum exurrexit, velut a terra fungi.. Quidam eorum Æonem nunquam senescentem in virginali spiritu subjiciunt, quem Barbelon nominant. Ubi esse Patrem quendam innominabilem dicunt; voluisse autem hunc manifestare se ipsi Barbeloni. Ennoeam autem progressam stetisse in conspectu ejus, & postulasse Prognosin. Cum prodiisset autem & Prognosis, his rursum potentibus prodiit Incorruptela; post deinde Vita æterna: in quibus gloriantem Barbelon.. & delectatam generasse simile ei lumen.. Patrem lumen hoc unxiisse sua benignitate, ut perfectum fieret. Hunc autem dicunt esse Christum &c. „ 153.)

Alii

„ Prodigus eorum, qui Adamitæ dicuntur, hæresim constituit. Is aperte & palam scortari adjecit decretis Carpocratii: mulieres enim esse communes constituit. Quamobrem non solum in conviviis publicis candela lumine paulo longius remoto, in quamcunque inciderat, cum ea unusquisque coibat, sed etiam mystica initia ejusmodi incontinentiam existimabant. Atque hujus quidem rei testem Stromateum Clemensem producam virum sanctum &c. „

153.) De Barbeliotis ita Theodoretus l. 1. hær. fab.
„ Ex Valentini feminibus Barbeliotarum, seu Borborianorum,

,, Alii rursus, pergit c. 30. portentosa loquuntur, esse quoddam primum lumen in virtute Bythi, beatum, incorruptibile, & interminatum: esse autem hoc Patrem omnium, & vocari primum hominem. Ennoeam autem ejus progredientem filium dicunt, & hunc esse filium hominis, ac secundum hominem. Sub his Spiritum sanctum esse, & sub spiritu segregata elementa, aquam, tenebras, abyssum, chaos: super quæ ferri spiritum dicunt, primam feminam eum vocantes. Postea dicunt exultante primo homine cum filio suo super formositatem spiritus, hoc est feminæ, &

illu-
rum, vel Naafinorum, vel Stratioticorum, vel Phibionitarum execranda sesta pullulavit. Ponebant enim Æonem quendam ab interitu alienum degere in Spiritu virginali, quem nominant Barbeloth. Barbeloth autem ab eo petiisse præscientiam. Cum ea autem processisset, deinde rursus peticisset, processit incorruptibilitas, deinde vita æterna. Lætatas autem Barbeloth concepisse, & lucem peperisse. Eam dicunt inunctam Spiritus perfectione, Christum fuisse nominatum. Hic rursus Christus mentem annunciat, & accepit, Pater autem adjecit etiam rationem.. Longa est fabula, & quæ præterquam quod est impia, nihil habet delectationis... Eorum autem mysteria quis vel lingua proferat? omnem enim execrandam cogitationem superant, quæ ab illis tanquam Divina peraguntur. &c. ,, Vide si placet Epiphanium hær. 26. qui tamen Barbeliotas Valentinianis priores existimare videtur cum S. Irenæo.

illuminante eam , generavit ex ea lumen incorruptibile , tertium masculum , quem Christum vocant , filium primi & secundi hominis , & Spiritus sancti primæ feminæ.. quam & matrem viventium dicunt.. & filium ejus Christum Dextrum . Virtutem autem quæ superebulliit ex feminâ.. Sinistram , Prunicum , Sophiam , & masculo feminam vocant. . Filium porro ejus dicunt habuisse aspirationem quandam incorruptelæ a matre relictam , per quam potens factus.. emisit & ipse sine matre filium.. hic secundum patris imitationem emisit tertium , tertius generavit quartum , de quarto generatus est quintus , de quinto sextus , & sextus generavit septimum. Sicque Hebdomas perfecta est apud eos , octavum matre habente locum.. Nomina mendacio suo talia posuerunt. Eum qui a matre primus fit , Jaldabaoth vocari dicunt , alterum Jao , tertium SabaOTH magnum , quartum Adoneum , quintum Eloem , sextum Horeum , septimum & novissimum omnium Astaphæum. Hos autem Cœlos , & Virtutes , & Angelos , & Condidores ajunt per ordinem sedere in cœlo secundum generationem ipsorum , regereque cœlestia & terrestria.... Prophetas sic distribuunt. Jaldabaoth dicunt fuisse Moysen , Jesum Nave , Amos & Abacuc ; Jao autem Sa-

muel , Nathan , Jonam , & Michæam ; Sabaoth
 Heliam , Joel , & Zachariam ; Adonei Esaiam ,
 Ezechiel , Jeremiam , & Daniel ; Eloei Tobiam ,
 & Aggæum ; Horei Abdiam , & Nahum ; Asta-
 phæi Hesdram , & Sophoniam Quidam etiam
 Sophiam serpentem factam dicunt : quapropter &
 contrarium extitisse factori Adæ , & agnitionem
 hominibus immisisse , & propter hoc dictum ser-
 pentem omnium sapientiorem &c . , , 154 .)

Deni-

154.) Hæreticos hos Sethianos , & Ophitas vocat Theodoreetus l. 1. hær. fab. eorumque hæresim consentanea prorsus Irenæo sic describit . „ Sethiani , quos Ophitas quidam nominant , hominem vocant omnium Deum , lucem ipsum rursum cognominantes , & beatum , & ab interitu alienum vocantes , & in profundo habitationem habere affirmantes ; ejus autem mentis complexionem filium hominis , & secundum hominem appellant . Post eum autem esse Spiritum sanctum . Infra eos autem esse quatuor elementa , aquam , tenebras , abyssum , chaos . Femininum autem spiritum vocant , & super elementa ferri dicunt . Amasse autem primum & secundum hominem formam spiritus , & progenuisse lucem , quam Christum vocant : cum vero non posset mulier ferre nimiam lucis magnitudinem , scaturisse , & Christum quidem una cum matre attractum esse in Aeonem ab interitu alienum , quam etiam veram Ecclesiam appellant : rorem autem , qui e luce scaturit , deorsum decidisse dicunt , & appellatum esse Sapientiam , & Prunicon , & masculofeminam . In aquis autem

tem

Denique cap. 31. „ Alii inquit , Cain a su-
periore principalitate dicunt , & Esau , Core , So-

M 2 do-

tem natantem corpus quidem ex ipsis accepisse , & ne sub-
mergeretur in periculum venisse , sed tamen emersisse , ex
corpo autem , quo contextus fuit , cœlum esse constitutum .
Deinde cum reliquum abjecisset , ad matrem evolasse . Illum
autem appellant filium Prunici , qui rursus alium filium pro-
duxit , & ita usque ad septenarium numerum processisse di-
cunt productiones ; ab unoquoque autem eorum unum cœlum
fuisse fabricatum , & unumquemque in proprio habitare . Im-
posuerunt vero illis nomina Hebraica , dicuntque alias cum
primo seditionem agitasse . eum autem animi anxium in ma-
teriæ fœcem cogitationem defixisse , & genuisse ex ipsa fili-
um ophiomorphum , seu serpentiformem . Deinde glorian-
tem dixisse : *Ego Deus & Pater , & nullus est me superior;*
Matrem autem ægre tulisse , & acclamasse : *Ne mentire ,
est enim te superior Pater omnium , primus homo & filius
hominis.* Hæc verba cum audisset Serpentis Pater , inquit :
Agite , faciamus hominem secundum imaginem nostram. His
multa alia adjiciunt , quæ impietate plena sunt , & nihil ha-
bent jucunditatis . Porro Ophimorphum illum vocant Mi-
chaelem , & Samana . Prophetas etiam dividunt , & septem
filii , ut volunt , attribuunt . Seth autem quandam potentiam
esse dicunt : quamobrem etiam Sethiani appellati sunt . Jesum
dicunt alium præter Christum , & eum quidem , qui Deus
est , ex Virgine esse natum , Christum autem e cœlis ad ipsum
descendisse . Dicunt etiam Apostolos errasse ratos Servato-
ris carnem surrexisse . Quidam autem ex ipsis dicunt Chri-
stum

domitas , & omnes tales cognatos suos confitentur ; & propter hoc a factore impugnatos , neminem

stum in serpentis speciem transmutatum , Virginis uterum subiisse . Alii dicunt ipsum serpentem cum sapientia consuetudinem habere , & tanquam cum Deo adversario , cum Creatore bellum gerentem , Adam decepisse , & cognitionem dedisse , & propterea dictum esse prudentissimum omnium serpentem : flexuosa quoque nostrorum intestinorum positionem corpus serpentis imitari . Et ea de causa serpentem adorant , & in tenebris nutriunt ; quem cum quibusdam carminibus demulserint , in execrandis suis mysteriis mensa offerunt . Cum autem ascenderit , panibus tanquam sanctificatis communicant . „ S. Epiphanius de Ophitis agit hær. 37 . „ Ophite inquit profitentur serpentem hominibus scientia omnis auctorem extitisse . Ab Aione summo propagatos Aeones existimant , e quibus infimus est Jaldabaoth . Hunc Judæorum Deum esse afferunt . „ Et infra . „ Verum serpentem in cista nutriunt , quem mysteriorum tempore stipatis ad ejus cavernam in mensa panibus invitant . Is aperto foramine e latebris erumpit , mensamque conscendens circum panes implicatur . Unde ut a quodam accepi , non modo panes istos , quibus circumvolutus est serpens , frangunt , ac distribuunt , sed etiam quilibet admoto ore serpentem exoscultatur : sive cantionibus quibusdam bestia molliatur , sive alio dæmonis artificio innocua reddatur . Hanc quidem adorant miseri , & Eucharistiam vocant , cum appositos panes tortuosis flexibus ambierit . „ De Sethianis vero idem S. Pater agit hær. 39 . & inter alia ita scribit . „ Sethiani a Setho

Ada-

nem tamen ex eis male acceptum , quia Sophia illud , quod proprium erat , arripiebat ex eis ad se-

M 3 met-

Adami filio genus se traxisse gloriantur. Quem quidem magnopere prædicant , eique quæ ad virtutem ac justitiam pertinent , omnia attribuunt. Eundem Christum etiam nominant , & ipsummet Jesum fuisse confirmant.. Ab Angelis autem , non a superiore vi producta esse dicunt omnia &c. , , Ab utrisque vero distinguit Archonticos , iisque nonnulla ab Irenæo commemorata tribuit hær. 40. ut exempli causa , , Cœlestes orbes inquit , octo vel septem esse definiunt , & in horum singulis residere Principes , ita ut per septenos orbes distributi sint , atque unus in quolibet Princeps existat.. Supra quos omnes in octavo cœlo lucidam Matrem constituant &c. , , Eadem hær. 40. nonnulla ex nominibus illis , quæ heretici septem Principibus tribuebant , ex Hebræo interpretatur. Jaldabaoth scilicet genitum a patribus , vel generantem patres significat ex יְלֹדֶת generare , parere , nasci , & אֱבֹרָה patres. Jao est ipsum nomen Dei tetragramaton יהוה Sabaoth a radice צָבָא in plurali femineo צָבָאות significat exercitus , conjungique solet cum nomine אֱלֹהִים vel אֱלֹהִים ut dominum exercituum significet. Adoneus est Hebrais אֱנוֹן vel אֱנוֹן Dominus. Eloeus est Hebraum אלֹהֵי vel אלה vel plurali numero אלֹהִים Deus. Horeus ex אור lumen vel lucere , significat lucidum. Astaphæus denique a voce שַׁעַר inundationem significat. De Prunico vero ita S. Epiphanius hær. 25. num. 4. , , Cum Prunicum nominant , nihil ea vox aliud , quam voluptatum excogitatas illecebras indicat. Nam quidquid περιπλευμένον dicitur , id venerem-

libi-

metipsam. Et hæc Judam proditorem.. præ cæteris cognoscentem , perfecisse proditionis mysterium : per quem & terrena & coelestia omnia disoluta sunt. Et confictionem afferunt hujusmodi **Judæ** Evangelium vocantes.. Hysteram autem fabricatorem coeli & terræ vocant , nec aliter salvari posse hominem ajunt , nisi per omnia eat , quemadmodum & Carpocrates dixit. Et in unoquoque peccatorum , & turpium operationum Angelum assistere , & operantem.. Angeli nomine dicere debere : *O Angele abutor opere tuo ; o tu illa Potestas perficio tuam operationem.* Et hoc esse scientiam perfectam , sine timore abire in tales operationes , quas ne nominare quidem fas est.

155.) A talibus matribus , patribus , & proavis

Va-

libidinis significationem , & tentatam ab aliquo corruptelam demonstrat. Ad eorum enim facinus , qui puellis stuprum offerunt , Græcorum usitata vox est ἐπεγνίευσε τάυτην , hoc est , stuprum huic obtulit. Unde etiam impostores illi , qui de rebus Græciæ scripserunt , cum de pulchritudine mentionem faciunt , κακος πρόσωπον appellant. ,,

155.) Caini , vel Cajani hi vocari solent , de quibus S. Epiphanius hær. 38. , , Cajani a potentiori quadam virtute ac coelesti auctoritate derivatum esse Cainum prædicant ; nec non & Esau , & Core cum suis , itemque Sodomitas : Abellem vero ab imbecilliori virtute prodiisse. Quamobrem il-

los

Valentiniani sunt... Quapropter conati sumus
universum male compositæ hujus vulpeculæ cor-

M 4 pus

los omnes laudandos , ac secum necessitudine conjunctos as-
serunt , deque ejusmodi cognatione gloriantur , ac perfectæ
sublimiorique scientiæ illos adscribunt. Ideo mundi hujus o-
pificem , cum ad eos funditus profligandos incumberet , no-
cere nihil potuisse putant.. nam illos ad se utpote necessa-
rios sapientia admisit. Judam , quem affinem suum jactant ,
hæc omnia accurate perspecta habuisse memorant , eique ex-
cellentein quandam vim cognitionis attribuunt , & ejus no-
mine inscriptum opusculum circumferunt , quod Judæ evan-
gelium appellant. Cui similia alia volumina confinxerunt ad-
versus Hysteram , hoc est uterum ; quo nomine cœli ter-
ræque fabricatorem vocant. Negant porro liberari ullos
posse , nisi per omnia transierint.. Hinc quilibet illorum
nefaria perpetrans , seque in execrandis libidinibus voluntans ,
Angelorum nomina tam verorum , quam confictorum invo-
cat , & unicuique detestandum aliquod facinus velut præci-
puum attribuit. Cum enim ejusmodi aliquid committunt ,
hunc in modum præfari solent : *O Angele N. tuum opus*
exerceo , O Potestas N. actione tua fungor. Atque istud i-
psum est , quod ab illis absoluta cognitio dicitur .. Perve-
nit ad nos certus eorum liber , in quo sceleratissima , qua
commenti sunt , vocabula continentur. Hic est inquit An-
gelus , a quo Moyses excœcatus est ; ii Angeli sunt , a qui-
bus Core , Dathan , & Abiron , eorumque factatores occul-
tati , subtractique sunt. Alium insuper Pauli Apostoli nomi-
ne libellum excogitarunt , præpostera libidine refertum ,

pus in medium producere , & per te facere manifestum. Jam enim non multis opus erit ad evertendam doctrinam eorum , manifestam omnibus factam... Cum igitur hæc sic se habeant, secundum nostram virtutem contradicentes eis in sequenti libro , viatica dabimus ad eversionem ipsorum.. ut simus non solum ostendentes , sed & vulnerantes undique bestiam. , , CAPUT quem Gnosti quoque adhibere solent , & Pauli Anabatium vocant. Cujus supposititii operis ansam ex eo ceperunt, quod Apostolus testetur (2. Corinth. 12. v. 4.) se in tertium usque cœlum condescisse , & arcana ibidem audisse verba, quæ non licet homini loqui. Hæc autem inquiunt , arcana illa verba sunt Admonent præterea debere quemlibet fortiorum sibi adoptare virtutem , atque ab inferiori & imbecilliori fecerni , ea videlicet , quæ cœlum , carnem, mundum fabricaverit; sive ad superiora per Christi evolare supplicium. Hanc enim fuisse causam , cur e cœlo delapsus sit , nimirum ut fortis in ipso solidiorque virtus perficeretur , ac de infirmiore triumphum referret. Hæc non nulli.. Alii autem Christum , quod malus esset , ac legis instituta violare auderet , a Juda proditum existimant : alii sentiunt , quod tametsi bonus esset , ex cœlesti quadam cognitione sit proditus. Norant enim , ajunt , Principes , si Christus in crucem tolleretur , ipsorum exhaustumiri potentiam omnem ; quod cum Judas non ignoraret , omnem lapidem movit , ut eum Judæis traderet : qua in re egregie saluti nostræ consuluit. Ac propterea laudibus eum nos remunerari oportere , cuius opera nobis salus est comparata , & cœlestium communicata cognitio &c. , ,

C A P U T IV.

Summarium Libri II. adversus hæreses.

Exposita haec tenus Valentinianorum , & anteriorum iis hæreticorum commenta , libro secundo evertit Irenæus , argumentis potissimum a ratione petitis , ut Præfatio ejus docet . „ In primo libro inquit , arguentes falsi nominis agnationem , ostendimus tibi dilectissime , omne ab his , qui sunt a Valentino , per multos & contrarios modos adinventum falsiloquium ; etiam sententias exposuimus eorum , qui priores extiterunt , discrepantes eos sibi metiis ostendentes , multo autem magis ipsi veritati ... In hoc libro instruemus , quæ nobis apta sunt .. & evertamus omnem ipsorum regulam &c. „

Hæc præfatus , DEUM unum esse , nec supra aut infra eum alium DEUM vel Principium , vel Pleroma , aut potestatem esse posse ita probat cap. I. „ Bene igitur habet a primo & maximo capitulo inchoare nos , a Demiurgo Deo , qui fecit cœlum & terram , & omnia , quæ in eis sunt , quem ii blasphemantes extremitatis fructum dicunt : & ostendere , quoniam neque super eum , neque post eum est aliiquid : neque ab aliquo motus , sed sua sententia

& libere fecit omnia, cum sit solus Deus, solus Dominus, solus conditor & Pater, solus continens omnia, & omnibus ut sint, ipse præstans. Quemadmodum enim potest super hunc alia Plenitudo, aut initium, aut Potestas, aut aliis Deus esse, cum oporteat Deum horum omnium Pleroma, omnia continere, & contineri a nemine? Nam si extra illum est aliquid, jam non omnium est Pleroma, neque continet omnia. Deerit enim Pleromati, aut ei qui sit super omnia Deo, hoc quod extra eum esse dicunt. Quod autem deest, & delibatum est ab aliquo, hoc non est omnium Pleroma: sed terminum, medietatem, & finem habebit... 156.) Similiter hæc & adversus eos,

qui

156.) Unicum necessario Deum esse, ex ipsa naturæ Divinæ idea legitime deducit S. Pater. Cum enim Dei nomine mortales omnes id intelligant, quod omnium præstantissimum & excellentissimum est, necesse prorsus est, ut Deus sibi suo, id est potestate, dominio, providentia, & immensitate sua cætera omnia contineat. Si autem deos plures quis cogitet, eoipso jam nullum eorum excellentissimum esse, neque sibi suo continere omnia fateri debet: quisquis igitur quid' Deus sit, intelligit, unicum fateatur oportet. Præclare Tertullianus l. 1. contra Marcion. num. 7., Habet Deus testimonia totum hoc quod sumus, & in quo sumus. Sic probatur & Deus, & unus.. Quale est enim,

qui sunt a Marcione , apta sunt. Continebuntur enim , & circumfinentur duo Dei ejus ab immenso intervallo , quod separat eos ab invicem. Sic autem excogitare necesse erit secundum omnem partem multos Deos , immensa separatione distantes , ab invicem inchoantes , & ad invicem finientes. Eadem ratione , qua nituntur docere super fabricatorem coeli & terræ esse aliquod Pleroma , aut Deum , alias adstruat super Pleroma aliud Pleroma , & super illud rursus aliud , & super Bythum aliud pelagus Dei , & sic in immensum... Oportet ergo aut unum esse , qui omnia continet , & in suis fecit unumquodque eorum , quæ facta sunt , quemadmodum ipse voluit: aut multos & indeterminatos factores & Deos , ad invicem incipientes , & ad invicem desinentes per omnem partem: sed alios omnes ab altero quodam majore contineri , velut inclusos & manentes in suis : & idcirco confiteri necesse erit ne-
mi-

wim , ut aliquid extraneum Deo sit?.. quia Dei hoc est , omnia illius esse , & omnia ad illum pertinere Sicut igitur Creator ex hoc & Deus , & indubitatus Deus , quia omnia ipsius , & nihil extraneum illi: ita & alias idcirco non Deus , quia omnia non ejus , ideoque & extranea. Denique si universitas Creatoris est , jam nec locum video Dei alterius. Plena & occupata sunt omnia suo auctore &c. ,,

minem horum omnium esse Deum. Deerit enim unicuique eorum partem minutissimam habenti, ad comparationem omnium reliquorum; sique solvetur omnipotentis appellatio, & necessitas erit in impietatem cadere talem sensum. , , 157.)

Capite 2. mundum hunc nec ab Angelis, nec ab alio quopiam, sed a Deo Patre omnium per Verbum conditum esse docet. , , Qui inquit, ab Angelis mundum dicunt fabricatum, vel ab alio quodam fabricatore, præter sententiam ejus, qui super omnia Pater est, primo quidem in hoc ipso peccant, quod præter voluntatem primi Dei tales & tantam conditionem Angelos fecisse dicant: quasi efficaciores sint Angeli, quam Deus, aut quasi negligens ille sit, nullamque curam habeat eorum, quæ in propriis ipsius fiunt, utrum bene,

an

157.) In eundem sensum Tertullianus l. nunc cit. num. 4. , , Ineluctabilis iste complexus in hoc sententiam constringit, aut negandum Deum esse summum magnum, quod nemus patietur sapiens, aut nulli alii communicandum.. Quæcunque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadem nec duo.. Quæ potuit duo admittere, eadem potuit & plura post duo. Duo enim multitudo, unione jam excussa. Denique apud nos vis rationis istius ipso termino plures deos credi non finit: quia Deum id esse oportet, cui nihil adæquatur ut summo magno: unicum autem sit, cui nihil adæquetur. , ,

an male fiant .. hoc enim ne homini quidem solerti applicet quis , quanto minus Deo ? .. Si autem non præter voluntatem ejus , sed volente ac sciente , quemadmodum quidam opinantur ; jam non Angeli , vel mundi fabricator , causæ erunt fabricationis istius , sed voluntas Dei. Si enim Angelos ipse fecit , aut causa creationis eorum fuit , & mundum ipse videbitur fecisse , qui causas fabricationis ejus præparavit. Quemadmodum in Regem correctio (seu successus) belli refertur , quia præparavit ea , quæ sunt causa victoriæ. 158.) Sed proprium hoc Dei supereminentiæ est , non indigere ullis organis ad conditionem , sufficiens enim ad formationem omnium est proprium ejus Verbum , quemadmodum Johannes Domini discipulus ait de eo : *Omnia per ipsum facta sunt , & sine ipso factum est nihil.* (Jo- an. i. v. 3.) In omnibus autem est & hic mun-

dus,

158.) Summa argumenti hujus est : Vel mundum a Demiурgo , aliisve Angelis invito & inscio summo Deo esse conditum dicitis , vel eo consciente & volente ? primum a ratione abhorret , ut Deus summus ignarus adeo , vel incensus cogitetur ; alterum autem qui dixerit , eo ipso jam Deum summum , principem causam mundi hujus esse fatetur , ut qui & Demiurgum Angelosque alios crearit , & per eos mundum condi voluerit : sana igitur ratione negari nequit mundum hunc a Deo summo conditum esse.

dus , & hic ergo a Verbo ejus factus est. Sicut & Scriptura Geneseos dicit , omnia quæ sunt secundum nos , fecisse Deum per Verbum suum: similiter & David : *Quoniam ipse dixit , & facta sunt , ipse mandavit , & creata sunt.* (Ps. 32. & 148.) Cui igitur magis credemus de mundi fabricatione, hisne hæreticis fatua & inconstantia garrientibus, an discipulis Domini , & fideli famulo Moysi , & Prophetæ ? qui & primo mundi genesis enarravit dicens : *In principio Deus fecit cælum & terram.* (Gen. 1.) non alii , neque Angeli. Quoniam autem hic Deus est Pater Domini nostri Jesu Christi , Paulus Apostolus dicit : *Unus Deus Pater , qui est super omnes , & per omnia , & in omnibus nobis.* (Ephes. 1. v. 6.)

Capite 6. Deum summum nec ab Angelis , nec a Demiurgo ignorari potuisse sic demonstrat. Quomodo ignorabant Angeli , aut mundi fabricator primum Deum , quando in ejus propriis erant , & creaturæ ejus existebant , & continebantur ab ipso ? Invisibilis quidem poterat eis esse propter eminentiam ; ignotus autem nequaquam propter providentiam. Etenim licet valde multum separati essent ab eo per descensionem , ut dicunt ; dominio tamen in omnes extenso oportuit cognoscere dominantem ipsorum , & scire , quoniam qui

qui creavit eos , est Dominus omnium. Invisibile enim ejus , cum sit potens , magnam mentis intuitionem , & sensibilitatem omnibus præstat omnipotentis eminentiæ. Unde etiam si nemo cognoscit Patrem , nisi Filius , neque Filium , nisi Pater , & quibus Filius revelaverit ; (Luc. 10. & Matth. 11.) tamen hoc ipsum omnia cognoscunt , quando ratio mentibus insita movet eos & revelat , quoniam unus est Deus omnium Dominus. Et propter hoc Altissimi & Omnipotentis appellationi omnia subjecta sunt , & hujus invocatione etiam ante adventum Domini nostri salvabantur homines , & a spiritibus nequissimis , & ab apostasia universa : non quasi vidissent eum terreni spiritus , aut dæmones , sed cum scirent , quoniam est super omnia Deus , ejus invocationem tremebant , & tremit universa creatura , & Principatus , & Potentia , & Virtus. Numquid hi , qui sub Romaniorum imperio sunt , quamvis nunquam viderint Imperatorem , sed valde & per terram , & per mare separati sint ab eo , propter dominium tamen cognoscunt eum , qui maximam potestatem habet principatus ? qui autem super nos sunt Angeli , vel ille , quem mundi fabricatorem dicunt , non cognoscent Omnipotentem , quando & muta anima-

lia

lia tremunt , & cedunt ejus invocationi ? &c . „
159.)

Capite 10. Deum non ex Achamoth passio-
nibus , sed ex nihilo creasse omnia docet . „ Quod
dicunt , inquit , ex lachrymis Achamoth humidam
prodidisse substantiam , a risu autem lucidam , a tri-
stitia solidam , & a timore mobilem .. quomodo
non digna irrigione , & vere ridicula blaterant ,
qui non credunt , quoniam ipsam materiam , cum
sit potens , & dives in omnibus Deus , creavit,
nescientes quantum potest spiritalis & Divina sub-
stantia ? .. Attribuere enim substantiam eorum ,
quaꝝ facta sunt , virtuti & voluntati ejus , qui est
omnium Deus , & credibile , & acceptabile est , &
de hoc bene dicitur quoniam *quæ impossibilia sunt
apud homines , possibilia sunt apud Deum* ; (Luc. 18.
v. 27.)

159.) Eleganter S. Augustinus 1. 9. Confess. c. 10.
„ Interrogavi terram , & quæcunque in ea sunt ; interrogavi
mare , abyssos , & reptilia , & responderunt : Non sumus De-
us tuus , quære super nos .. Interrogavi cœlum , solem , lu-
nam , & stellas .. & clamaverunt voce grandi : Non sumus
Deus tuus , sed quæ fecit Deus tuus. Interrogavi mundi
molem : Dic mihi , si tu es Deus meus , an non ? Non sum
inquit , ego , sed per ipsum sum ego. Supra me quære e-
um , qui fecit & regit me. Interrogatio creaturarum , est
profunda consideratio ipsarum , quoniam omnia clamant ,
Deus nos fecit &c . „

v. 27.) quoniam homines quidem de nihilo non possunt aliquid facere , sed de materia subjacente: at Deus in hoc melior est quam homines, quod materiam fabricationis suæ ipse adinvenit. 160.) Dicere autem de Enthymesi Æonis errantis prolatam esse materiam , aut ab Enthymesi separatam passionem esse materiam , incredibile , & fatuum, & impossibile est. ,,

Capite 14. Valentiniū , aliosque hæreticos præcipua doctrinæ suæ capita a gentilibus mutuatos esse , nec aliud fere quam nomina alia eorum figmentis adjecisse erudite ostendit. „ Multo verosimilius de univerſorum genesi dixit unus de veteribus, Comicus Antiphanes 161.) in Theogonia.

S. Irenæi Episc. & Mart.

N

Ille

160.) „ Homo facit ex eo , quod est , ait Laſtantius I.
2. Divin. Instit. c. 8. quia per mortalitatem imbecillis est , per imbecillitatem definitæ ac modicæ potestatis. Deus autem fecit ex eo , quod non est , quia per æternitatem fortis est , per fortitudinem potestatis immensæ , quæ fine ac modo caret , sicut vita factoris. Quid ergo mirum , si facturus mundum Deus prius materiam , de qua faceret , præparavit , & præparavit ex eo , quod non erat ? quia nefas esset Deum aliunde aliquid mutuari , cum in ipso , vel ex ipso sint omnia. ,,

161.) Antiphanem hunc Doctis. Grabius existimat esse Poetam illum , cuius Αφροδίτης γόναι laudantur non semel

ab

Ille enim de Nocte & Silentio Chaos emissum dicit, de Chao & Nocte Cupidinem, ex hoc Lumen, & deinceps reliquam secundum eum primam deorum genesis. Post quos rufus secundam deorum generationem inducit, & mundi fabricationem, & de secundis diis narrat hominum plasmationem. Unde ipsi assummentes sibi fabulam, & solummodo demutantes nomina, pro Nocte & Silentio Bythum & Sigen nominant, pro Chao Nun, pro Cupidine (*per quem ait Comicus, reliqua omnia disposita*) hi Verbum dicunt, pro primis ac maximis diis Æonas formaverunt, & pro secundis diis, eam, quæ est extra Pleroma, Matris ipsorum enarrant dispositionem, secundam Ogdoadem vocantes eam, ex eaque mundi fabricationem, & plasmationem hominum similiter atque ille annunciant, inenarrabilia mysteria solos se dicentes scire, quæ ubique in theatris ab hypo-

ab Athenæo. Sed nemo veterum seu hunc, seu alium Antiphanem Theogoniam edidisse testatur; nisi fors laudatus ab Athenæo dnm profapiam Veneris describit, aliorum quoque deorum genealogiam immiscuerit. Ea quam mox subiungit Irenæus, ad Hesiodi Theogoniam accedere plurimum videtur. Unde fors Antiphonis loco Hesiodus istius legendus esset: a quo Æones suos Valentinum esse mutuatum scribit S. Epiphanius hær. 31. ut superius jam notavi.

pocritis, splendidissimis vocibus comoedifantur.. Nec solum quæ apud Comicos posita sunt, quasi propria proferentes, sed etiam quæ apud omnes Deum ignorantes Philosophos sunt dicta, congregantes, & quasi centonem ex multis & pessimis panniculis consarcientes, fictum superficium sibi ipsis præparaverunt.. Thales 162.) quidem Milesius univerorum initium aquam dixit esse. Idem autem est dicere aquam & Bythum. Homerus 163.) Pocta Oceanum deorum genesim, & matrem Thetyn dogmatizavit: quæ hi in Bythum, & Sigen transtulerunt. Anaximander 164.) hoc quod im-

N 2 men-

162.) „Ex primis septem, qui cognominati sunt sapientes, ait Clemens Alexandr. l. i. Strom. quatuor fuerunt ex Asia: Thales Milesius, Bias Prieneus, Pittacus Mityleneus, & Cleobulus Lindius; duo ex Europa: Solon Atheniensis, & Chilo Lacedæmonius; septimum autem alii dicunt esse Periandrum Corinthium, alii Anacharsim Scytham, alii Epimenidem Cretensem.. alii Pherecydem Syrum. Plato autem pro Periandro.. ponit Mysonem Cæneum., Quod vero Thales rerum omnium principium aquam esse dixerit, convenient omnes.

163.) De Homero vide dicta ad librum 2. S. Theophili Antiocheni.

164.) S. Augustinus l. s. de civ. Dei, c. s. hæc de Thalete, Anaximandro, & Anaxagora., Thales Milesius unus illorum septem, qui appellati sunt sapientes. Sed illi ex vi-

tae

mensum est, omnium initium subjicit, seminaliter habens in seipso omnium genesim, ex quo immensos mundos constare ait: & hoc isti in Bythum & in Æonas suos transfiguraverunt. Anaxagoras, qui & atheus 165.) cognominatus est, dogma-

tae genere distinguebantur, & quibusdam præceptis ad bene vivendum accommodatis; iste autem Thales ut successores etiam propagaret, rerum naturam scrutatus, suasque disputationes literis mandans eminuit, maximeque admirabilis extitit, quod Astrologiae numeris comprehensis, defectus solis & lunæ prædicere etiam potuit. Aquam tamen putavit esse rerum principium, & hinc omnia elementa mundi, ipsumque mundum, & quæ in eo gignuntur, existere.. Huic successit Anaximander ejus auditor, mutavitque de rerum natura opinionem. Non enim ex una re, sicut Thales ex humore, sed ex suis propriis principiis quasque res nasci putavit. Quæ rerum principia singularum esse credidit infinita, & innumerabiles mundos gignere, eosque mundos modo dissolvi, modo iterum gigni existimavit.. Iste Anaximenem discipulum & successorem reliquit, qui omnes rerum causas infinito aeri dedit, nec deos (ut priores) negavit, aut tacuit; non tamen ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit. Anaxagoras vero ejus auditor, rerum omnium, quas videmus, effectorem Divinum & nimum sensit, & dixit ex infinita materia, quæ constaret dissimilibus inter se particulis, rerum omnium genera, promodulis & speciebus propriis singula fieri, sed animo faciente Divino.,,

165.) Atheus cognominatus est Anaxagoras, non quod Deum

dogmatizavit facta animalia decidentibus e cœlo
in terram feminibus: quod hi in Matris suæ trans-
tulerunt semina.. Umbram & vacuum a Demo-
crito, 166.) & Epicuro summentes sibi aptaverunt;
cum illi primum sermonem ficerint de vacuo &
atomis: quorum alterum quid esse vocaverunt,

N 3 alte-

Deum existere negaverit, sed quod non esse deos suaserit
illis, qui ab Atheniensibus colebantur. Quanquam & de
eo, quem admittebat, mentemque vocabat, Deo indigne sen-
serit, quia inertiam illi appingebat, teste Clemente Alexandr.
l. 2. Strom. ubi ait: „ Primus Anaxagoras mentem rebus
adhibuit; sed nec ille dignitatem servavit effectricem, ne-
scio quas amentes describens revolutiones, cum Mentis ab
agendo cessatione & amentia. „

166.) Democritus juxta Eusebium sub ea tempora flo-
runt, quibus reges Roma pulsi sunt. Teste Tertulliano in
Apolog. versus fin. oculos sibi eruit, quod mulieres aspice-
re citra concupiscentiam non posset. Rerum principia esse
dicebat atomos & inane, seu vacuum, atomosque numero in-
finitas in toto ferri ac rotari, atque ita concretiones omnes
gignere: ut Diogenes Laertius in ejus vita ait. Epicu-
rus vero Atheniensis, filius Neoclis, rerum principia esse
statuit corpora vacui expertia & ingenita, quæ nec cor-
rumpi, nec frangi possunt, nec ex partibus conformari,
aut immutari, ac propterea ratione tantum percipiuntur.
ita S. Justinus Cohortat. ad Græcos. Teste Laertio animum
ad philosophiam adjecit, lectis Democriti libris, & infi-
nitæ volumina scripsit, inter quæ optima de Atomis &
Vacuo.

alterum quod non est appellaverunt: quemadmodum & hi esse quidem illa, quæ sunt intra Pleroma dicunt, ut illi atomos, non esse autem hæc quæ sunt extra Pleroma, ut illi vacuum.. Quod autem dicunt imagines hæc esse eorum, quæ sunt, rursus manifestissime Democriti & Platonis sententiam edifferunt. Democritus enim primus ajebat, multas & varias ab universitate figuræ expressas descendisse in hunc mundum. Plato vero principia rerum dicit materiam, & exemplar, & Deum: quos isti sequentes, figuræ illius, & exemplar hujus, imagines eorum, quæ sunt sursum vocaverunt, per mutationem nominis se velut inventores, & factores hujusmodi imaginariæ fictionis gloriantes. 167.) Hoc quoque, quod ex subiecta

167.) In eundem sensum Tertullianus I. de Anima c.
16. „ Vult inquit Plato esse quasdam substantias invisibiles, incorporales, supermundiales, divinas & æternas; quas appellat ideas, id est formas exemplares, & causas naturalium istorum manifestorum, & subjacentium corporalibus sensibus: & illas quidem esse veritates, hæc imagines illorum. Reluentne jam hæretica semina Gnosticorum, & Valentianorum? Hinc enim arripiunt differentiam corporalium sensuum, & intellectualium virium, quam etiam parabolæ decem virginum attemperant: ut quinque stultæ sensus corporales figuraverint, stultos videlicet, quia deceptui faci-

cta materia dicunt fabricatorem fecisse mundum,
 Anaxagoras, Empedocles, 168.) & Plato prius di-
 xerunt.. Quod autem ex necessitate unumquod-
 que in illa secedere dicunt, ex quibus factum est,
 & hujus necessitatis servum esse Deum , ita ut
 non possit mortali immortalitatem addere , vel
 corruptibili incorruptelam ; hi qui ex porticu
 Stoici 169.) appellantur , & universi quotquot
 Deum ignorant Poetæ , & conscriptores affirmant.
 Quod Salvatorem ex omnibus factum esse Æoni-
 bus dicant , omnibus in eum deponentibus velut

N 4

flo-

faciles ; sapientes autem intellectualium virium notam ex-
 presserint , sapientium scilicet , quia contingentium verita-
 tem illam arcanam , ~~ut~~ supernam , & apud Pleroma consti-
 tutam : hæreticarum idearum sacramenta : hoc enim sunt &
 Æones , & genealogiae illorum &c. , ,

168.) Juxta S. Justinum Cohort. ad Græc. , , Empe-
 docles Agrigentinus , Metonis filius , quatuor elementa ,
 ignem , aerem , aquam , terram , vimque duplēm imperan-
 tem , amicitiam & discordiam , quarum altera copulandi ,
 altera separandi facultate prædita sit , , rerum principia esse
 ḥebat.

169.) Stoicorum sectæ princeps Zeno Cytieus erat ,
 & Laertio teste Deum quidem unum esse docuit , sed eum
 non solum mentem , verum etiam Jovem , Junonem , Vulca-
 num , Neptunum , aliisque nominibus appellabat , fatalique
 cūdam necessitati subjectum volebat.

florem suum, non extra Hesiodi 170.) Pandoram novum aliquid afferunt.. Ipsam autem eduliorum, & reliquarum operationum indifferentem sententiam , & quod putent se a nulla re posse coinqinari propter generositatem , licet quicunque operentur , vel manducent , a Cynicis 171.) posfederunt.. Et multiloquium , & subtilitatem circa quæstiones , cum sit Aristotelicum , 172.) inferre fidei conantur. Denique quod velint in numeros transferre universum hoc , a Pythagoricis 173.) acceperunt. Primi enim hi initium omni-
um

170.) Fabulatis est inter alia Hesiodus , mulierem primam Jovis iussu a ~~Vulcano~~ fabricatam , & a Pallade sapientia , a Venere forma , ab Apolline Musica , a Mercurio eloquentia , atque ita a diis cæteris , dotibus unicuique propriis ornatam , & idcirco Pandoram dictam esse.

171.) Antisthenes sectatores Cynici appellati sunt , sive a Cynosarge gymnasio , sive a canina mordacitate , sive quod canum instar in propatulo coirent. De Diogene certe inter eos facile principe scribit Laertius , illum & libidinem promiscuam , & humanarum carnium esum probasse.

172.) Aristoteles cum Platonem annis viginti audisset , ex Academia in Lyceum transiit , sectamque Peripateticorum instituit , præcipua magistri dogmata subtili disputacione evertere conatus. Obiit Olympiade CXIV. eodem anno , quo Demosthenes.

173.) De Pythagora ita Plutarchus l. 1. de Placitis Philos.

um numeros constituerunt , & initium ipsorum parem & imparem , ex quibus & ea quæ sensibilia , & quæ insensata sunt, perfecta dicunt.. Et esse omnium initium & substantiam universæ generationis Hen, id est unum; ex hoc autem dyadem , tetradem , pentadem , & reliquorum multifariam generationem. Hæc hi ad verbum de Plenitudine sua & Bytho dicunt , indeque & eas , quæ sunt de uno conjugationes adnituntur introducere : quæ Marcus velut sua jactans, Pythagoræ 174.) quaternationem , ceu genesim & matrem omnium enarrat. , ,

N 5

Per

Philos. c. 3. , , Pythagoras Mnesarchi filius , Samius , qui primus Philosophi nomen usurpavit , rerum principia censuit esse numeros , eorumque inter se proportiones , quas & harmonias vocat , & ex utrisque composita elementa , quæ Geometrica dicuntur. Rursus unitatem , & indefinitum binarium in principiis ponit. Tendunt autem principia ejus , alterum ad causam effectricem & formalem , quæ mens est , & Deus ; alterum ad patibilem & materialem , quæ est mundus hic aspectabilis. , , Simplicius autem ad 1. i. Physic. notat , Pythagoræos „ unum quidem formam dixisse , ut quæ finiat ac terminet , quod comprehendit ; duo autem materialia , ut indefinitam , & quæ tumoris causa sit , ac divisio-

nis. „ 174.) Juxta Pythagoram sacer & perfectissimus numerus est quaternitas , quod alios omnes in se complectatur quadamtenus , ut jam supra ad libri 1. c. 1. notavi.

Per ordinem dein Valentiniani Pleromatis figura-
menta , & insulas eorum probationes refellens ,
inter alia petitam a numero Apostolorum , & an-
norum vitæ Christi ita jugulat c. 21. & 22. „ Si
duodecim Apostolos dicunt typum illius duode-
cim Æonum prolationis , quam Homo cum Ec-
clesia protulit ; & reliquorum decem Æonum ,
qui , ut dicunt , a Verbo & Vita prolati sunt ,
dent typum alios decem Apostolos . Irrationa-
bile est enim juniores Æonas ostendi a Salvato-
re per electionem Apostolorum , seniores autem non
ostendi : cum possit Salvator & alios decem Apo-
stolos eligere , & ante hos quoque alios octo , ut
illam principalem & primam ostendat ogdoadem ..
Sed post XIII. Apostolos , LXX. alios Dominus
noster ante se misisse invenitur ; LXX. autem nec
octonario numero , nec denario , nec tricenario
typus esse possunt .. Si ergo duodecim Apostoli
propter hæc electi sunt , ut per eos numerus XII.
Æonum significetur , & LXX. in typum Æonum
LXX. electi esse debuerunt : sicque non jam XXX.
numero Æonas , sed octoginta & duos factos di-
cant.... Non ergo triginta Æones sunt , nec ob
hoc Salvator triginta annorum existens venit ad
Baptismum , ut ostenderet tacitos 175.) Æones
eo-

175.) Juxta Valentinianos ex Σιγη̄ seu silentio pro-
die-

eorum triginta.. Duodecimo autem mense dicunt eum passum, ut sit anno uno post Baptismum prædicans, & ex Prophetā tentant hæc confirmare vocante annum **Domini acceptum**, **3^o diem retributionis** (Isai. 61. v. 2.) vere cœcūtientes, qui profunda Bythi adinvenisse se dicant, & non intelligentes dictum ab Esaia annum Domini acceptabili, nec diem retributionis. Neque enim de die, quæ XII. horarum habet spacium, dictum est a Prophetā, nec de anno XII. mensium habente mensuram: quia Prophetas in parabolis & allegoriis, & non secundum sonum ipsarum dictiōnum plurima dixisse, & ipsi confitentur. Dies ergo retributionis dictus est, in quo retribuet Dominus unicuique secundum opera sua, hoc est iudicium; annus autem **Domini acceptabilis**, tempus hoc, in quo vocantur ab eo hi, qui credunt ei, & acceptabiles fiunt Deo, hoc est omne ab adventu ejus tempus usque ad consummationem, in quo ut fructus, eos qui salvantur, acquirit. Sequitur enim secundum dictionem Prophetæ, annum dies retributionis; & erit mentitus Prophetā, si anno tantummodo Dominus prædicavit, & de eo dixit.. Transivit enim annus, & nondum dies

dierunt **Æones**, ut vidimus: unde recte illos *tacitos* vocat Irenæus.

dies retributionis est, sed adhuc *solem suum oriri*
facit super bonos & malos, & pluit super iustos &
injustos. (Math. 5. v. 45.) Et persecutionem qui-
dem patiuntur justi, affliguntur, occiduntur; in
abundantia autem sunt peccatores, *cum cythara &*
psalterio bibunt, 176.) & opera Domini non inten-
dunt. (Isai. 5. v. 12.) Debet autem secundum
dictionem copulari, & sequens esse anno dies re-
tributionis: quia dictum est vocare annum Domini
acceptum, & diem retributionis. Bene itaque intel-
ligitur tempus hoc, in quo vocantur & salvantur
a Domino, annus Domini acceptus: quem sub-
sequitur dies retributionis, id est judicium...
Est autem valde mirandum, quonam modo pro-
funda Dei invenisse se dicentes, scrutati non sunt
in Evangelio, quoties secundum tempus Paschæ
Dominus post Baptisma ascenderit in Hierusalem..
Primum quidem ut fecit vinum ex aqua in Cana
Gali-

176.) In Vulgata nostra paulo aliter hic textus legi-
tur, nempe: *Cythara & lyra, & tympanum, & tibia,*
& vinum in conviviis vestris, & opus Domini non respicitis,
nec opera manuum ejus consideratis. Isai. 5. v. 12. Græcus
tamen satis concordat cum Irenæo. Ita enim habet: Με-
τὰς γαρ πιθάρας, καὶ Ψαλτηρίς, καὶ τυμπάνων, καὶ
σαυλῶν τὸν ὄνον πίνεσσι, τὰ δὲ ἔργα κυρίες ὑπὲκβλέ-
πεσσι.

Galilææ , ascendit in diem festum Paschæ ; quando & scriptum est , quia *multi crediderunt in eum*, *videntes signa* , *quæ faciebat.* (Joan. 2. v. 23.) Deinde subtrahens se invenitur in Samaria, quando & cum Samaritana disputabat , & filium centurionis absens verbo curavit, dicens : *Vade , filius tuus vivit.* (Joan. 4. v. 50.) Et post hæc secunda vice ascendit in diem festum 177.) Paschæ in Jerusalem , quando paralyticum , qui juxta natatoriam jacebat XXXVIII. annos , curavit , iubens eum surgere, & auferre grabatum suum. (Joan. 5. v. 1. & seq.) Iterum inde descendens trans mare Tyberiadis , cum multa turba eum fuisset secuta , de quinque panibus satiavit omnem illam multitudinem , & superaverunt duodecim cophini fragmentorum. Deinde cum Lazarum suscitasset ex mortuis , & insidiæ fierent a Phariseis , secedit in civitatem Ephrem , & inde *ante sex dies Paschæ veniens in Bethaniam scribitur* , & de Bethania ascendens in Hierusalem , & manducans

Pascha

177.) Diem festum hunc Joannes quidem diserte Pascha non vocat, plerique tamen cum Irenæo Pascha fuisse censem , & Joannes ipse c. 6. exerte meminit Paschatis , antequam miraculum de quinque panibus enarret. Unde tria minimum Paschata post Baptisma Dominum celebrasse certum est.

Pascha & sequenti die passus. (Joan. 21. v. 2. & seq.) Quoniam autem tria hæc Paschæ tempora non sunt unus annus , omnis quilibet confitebitur. Et ipsum autem mensem , in quo Pascha celebratur , & in quo passus est Dominus , non duodecimum , sed primum esse , qui omnia se scire jactant , si nesciunt , a Moyse possunt discere. 178.) Falsa ergo ostensa est & anni & duodecimi mensis absolutionis (id est explicatio) eorum , & debent aut absolutionem suam , aut Evangelium repudiare. , ,

Hactenus recte : at quæ eodem c. 12. subjicit S. Pater , a communi Patrum aliorum mente aliena sunt. Nititur enim probare Dominum non ante , quam circa quinquagesimum vitæ annum passum esse. , , Triginta inquit , annorum existens , cum veniret ad Baptismum , deinde Magistri ætatem perfectam habens , venit Hierusalem , ita ut ab omnibus iuste audiret Magister : non enim aliud videbatur , & aliud erat , sicut inquiunt , qui putativum introducunt , sed quod erat , hoc & videbatur. Magister ergo existens , magistri quoque habebat ætatem , 179.) non reprobans , nec su-

per-

178.) *Mense primo , quartadecima die mensis ad vesperam Phæse (seu Pascha) Domini est , ait Moyses Lev. 23. v. 5. Numer. 28. v. 16. & Exodi 12. v. 18.*

179.) *Triginta annorum ætatem magisterio sufficien- tem*

pergrediens hominem , neque solvens legem in se
humani generis , sed omnem ætatem sanctificans
per illam , quæ ad ipsum erat similitudinem. 180.)
Omnes enim venit per femetipsum salvare: omnes
inquam , qui per eum renascuntur in Deum , infan-
tes , & parvulos , & juvenes , & seniores. 181.)
Ideo per omnem venit ætatem , & infantibus in-
fans factus , sanctificans infantes : in parvulis par-
vulus , sanctificans hanc ipsam habentes ætatem , si-
mul

tem esse manifestum fit exemplo Joannis & Pauli Aposto-
lorum , qui seniores certe non fuerunt , cum docere co-
operunt. At Irenaeus a quadragesimo anno inchoare illam
videtur , & idcirco existimare , quod Jesus prædicare an-
te non cooperit. Tricesimo tamen anno baptizatum dicit:
quid igitur ab hoc ad quadragesimum egit ?

180.) Si argumentum hoc probaret quidpiam , seque-
retur Dominum non solum quinquagesimum , sed etiam o-
ctogesimum ætatis annum attigisse: cum ad salvandos etiam
senes decrepitos venerit.

181.) Paulo aliter ætates hominis Philo ex Hypo-
crate distinguit 1. de mundi opific. „ In hominis natura in-
quit , septem sunt tempora , quas ætates vocant : infans ,
puer , adolescens , & reliquæ. Infans est , donec intra se-
ptennium dentes emittat : puer usque ad genituræ excretio-
nem , ad geminatum septenarium : adolescens usque ad bar-
bae hirsutiem , ad annum terseptimum : vir usque ad unde-
quinquagesimum , ad septies septimum. Quidquid vero de-
inceps sequitur , ad senium pertinet. „

mul & exemplum illis pietatis effectus , & justitiae , & subjectionis : in juvenibus juvenis , exemplum juvenibus fiens , & sanctificans Domino. Sic & senior senioribus , ut sit perfectus magister in omnibus , non solum secundum expositionem veritatis , sed & secundum ætatem , sanctificans simul & seniores , exemplumque ipsis fiens : deinde & usque ad mortem pervenit , ut sit primogenitus ex mortuis , ipse primatum tenens in omnibus , (Coloss. i. v. 18.) princeps vitæ , prior omnium , & præcedens omnes. Illi autem ut figmentum suum affirment , dicunt uno anno eum prædicasse , & duodecimo mense passum , solventes ejus omne negocium , & magis honorabilem ejus ætatem auferentes , illam inquam proiectiorem , in qua docens prærerat universis. Quomodo enim habuit discipulos , si non docebat ? quomodo autem docebat magistri ætatem non habens ? Ad baptismum quippe venit , nondum qui XXX. annos compleverat , sed qui inciperet esse tanquam XXX. annorum : ita enim qui ejus annos significavit Lucas posuit : *Iesus autem erat quasi incipiens triginta annorum* , (Luc. 3. v. 23.) cum veniret ad baptismum .) Quod si a Baptismate uno tantum anno prædicavit , complens trigesimum annum passus est , adhuc juvenis existens , & qui necdum pro-

vectiorem haberet ætatem. Quia autem XXX. annorum ætas primæ indolis est juvenis, & extenditur usque ad quadragesimum annum, quilibet confitebitur: a quadragesimo autem & quinquagesimo anno declinat jam in ætatem seniorem, quam habens Dominus noster docebat, sicut Evangelium & omnes seniores testantur, 182.) qui in Asia apud Joannem discipulum Domini convererunt, id ipsum tradidisse eis Joannem. Permanerit enim cum eis usque ad Trajani tempora. Quidam autem eorum non solum Joannem, sed & alios Apostolos viderunt, & hæc eadem ab ipsis audierunt, & testantur de hujusmodi relatione. Sed & ipsi, qui tunc disputabant cum Domino Jesu Christo Judæi, apertissime hoc ipsum significaverunt. Quando enim eis dixit Dominus: *Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum,*

S. Irenæi Episc. & Mart.

O

vi-

182.) Quinam hi seniores fuerint, cum eorum neminem de nomine laudet Irenæus, incertum: at si illi a Joanne aliisque Apostolis didicissent, provectæ adeo ætatis Dominum fuisse, traditionis hujus testimonium apud plures Veteres haud dubie extaret. Patres autem pene omnes ab Irenæo dissentient: qui igitur ita se ab Apostolis accepisse Irenæo referebant, vel Apostolorum mentem affecuti non fuerant, vel eorum dicta non sat probe memoria retinebant.

vidit, & gavisus est; (Joan. 8. v. 56.) respon-
dent ei: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abra-
ham vidisti?* (Ibid. v. 57.) Hoc autem consequen-
ter dicitur ei, qui jam XL. annos excescit, &
quinquagesimum nondum attigit, non tamen mul-
tum a quinquagesimo anno absistit. Ei autem,
qui sit XXX. annorum diceretur utique: *Quadra-
ginta annorum nondum es.* Qui enim volebant
eum mendacem ostendere, non utique in multum
extenderunt annos ultra ætatem, quam eum ha-
bere conspiciebant.. sive vere scientes ex conscrip-
tione census, sive conjicientes.. Irrationabile
est enim viginti annos mentiri eos, volentes eum
juniorem ostendere temporibus Abraham. Non
ergo multum aberat a quinquaginta annis, & ideo
dicebant ei: *Quinquaginta annos nondum habes, &
Abraham vidisti?* 183.) Non ergo uno anno præ-
dica-

183.) S. Chrysostomus homil. 54. in c. 9. Joan. ex
iisdem verbis arguit Christum prope quadragenarium fuisse:
at neutrum certe sequitur, sed id duntaxat, quod Judæi il-
li ex aspectu corporis Dominum quadraginta aliquot anno-
rum esse existimaverint, quod existimare etiam de tricen-
rio poterant: cum hodieque in multis a tricesimo ad quin-
quagesimum annum non magnam fieri mutationem videamus;
quin nonnulli tricesimo ætatis anno magis senilem vultum
preferant, quam alli quinquagesimo.

dicavit, nec duodecimo mense anni passus est. 184.) Tempus enim a trigesimo anno usque ad quinquagesimum nonnquam erit unus annus; nisi si apud Eones eorum tam magni anni sunt deputati his, qui apud Bythum in Pleromate resident, de quibus & Homerus dixit: Dii apud Jovem considerantes tractabant in aureo loco.,,

Capite 24. vana & insulsa esse argumenta, quæ ex numeris, syllabis, & literis ducebant haeretici, ostendit in hæc verba.,, Falsum demonstrat commentum eorum etiam hoc ipsum, quod aliquando per syllabas nominum, aliquando per syllabarum literas, aliquando vero & per numeros, qui secundum Græcos in literis continentur, tentant inferre probationes.. Jesus enim nomen alterius linguae ad Græcorum numerum transfrentes, aliquando quidem episemon 185.) esse di-

O 2

cunt

184.) Assertionem hanc Valentianorum evertendi aestus nimius induxit videtur Irenæum, ad ætatem justo maiorem Domino tribuendam.

185.) Ἐπίσημον Latine insigne, vel peculiiliter notandum significat. Græci vero ἐπίσημα vocant tres peculiares numerorum notas: quarum prima dicitur βαῖ, scribitur ۵, & significat VI. altera vocatur Κόππα scribitur ፭ & significat XC. tertia appellatur Σαρπὶ scribitur ፯ & si-

gnis.

cunt sex habens literas , aliquando autem plenitudinem ogdoadum DCCCLXXXVIII. numerum habens. 186.) Græcum autem nomen ejus , quod est Σωτὴρ id est Salvator , quia non convenit figuramento eorum , nec secundum numerum , nec secundum literas , tacuerunt . Evidet si ex providentia Patris Dominica nomina accepissent significare numerum in Pleromate , Soter nomen Græcum existens , secundum Græcitatem & per literas , & per numeros Pleromatis debuit ostendere mysterium . Sed non ita habet , quia quinque est literarum , & numerus MCCCCVIII. 187.) Hæc autem in nullo communicant Pleromati eorum . Jesus nomen secundum propriam Hebræorum linguam ,

gnificat CM. Atque hinc Marcosii nomina sex constantia literis , ut Ιησοῦς , episema seu insignia vocabant , & mysticum quid habere contendebant , quod ἐπίσημον βαν , notam senarii numeri , cui plurimum tribuebant , in se continerent .

186.) Si nominis Ιησοῦς literæ pro notis arithmeticis accipientur , DCCCLXXXVIII. faciunt : ut jam supra ad c. 14. libri 1. notavi .

187.) Vociς Σωτὴρ literæ pro notis arithmeticis more Græcorum sumptæ dant numerum MCCCCVIII. quia litera Σ seu σ denotat CC. ω DCCC. τ CCC. η VIII. & ε C. qui simul collecti faciunt MCDVIII.

quam , literarum est duarum & dimidiæ, 188.) sicut periti eorum dicunt , significans Dominum eum , qui continet cœlum & terram : quia Jesus secundum antiquam Hebraeorum linguam cœlum est , terra autem *sura user* dicitur . Verbum ergo quod cœlum & terra habet , ipse est Jesus. 189.) Falsa est ergo & episemi eorum red-

. O 3 ditio,

188.) Jesus Hebraice scribitur יְשָׁעִי vel ישׁי ubi cum litera י vix ad medium aliarum attingat , ab Irenæo dimidia vocatur , ut observat Massuetus.

189.) Loca admodum obscura , quæ tamen sat verosimiliter Drusius , Fevardentius , & Massuetus explicant hunc in modum . *Notaricon* ab Hebrais dicitur , cum ex vocis cuiuspiam literis consonantibus dictiones integræ colliguntur , exempli causa ex אָדָם Adam , מַר amarus , דָּם sanguis , & כֶּרֶם pulvis : ut idcirco Adam significet amarum sanguinem , & pulverem . Quemadmodum Græci etiam per eandem vocem ΑΔΑΜ quatuor partes orbis significari adjungit , per Α scilicet primum Ανατολὴν , seu Orientem , per Δ Δυσὶν , seu Occidentem , per Α secundum Αρκτὸν , seu Septentrionem , & per Μ Μεσημβρίαν , seu Meridem . Igitur si nomen Jesus scribatur Hebraice יְשָׁעִי vel יְשָׁעֵי (ad utrumque enim scribendi modum attendere videatur Irenæus) & secundum *Notaricon* singulæ ejus literæ dictiones singulas significant , litera י Jod , quia prima est ῥαι τεργαγαμμάτις יהוָה Iehovah quod LXX κύριος seu

ditio , & numerus eorum eversus est manifeste. Secundum enim propriam eorum linguam quinque

seu Dominum reddere solent , significare potest Iehovah seu **Dominum**. Litera **וּ** quia prima est vocis **בָּשָׁרְיָה** seu **Cælum**, significare hoc ipsum potest. Litera denique initium est vocis **רָאשָׁת** **E** terra , vel si Jesus scribatur **יְהֹוָה** litera **י** prima est vocis **עַפְرָה** pulvis , quæ transferri potest etiam ad significandam **terram**. Unde jam patet , quo pacto **Iesus** secundum vim vocis Hebraicæ **Dominum Cæli** **E** terræ significet , quatenus scilicet tria hæc : **Dominus** , **Cælum** , **E** terra , in virtute ejus vocis continentur. Eodem spectat , quod subjungit Irenæus : *quia Iesus secundum antiquam Hebraeorum linguam Cælum est.* Jesus scilicet secundum **Notaricon** vocem **בָּשָׁרְיָה** Schamaim seu Cælum in se complectitur. Illud autem quod addit : *terra autem sura ufer dicitur* , corruptum videtur , per imperitiam sermonis Hebraici , deformatis misere vocibus **אֶרֶץ** Aretz & **עַפְרָה** Aphar , vel **וְעַפְרָה** Vapher. Ex voce nempe **אֶרֶץ** inverso ordine , id est a læva ad dextram , more nostro lecta , seu Irenæus ipse , seu Interpres Latinus , aut scribarum quispiam fecit *Sura* ; & pro apher vel vapher Latinus interpres primum scriperit ufer , substituendo f loco ph , scribe autem f commutaverint in s , atque ita prodiit *ufer*. Porro quid Hebraicæ hæc voces affinitatis cum nomine Jesu habeant , ex dictis liquet. Si enim utrique præfigas & ultimam nominis **יְהֹוָה** literam exhibebit. Si demas , y litera prima vocis **עַפְרָה** postremam dabit nominis **יְהֹוָה** , uti &

pri-

que literarum est Græco vocabulo Soter, & Jesus secundum Hebraicam linguam duas & dimidiā habet literas. Corruit ergo numerus calculi, qui est DCCCLXXXVIII. Sed & per omnia Hebræorum literæ non convenient numero Græcorum, quæ maxime deberent ceu antiquiores & firmiores salvare supputationem nominum. Ipsæ enim antiquæ & primæ Hebræorum literæ, sacerdotales nuncupatæ, 190.) decem quidem sunt numero, scribuntur autem per decem & quinque,

O 4

no-

prima litera vocis יְהוָה, si Jesu nomen scribatur יְהוָה ut forte Irenæus Hebræ ignarus scribi illud existimavit. Atque hinc planum sit quod sequitur: *Verbum ergo, quod Cælum & terra habet, ipse est Jesus.* Jesus nempe vox est virtute sua complectens eas, quæ apud Hebræos Cælum & terram significant.

190.) Veteres & primas Hebræorum literas, sacerdotales ab Irenæo dici censet Eruditissimus Massuetus, quod cum illis postea substitutæ fuissent literæ Chaldaicæ, nihilominus sacrum Dei nomen יְהוָה characteribus priscis descriptum in lamina aurea fronti appensa gestare soleret summus Sacerdos. Ego vero puto non idcirco solum sacerdotales dici characteres illos, sed præcipue quia post adoptatas a Judæis in captivitate Babylonica linguam & literas Chaldaicas, veteres Hebræorum literæ in foliis Bibliis apud Esdram, & alios quosdam Sacerdotes superstites fuerint, hique soli earum notitiam conservarint, ut ex 1. 2. Esdræ c. 8. colligitur.

novissima litera copulata primæ. 191.) Et ideo
quæ-

191.) Enigmata rursus, quæ tamen cum laudato Mas-
sueto expediri sic possunt. Probare vult Irenæus , quod
paulo ante ajebat, *Hebræorum literas non convenire per o-
mnia numero Græcorum.* Utque id conficiat , Græcas &
Hebraicas literas , non ut elementa vocum , sed ut arithmeticæ
notæ sunt , inter se confert. Porro literæ Græcæ arithmeticæ
spectatæ in tres nonarios , seu columnas , ex novem
literis secundum Alphabeti seriem dispositis constantes ,
distribuuntur ita , ut primus nonarius det unitates , secundus
denarios , tertius centenarios. Hebræi quoque eodem ordine
& serie distribuunt literas suas. Id tamen inter Græcos
ac Hebræos discriminis est , quod illi nullam literam in
Alphabete arithmeticæ repetant , sed ad 24. literas suas tri-
bus episemis additis , in prima scilicet columnæ **εαυ** , in secunda **κόππα** , in tertia **σανπι** inserto , numerum 27. compleant.
At Hebræi cum 22. literas tantum habeant , careantque episemis , tres nonarios seu numerum 27. complere non possunt ,
nisi repetitis post **ת** quinque literis , quas finales vocant , &
sunt **ל כ ז ג צ** ut in adjectis schematibus videre licet.

א 1.	י 10.	ק 100.	א 1000.
ב 2.	כ 20.	ל 200.	ב 2000.
ג 3.	ל 30.	ש 300.	ג 3000.
ד 4.	ט 40.	נ 400.	ד &c.
ה 5.	נ 50.	ל 500.	
ו 6.	ס 60.	כ 600.	
ז 7.	ע 70.	ל 700.	
ח 8.	ב 80.	ל 800.	
ט 9.	צ 90.	ל 900.	

quædam quidem secundum subsequentiam scribunt,
sicut & nos ; quædam autem retrorsum a dextra
parte in sinistram retorquentes literas. 192.) Præ-

M 5

terea

A 1.	I 10.	P 100.	A 1000.
B 2.	K 20.	S 200.	B 2000.
G 3.	A 30.	T 300.	G 3000.
D 4.	M 40.	R 400.	&c.
E 5.	N 50.	Φ 500.	
S 6.	Ξ 60.	X 600.	
Z 7.	O 70.	Ψ 700.	
H 8.	Π 80.	Ω 800.	
Θ 9.	Ϛ 90.	Ϟ 900.	

Juxta Irenæum igitur *Hebræorum literæ decem quidem sunt numero, novissima primæ copulata*, id est in eo convenienter cum Græcis, quod & ipsæ cum in quavis columnæ novem sint, desinat semper in denarium, si novissima litera prioris columnæ copuletur cum prima sequentis, vg. ϕ cum ρ. At in eo disconveniunt, quod Hebraicæ scribantur per decem & quinque, id est ut dicto modo columna tertia in denarium desinat, præter ordinarias literas scribi in ea debent finales quinque. Ex quo etiam alterum discrimen sequitur, quod scilicet numerus per Hebræorum literas expressus, correspondere non possit numero per literas Græcas illis æquivalentes significato : cum juxta Hebræos eadem litera v.g. Mem si ordinaria sit 40. si finalis 600. designet, quod apud Græcos non usuvenit.

192.) Per literas a dextra in sinistram retortas intelligere videtur S. Pater dictas quinque finales, que cum pre-

ter

terea & Christus supputationem nominis convenientem Æoni Pleromatis eorum habere debuit, quia ad stabilitatem & correctionem Pleromatis prolatus est, ut dicunt. Et Pater similiter per literas & numeros, continere debuit numerum eorum, qui ab eo prolati sunt, Æonum, sed & Bythus similiter, & Unigenitus, & maxime super omnia nomen Deus, quod Hebraice Baruch 103.) dicitur, & duas ac dimidiam habet literas. Ex hoc ergo quod firmiora nomina secundum Hebraicam & Græcam linguam, nec secundum numerum literarum, nec secundum supputationem convenienti figmento eorum, manifesta est de reliquis impudenter extorta supputatio &c.,,

Capite 27. ex parabolis perperam duci argumenta, præsertim adversus ea, quæ in Scriptura clare expressa sunt, easque potius conformiter ad hæc explicandas esse docet. „ Sensus sanus inquit, & religiosus, & amans verum, quæ qui-

ter morem prolongentur, quodammodo retorquentur. Alter tamen opinatur Massuetus: quem vide si placet Annot. in hunc locum.

193.) בְּרַךְ Baruch Latine benedictum significat, quod Dei cognomen esse nemo nescit. Ait autem Irenæus illud per duas & dimidiam literas scribi quia ק Kaph finale quasi dimidium tantum ק Kaph ordinarii esse videtur.

quidem Deus subdidit nostræ scientiæ , hæc prompte meditabitur , & in ipsis proficiet , diuturno studio facilem eorum scientiam efficiens. Sunt autem hæc , quæ ante oculos nostros occurrunt , & quæcunque aperte & sine ambiguo posita sunt , in Scripturis.... Cum igitur universæ Scripturæ , & Prophetæ , & Evangelia , sine ambiguitate... unum & solum Deum , ad excludendos alios , prædicent omnia fecisse per Verbum suum , sive visibilia , sive invisibilia , sive cœlestia , sive terrena , sive aquatilia , sive subterranea... & ipsa creatura in qua sumus , per ea quæ in aspectum veniunt , hoc ipsum testante , unum esse qui eam fecerit & regat : valde hebetes apparent , qui ad tam lucidam adapertionem cœcutiunt , & nolunt videre lucem prædicationis , sed constringunt semetipos , & per tenebrosas parabolarum absoluttones unusquisque proprium putat invenisse Deum. Quod enim de excogitato ipsorum Patre nihil aperite in ulla omnino dictum sit Scriptura , & ipsi testantur , dicentes in absenso hæc Salvatorem docuisse non omnes , sed aliquos discipulorum , qui possent capere ænigmata & parabolas.. Quia autem parabolæ possunt multas recipere absoluttones (seu explicationes) ex ipsis de inquisitione Dei affirmare , relinquentes quod certum , & indu-

dubitatum & verum est , valde præcipitantium se in periculum , & irrationabilium esse , quis non amantium veritatem confitebitur ? Et numquid hoc est non in petra firma & valida ædificare suam domum , sed in incertum effusa arena ? unde & facilis est eversio hujusmodi ædificationis . , ,
194.)

Idipsum confirmat capite sequenti , addens non esse curiose investiganda Dei mysteria , sed adhærendum regulæ veritatis , & fidei , & quæ capere non possumus , Deo committenda. , , Habantes itaque regulam veritatis , in aperto positum de Deo testimonium , non debemus declinantes in alias atque alias absolutiones , ejicere firmam & veram de Deo scientiam .. magis autem augeri in charitate ejus , qui tanta propter nos fecit & facit ... Si autem omnium , quæ in Scripturis requiruntur , absolutiones non possumus invenire ..
195.) cedere hæc talia debemus Deo , qui nos fe-

194.) Idem docet S. Hieronymus in c. 13. Matth. ubi ait : „ Nunquam parabolæ , & dubia ænigmatum intelligentia potest ad auctoritatem dogmatum proficere. , ,

195.) Quamvis Scriptura sacra unum esse Deum rerum omnium creatorem , & alia quædam , clare adeo & sine ambiguitate prædicet , ut intelligi a quovis possit , quemadmodum supra Irenæus ajebat , in multis tamen obscuram ad-

fecit , rectissime scientes , quia Scripturæ quidem perfectæ sunt , quippe a Verbo Dei & Spiritu 196) ejus dictæ ; nos autem secundum quod minores sumus , & novissimi a Verbo Dei & Spiritu ejus , secundum hoc & scientia mysteriorum ejus indigemus . Et non est mirum si in spiritualibus & cœlestibus , & in his , quæ habent revelari , hoc patimur , quando etiam eorum , quæ ante pedes sunt .. multa fugerunt nostram scientiam .. Quid enim si tentemus exponere causam ascensus Nili ? .. multa quidem dicimus , sed verum & certum adjacet Deo .. Quid etiam possumus exponere de Oceani accessu & recessu ? vel quid dicere possimus , quomodo pluviae , coruscationes , tonitrua , nebulæ , & similia efficiantur ? .. In his omnibus nos quidem loquaces erimus , requirentes causas eorum , qui autem ea facit solus Deus veridicus est . Si ergo & in rebus creaturæ quædam quidem adjacent Deo , quædam autem & in nostram

ve-

modum , nec cuivis perviam scripturam esse haud dubie censuit , qui ad ejus intelligentiam revelationem non raro requiri , & citra hanc difficultatum solutionem Deo soli remittendam esse ait .

196.) Si Scripturæ a Verbo Dei & Spiritu ejus dictæ sunt , quidni & Verbum & Spiritus sanctus ex mente Irenæi omniscius verusque Deus est ?

venerunt scientiam ; quid mali est , si & eorum , quæ in Scripturis requiruntur . . quædam quidem absolvimus secundum gratiam Dei , quædam autem commendamus Deo , non solum in hoc seculo , sed & in futuro : ut semper Deus doceat , & homo discat a Deo ? sicut & Apostolus dicit (I. Corinth. 13. v. 13.) reliquis destructis , hæc perseverare , quæ sunt fides 197.) spes , & charitas . Semper enim fides , quæ est ad Magistrum nostrum , permanet firma , asseverans nobis quoniam solus vere Deus ; & ut diligamus eum , quoniam ipse solus Pater , & speremus subinde plus aliquid accipere , & discere a Deo , quia bonus est , & dignitas habet indeterminabiles , & regnum sine fine , & disciplinam immensam . Si secundum hunc modum quædam Deo commendemus , & fidem nostram servabimus , & omnis Scriptura a Deo nobis data consonans invenietur , & parabolæ his , quæ manifeste dicta sunt , consonabunt , & manifesta dicta absolvant parabolas . , ,

Mox

197.) Fidem manere in futuro seculo ait Irenæus , non secundum quod obscura , sed secundum quod firma & certa cognitio est , ut ex consequentibus patet : spem autem , quatenus beati quoque a Deo , cuius visione fruuntur , plura discere sperant : quia iis quoque nonnulla ad beatitudinem accidentalem pertinentia successive , manifestari verissimile est .

Mox redarguit hæreticos , quod neglectis his absurdâ quæque de Deo blaterent , & Divina mysteria conformiter ad humanas res interpretari audieant : urgetque exemplo Christi notitiam diei ultimi ad Patrem referentis , multa a nobis curiose investigari non debere , sed committenda Deo esse. „ Cogitate , pergit cod. c. 28. omnes , qui talia adinvenitis.. & considerate magnitudinem blasphemiarum in eum , qui vere est Deus. Graviter quidem & honeste videmini dicere , vos in Deum credere , dehinc autem alterum Deum cum minime possitis ostendere , hunc ipsum , in quem credere vos dicitis , labis fructum , 198.) & ignorantiarum prolationem pronunciatis. Sed & ipsius Dei , & Ennoeæ ejus , & Verbi , & Vitæ , & Christi nativitates & prolationes annunciare vultis , has non aliunde accipientes , quam ex affectione hominum : & non intelligitis , quia in homine quidem , qui est compositum animal , capit hujusmodi dici.. quia ex sensu ennoea, de ennoea enthymesis, de en-

198.) Græce juxta Billium legebatur : ὑστερηματος παρεπονητος , ναι 'αγνοιας προσολην 'αποφανεοδε , id est extremitatis fructum , & ignorantiarum fructum pronunciatis. Valentiniiani enim Creatorem Deum ex Sophiæ seu Achamoth rationum extremi ignorantia , & perturbationibus inde securis ortum fuisse blaterabant , ut ex superius dictis liquet.

enthymesi autem logos.. & aliquando quidem qui-
escere & tacere hominem , aliquando autem loqui
& operari : Deus autem cum sit totus mens , to-
tus ratio , totus spiritus operans , & totus hic ,
& semper idem & similiter existens , sicut utile
est nobis sapere de Deo , & sicut ex Scripturis
discimus ; non jam hujusmodi affectus & divisiones
decenter erga eum subsequentur . Velocitati enim
sensus hominum propter spiritale ejus non sufficit
lingua deservire , quippe carnis existens : unde
& intus suffocatur verbum nostrum , & profer-
tur non ad semel , sicut conceptum est a sensu ,
sed per partes , secundum quod lingua submini-
strare valet . Deus autem totus existens mens , &
totus Logos , quod cogitat , hoc & loquitur , &
quod loquitur , hoc & cogitat . Cogitatio enim
ejus Logos , & Logos mens , & omnia concludens
ipse est Pater . 199.) Qui ergo dicit mentem Dei ,
&

199.) Id hic dicere vult S. Pater , quod humana im-
mensum a Divinis differant : quia in nobis ob naturae creatae
imbecillitatem datur successio actuum priorum & posterio-
rum , ita ut in mente nostra primum oriatur cogitatio , hanc
sequatur desiderium manifestandi cogitata , & post plures
idgenus actus formemus sensim verba externa , quibus men-
tis conceptus aliis successive manifestamus . At in Deo ,
quia simplicissimus ac perfectissimus est spiritus , successio

ejus-

& prolationem propriam menti donat, compositum eum pronunciat, tanquam aliud quiddam sit Deus, & aliud principalis mens. Similiter & de Logo tertiam prolationem ei a Patre donans.. longe Logon a Deo separavit. 200.) Et

S. Irenæi Episc. & Mart.

P Pro-

eiusmodi locum non habet, sed sicut ex æterno omnia cognoscit, ita ex æterno gignit æquale sibi Verbum, eique gignendo omnia manifestat, & illud non secus ac mentem ipsam & cogitationem suam, per identitatem essentialē in se continet Deus Pater. Atque hinc infert absurdissime agere Valentinianos, dum in Pleromate suo perinde ac in humanis, successivas Æonum probolas seu productiones singunt. „ In eo enim, ajebat supra c. 13. Irenæus, qui est super omnes Deus, cum simplex & non compositus, & totus ipse sibi similis & æqualis sit, totus Nus, & totus Logos, totus ratio, & nec aliud antiquius, aliud posteriorus habeat in se, jam non talis hujus ordinationis sequetur emissio. „

200.) Ajebant Valentiniani ex Bytho & Sige primum ortum esse Nun & Alethian, seu Mentem & Veritatem, deinde ex Nu & Alethia Logon & Zoen, seu Verbum & Vitam. Istud igitur ab iis nimis quam absurde fingi hic arguit S.Pater; tum quod mentem a Deo distinguendo eum vel amentem, vel compositum faciant, tum quod Verbum non ex Bytho, sed ex Nu enitti fingendo id a Deo nimirum elongent, ut scilicet nepotem ab avo: quin magis etiam, quia hæretici illi Logo ignotum esse Patrem omnium seu Bythum blaterabant, atque ita ipsum diversæ prorsus,

Ion-

Propheta quidem ait de eo : *Generationem ejus quis enarrabit?* (Isai. 53. v. 8.) Vos autem generationem ejus ex Patre divinantes , & verbi hominum per linguam factam prolationem transferentes in Verbum Dei , juste detegimini a vobis ipsis , quod neque humana , neque Divina noveritis . Irrationaliter autem inflati inenarrabilia Dei mysteria scire vos dicitis : quandoquidem & Dominus ipse Filius Dei judicii diem & horam concessit scire solum Patrem , manifeste dicens : *De die autem illo & hora nemo scit , neque Filius , nisi Pater solus.* (Marc. 13. v. 32.) Si igitur scientiam diei illius Filius non erubuit referre ad Patrem , sed dixit quod verum est , neque nos erubescamus , quæ sunt in questionibus majora secundum nos , reservare Deo . Nemo enim super Magistrum est . Si quis itaque nobis dixerit : Quomodo Filius prolatus a Patre est ? dicimus ei , quia prolationem istam

longeque a Divina distantis essentiæ esse blasphemabant . Quod refellens Irenæus libri hujus c. 17. Verbi & Spiritus S. consubstantialitatem cum Patre ita prædicat . „ Non ut compositum quiddam est omnium Pater .. sed Nus Pater , & Pater Nus . Necesse est itaque & eum , qui est ex eo Logos , perfectum & impassibilem esse , & eas quæ ex eo sunt emissiones , ejusdem substantiæ cum sint , cuius & ipse , perfectas , & impassibiles , & semper similes cum eo perseverare ; qui eas emisit . „

istam , five generationem , five nuncupationem , aut quolibet quis nomine vocaverit .. nemo novit ; non Valentinus , non Marcion , neque Saturinus , neque Basiliades , neque Angeli , neque Archangeli , neque Principes , neque Potestates , nisi solus qui generavit Pater , & qui natus est Filius . Inenarrabilis itaque generatio ejus cum sit , quicunque nituntur generationes & prolationes enarrare , non sunt compotes sui , ea quæ inenarrabilia sunt , enarrare promittentes . Quoniam enim ex cogitatione & sensu verbum emititur , hoc omnes sciunt homines . Non ergo magnum quid invenerunt , qui emissiones excogitaverunt .. si id quod ab omnibus intelligitur , transtulerunt in unigenitum Dei Verbum : & quem inenarrabilem , & in-nominabilem vocant , hunc quasi ipsi obfetricaverint , primæ generationis ejus prolationem enunciant , assimilantes eum hominum verbo ... Similiter autem & causam , propter quam , cum omnia a Deo facta sint , quædam quidem transgressa sunt , & abscesserunt a Dei subjectione , quædam autem , imo plurima perseveraverunt , & perseverant in subjectione ejus , qui fecit , .. cedere oportet Deo , & Verbo ejus , cui & soli dixit : *Sede a dextris meis , quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum.* (Ps. 109. v. 2.) Nos au-

tem in terra adhuc conversantes , & nondum afflidentes throno ejus. Etsi enim *Spiritus Salvatoris, qui in eo est, scrutetur omnia, & altitudines Dei;* (1. Corinth. 11. v. 10.) sed quantum ad nos, *divisiones gratiarum sunt, & divisiones ministeriorum, & divisiones operationum;* (1. Corinth. 12. v. 4. & seq.) & nos super terram , quemadmodum Paulus ait , *ex parte quidem cognoscimus, & ex parte prophetamus.* (1. Corinth. 13. v. 9.) Sicut igitur ex parte cognoscimus , sic & de universis quæstionibus concedere oportet ei , qui ex parte nobis præstat gratiam. Quoniam quidem transgressoribus ignis æternus præparatus est , & Dominus manifeste dicit , & reliquæ demonstrant Scripturæ. Et quoniam præsciit Deus hoc futurum , similiter demonstrant Scripturæ. Dimittere itaque oportet agnitionem hanc Deo , quemadmodum & Dominus horæ & diei , nec in tantum periclitari , ut Deo concedamus nihil.... Etenim si quis exquirat causam , propter quam in omnibus Pater communicans Filio , solus scire horam & diem a Domino manifestatus est , neque aptabillem magis , neque decentiorem , nec sine periculo alteram , quam hanc inveniat in præsenti (quoniam solus verax magister est Dominus) ut discamus per ipsum , super omnia esse Patrem. Etenim

nim *Pater* ait, *major me est.* (*Joan. 14. v. 28.*)
Et secundum agnitionem itaque præpositus esse
Pater 201.) annunciatus est a Domino nostro ad

P 3

hoc,

201.) Existimant nonnulli Irenæum hic Christo saltem
qua homini ignorantiam horæ & diei judicii tribuere. At
in primis Irenæus non loquitur isthic de Christo qua homi-
ne, sed qua *Filio Dei*, cui *Pater in omnibus communicat*:
Pater autem Christo non utique qua homini, sed qua Deo
in omnibus communicat, ut constat. Deinde nusquam ille
asserit Christum, aut Filium ignorasse revera horam & diem
judicii: nec omnino id afferere, quin aperte secum pugna-
ret, potuit, qui Valentinianis passim exprobrat, quod Lo-
go ignorantiam tribuant, & hoc ipso loco cum Apostolo
profitetur, *Spiritum Salvatoris, qui in eo est, scrutari omnia,
etiam altitudines Dei.* Quid igitur ait? nempe: quod ex
economia *Filius concescerit solum Patrem scire horam &
diem judicii, nec erubuerit scientiam illam referre ad Pa-
trem.* Et cur istud? ut discamus inquit, *super omnia esse*
Patrem, ut Ingenitum scilicet, fontemque ac originem to-
tius Divinitatis, a quo & Filius omnia habet. **Quamobrem**
& secundum agnitionem præpositus est *Pater*: non quasi ma-
jor sit scientia Patris, quam Filii, sed quod *Filio* ut na-
tura Divina, ita & omniscientia per æternam generatio-
nem communicetur a Patre: atque ideo Filius licet omnia
noverit, nobis tamen non alia manifestat, quam que Pater
vult, juxta illud *Joan. 12. v. 49. Ego ex me ipso non sum*
*locutus, sed qui misit me Pater, ipse mibi mandatum dedit,
quid dicam, & quid loquar.* Horam autem & diem judicij

hoc, ut & nos in quantum in figura hujus mundi sumus, perfectam scientiam, & tales quæstiones
con-

noluit Pater manifestam nobis fieri, juxta illud Act. 1. v.
7. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate; & idcirco per Irenæum scientiam illam soli Patri ex œconomia concessit Filius, ut doceret nos ea, quæ arcana Deus vult, non esse curiose investiganda, sed humiliter Deo remittenda. Cæterum laudata Christi verba varie explicant SS. Patres. S. Epiphanius hær. 69. quæ est Arianorum, inter alia ita differit. „Cum Pater Filio judicium commiserit (Joan. 5. v. 22.) vicissim hic judicii illius cognitionem Patri detulit. Nemo inquit, novit diem, nisi Pater. (Matth. 24. & Marci 13.) Quod duobus modis explicari potest. Primum quod quando ventura sit, intelligat: cum ex illius nutu ac voluntate hora illa ac dies adveniat. Secundo ideo nosse dicitur, quod Filio suo jam omnem illam judicii functionem tradiderit. Nec minus huic ipsi Dei Filio, utpote Deo, nec ulla re a Patre diverso, eadem est tribuenda cognitio. Quare & diem illam novit, & eandem producit, ac perficit, & judicium administrat, nec absque illo prorsus adveniet. Non dum tamen quod ad effectiōnem pertinet, eam nosse dicitur, quia nondum judicium instituit. Nam & impii adhuc impietatem exercent, & injusti aliena per vim usurpant, & stupratores, adulteri, ac simulacrorum cultores flagitia sua perpetrant, & diabolus molitur aliquid, & haereses insurgunt.. donec scilicet diem illum Filius Dei proferat, & unicuique quod justum est, attribuat. Tum demum illam nosse

cedamus Deo : ne forte quærentes altitudinem Patris investigare , in tantum periculum incidamus,

P 4.

ut

noste dicetur , hoc est vi sua ac potestate facere. Ergo illud in Patre duobus modis impletur : in Filio vero scientia & cognitione tenus ; nec is tamen ignorat , sed nondum actione ipsa perfecit. Nondum enim judicavit. Angelis porro duobus modis hæc cognitio detrahitur , quod neque quando futura sit intelligant , nec actione ipsa cognoscant , hoc est nihil adhuc effecerint. Quippe nondum mandatum illis est , ut exeant , & impios velut lolium in fasciculos colligant , & igni ad comburendum præparent . „ S. Hieronymus in c. 24. Matthæi . „ *De die inquit illa & hora nemo scit , neque Angeli celorum , nisi solus Pater.* In quibusdam Latinis codicibus additum est , *neque Filius* ; cum in Græcis , & maxime Adamantii & Pierii exemplaribus hoc non habeatur adscriptum : sed quia in nonnullis legitur , differendum videtur. Gaudet Arius , & Eunomius , quasi ignorantia magistri , gloria discipulorum sit , & dicunt : Non potest æqualis esse , qui novit , & qui ignorat. Contra quos breviter ista dicenda sunt. Cum omnia tempora fecerit Jesus , hoc est Verbum Dei , *omnia enim per ipsum facta sunt , & sine ipso factum est nihil* , (Joan. i. v. 3.) in omnibus autem temporibus etiam dies judicii sit ; qua consequentia potest ejus ignorare partem , cuius totum noverit ? Hoc quoque dicendum est : Quid est majus , notitia Patris , an judicii ? Si majus novit , quomodo ignorat , quod minus est ? Scriptum legimus : *Omnia quæ Patris sunt , mibi tradita sunt.* (Luc. io. v. 22.) Si omnia Patris

tris

ut quæramus, an super Deum alter sit Deus. Si autem quis amans contentionem.. putet se non ex
par-

tris, Filii sunt, qua ratione unius sibi diei notitiam reser-
vavit, & noluit eam communicare Filio? Sed & hoc inferen-
dum: Si novissimum diem temporum ignorat, ignorat & pe-
ne ultimum, & retrorsum omnes. Non enim potest fieri,
ut qui primum ignorat, sciat quid secundum sit. Igitur quia
probavimus non ignorare Filium consummationis diem, cau-
sa reddenda est, cur ignorare dicitur. Apostolus super
Salvatore scribit: *In quo sunt omnes thesauri sapientie & scientiae absconditi.* (Coloss. 2. v. 3.) Sunt ergo omnes
thesauri in Christo sapientiae & scientiae, sed absconditi
sunt. Post resurrectionem interrogatus ab Apostolis de die,
manifestius respondit: *Non est vestrum scire tempora vel mo-
menta, quæ Pater posuit in sua potestate.* (Act. 1. v. 7.)
Quando dicit, Non est vestrum scire, ostendit, quod ipse
sciat, sed non expedit nosse Apostolis, ut semper incerti
de adventu Judicis, sic quotidie vivant, quasi die alia ju-
dicandi sint. Denique & consequens Evangelii sermo idem
cogit intelligi: dicens quippe Patrem solum nosse, in Pa-
tre comprehendit & Filium: omnis enim pater filii nomen est.,
Idem S. Doctor in c. 13. Marci, ad v. 32. , , *De die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli in Cœlo, neque Filius, nisi Pater.* Quid est, quod dicit, neque Filius? de quo
scilicet dicitur: *Pater major me est*, id est corpus ejus in
terra positum, quod est Ecclesia., Et omissis aliis, Eu-
logius Alexandrinus Patriarcha oratione contra Agnoitas,
apud Photium Cod. 230. , , Illud inquit, de extremo judi-

parte , sed universaliter cepisse eorum quæ sunt agnitionem , Valentinus aliquis , aut Ptolemæus,

P 5 aut

cii die dictum , quod illum nemo novit , neque Angeli , neque Filius , nisi solus Pater ; quidam ob eam rationem dictum existimant , ut discipuli arbitrati quotidie diem ultimum imminere , sem per vigilarent . Sed nihil obstat , quo minus & hoc figurate dictum interpretetur , eo quod corpus ejus (seu Ecclesia) non sit extra ignorantiam , aut humana vox , cuius ipse caput est : quemadmodum & illud : *Tu scis insipientiam meam* ; (Ps. 68. v. 6.) & illud : *Deus Deus meus ut quid me dereliquisti* ? (Ps. 21. v. 1. & Matth. 27. v. 46.) Sunt , qui censeant illum dixisse , quod ignoraret ultimum diem , ut humanæ naturæ signum proprium , quod illi inest , declararet , & ostenderet , non quod ipse ignoraret , absit : quicunque enim vel Divinitati ipsius vel humanitati ignorantiam adscribit , nunquam certissimæ temeritatis crimen effugiet . Sed cum , ut B. Cyrillus docet , subtili mentis conceptu , & animi imaginibus per contemplationem , rem a re dividimus , tum videmus proprias naturæ utriusque , ut in se est , notas & proprietates . Aut ut Gregorius Theologus tradit , quando naturæ ratione distinguuntur , etiam nomina naturarum simul dividuntur . Sed nudæ puræque humanitatis signum proprium est ignorantia . Hac ratione ergo Christi humanitatî , ut simplici & puræ hominis naturæ consideratæ , præcise secundum ea quæ ex se ipsa habet (Græce ἀντις τὸ φαινόμενον χωρίση τὰ νοήμένα , id est , si quis id quod videtur , separat ab eo , quod intelligitur) adscribi poterit ignorantia . Et hoc est ,

aut Basilides.. causas eorum quæ in hoc sunt mundo , puta numerum capillorum capitis sui , & de his , qui quotidie capiuntur pafferis , & de reliquis annunciet nobis.. Si autem ea , quæ in manibus sunt , & ante pedes , & in oculis . non dum sciunt , quemadmodum eis de spiritualibus & supercœlestibus , & de his , quæ super Deum vanâ persvassione confirmant , credemus ? „

Capite 30. vesanam hæreticorum impietatem , qui se spiritales , Demiurgum vero seu Creatorem mundi animalem esse jactabant , pro merito castigans ita differit. „ His sic se habentibus , super Demiurgum se ascendere dicunt insensati .. & semet quidem spiritales esse volunt , cum sint carnales propter tantam suam impietatem , qui autem fecit Angelos suos spiritus .. & velut in

ma-

quod Theologus explicavit , quando dixit (Orat. 36.) Scit quidem ut Deus , nescit vero ut homo ... Quod si qui ex Patribus ignorantiam in Salvatore ex parte humanitatis admiserunt , id tamen non ut dogma sanxerunt , sed Arianorum insaniam repressuri (qui omnia , quæ in Christo erant humana , ad Unigeniti divinitatem transferebant , ut in creatum Dei Verbum creaturam ostenderent) rectius hæc de humanitate dici posse existimatunt , quam humana ab illis (Arianis) ad divina trahi. Et si forte qui dixerit etiam Patres figurate & anaphorice locatos esse , religiosius videbitur judicasse. „

manu tenet gyrum terræ , & universæ substantiæ
spiritualis Demiurgum Deum , animalem esse di-
centes , indubitate suam ostendunt insaniam .. qui-
bus universæ terræ elleborum non sufficit ad ex-
purgationem , ut evomant tantam stultitiam . Me-
liorem enim ex operibus oportet ostendi ... Quod
igitur opus monstrabunt per semetipos sive a Sal-
vatore , sive a Matre ipsorum factum , aut ma-
jus , aut rationabilius , aut splendidius iis , quæ
facta sunt ab hoc , qui omnia disposuit ? Quos
cœlos formaverunt ? quam terram solidaverunt ?
quas emiserunt stellas ? ... Quid autem illa , quæ
super cœlum sunt , Angeli , Archangeli , Throni ,
Dominationes , Potestates innumerabiles ? Quid
tale ostendere habent per semetipos , vel a semet-
ipsis factum ? qui non tantum aliquid de spi-
ritualibus , sed ne quidem muscam , aut culicem ,
aut tale aliquid ex his , quæ sunt contemptibilia
animalia , perficere possunt Solus igitur hic
Deus invenitur , qui omnia fecit , solus omni-
potens , & solus Pater , condens omnia visibilia &
invisibilia , sensibilia & insensata , cœlestia & ter-
rena .. ipse fabricator , ipse inventor , ipse Do-
minus omnium : & neque præter ipsum , neque
super ipsum , neque Mater , quam illi mentiun-
tur , nec Deus alter , quem Marcion fixit , nec

Ple.

Pleroma XXX. Æonum , quod vanum ostensum est , neque Bythus , nec Proarche , neque cœli , nec lumen virginale , nec Æon invisibilis , nec quidquam eorum , quæ ab his & ab omnibus hæreticis delirantur . Sed solus unus Deus fabricator , qui est super omnem Principalitatem , & Potestatem , & Dominationem , & Virtutem : hic Pater , hic Deus , hic conditor , hic fabricator , qui fecit ea per se metipsum , hoc est per Verbum , & per Sapientiam suam .. 202.) Hic justus , hic bonus : hic est , qui formavit hominem , qui plantavit paradisum , qui fabricavit mundum , qui diluvium induxit , qui Noe salvavit : hic Deus Abraham , & Deus Jacob , Deus vivorum : quem Lex annunciat , Prophetæ præconant , Christus revelat , Apostoli tradunt , Ecclesia credit . Hic Pater Do-

202.) Sapientiæ nomine Spiritum Sanctum hic intelligi manifestum fit ex 1. 4. c. 20. ubi S. Pater diserte ait : „ Quoniam Verbum id est Filius , semper cum Patre erat , per multa demonstravimus . Quoniam autem & Sapientia , quæ est Spiritus , erat apud eum ante omnem constitutionem , per Salomonem ait : *Deus sapientia fundavit terram.* „ Si igitur Deus Pater , ut isthic docet Irenæus , fecit omnia per se metipsum , hoc est per Verbum & Sapientiam suam , seu per Filium & Spiritum Sanctum , quidni Filius & Spiritus Sanctus consubstantiales Deo Patri , seu unius & ejusdem cum illo essentia sunt ?

mini nostri Jesu Christi , per Verbum suum , qui est Filius ejus , revelatur & manifestatur omnibus , quibus revelatur : cognoscunt enim eum hi , quibus revelaverit Filius . Semper autem coexistens 203.) Filius Patri , olim & ab initio revelat Patrem & Angelis , & Archangelis , & Potestatibus , & Virtutibus , & omnibus , quibus vult revelare Deus . , ,

Capite 31. & 32. inter alia docet jactata ab hæreticis miracula , meras præstygias , & illusiones esse , in Ecclesia autem Catholica cum charisma- ta alia vigere , tum vera miracula non raro fieri . „ Super hæc inquit , arguentur , qui sunt a Simone , & Carpocrate , & si qui alii virtutes operari dicuntur ; non in virtute Dei , neque in veritate , neque ut benefici hominibus facientes ea , quæ faciunt , sed in perniciem & errorem , per magicas illusiones , plus lædentes , quam utilitatem præstantes his , qui credunt eis , in eo quod seducant . Nec enim cœcis possunt donare vi- sum , neque surdis auditum , neque omnes dæ- mones effugare , præter eos , qui ab ipsis immit- tuntur , si tamen & hoc faciunt ; neque debiles , aut

203.) Filius , ut audis , semper coexistit Patri : co- eternus proinde , nec ulla prorsus ratione alia , quam origine sola posterior est Patre .

aut claudos , aut paralyticos curare , vel alia quadam parte corporis vexatos .. 204.) Tantum autem absunt ab eo , ut mortuum excitent (quemadmodum Dominus excitavit , & Apostoli per orationem , & in fraternitate s̄æpiissime propter aliquid necessarium , ea quæ est in quoque loco Ecclesia postulante per jejunium , & supplicationem multam , reversus est spiritus mortui , & donatus est homo orationibus Sanctorum) ut ne quidem credant hoc in totum posse fieri ... 205.)

Di-

204.) In eundem sensum Tertullianus 1. de Præscript. ad-
vers. hæret. num. 11. , , Probent , inquit , se novos Apostolos es-
se , dicant Christum iterum descendisse , iterum docuisse :
sic enim Apostolos solet facere , dare illis præterea virtu-
tem eadem signa edendi , quæ & ipse . Volo igitur & vir-
tutes eorum proferre : nisi quod agnosco maximam virtutem
eorum , qua Apostolos in perversum æmulantur . Hi enim
de mortuis vivos faciebant , isti de vivis mortuos faci-
unt. , ,

205.) Resurrectionem carnis negabant Valentiniani ,
aliique Gnostici , nec aliud eo nomine quam nugarum sua-
rum cognitionem intelligebant , ut docet Tertullianus 1. de
Resurrect. Carn. num. 15. ubi ait : , , Nacti quidam sole-
mnissimam eloquii propheticæ formam , allegorici & figurati
plerumque , non tamen semper , resurrectionem quoque mor-
tuorum manifeste annunciatam , in imaginariam significatio-
nem distorquent , afferentes ipsam etiam mortem spiritali-
ter

Dicentes autem se ex eadem circumlatione cum Jesu habere animas , & similes ei esse , aliquando autem & meliores ; ad opera producti , quæ ille ad utilitatem hominum fecit , nihil tale , neque quod secundum aliquid in comparationem venire possit , perfidere inveniuntur . Sed si aliquid faciunt per magicam , fraudulenter seducere nituntur insensatos : fructum quidem & utilitatem nullam præstantes , in quos virtutes perfidere se dicunt , adducentes autem pueros inveteres , & oculos deludentes , & phantasmatu ostendentes statim cessantia , & ne quidem stillicidio tem-

ter intelligendam . Non enim hanc esse in vero , quæ sit in medio , discidium carnis atque animæ , sed ignorantiam Dei , per quam homo mortuus Deo non minus in errore jacuerit , quam in sepulchro . Itaque & resurrectionem eam vindicandam , qua quis adita veritate , redanimatus & revivificatus Deo , ignorantie morte discussa , velut de sepulchro veteris hominis eruperit : quia & Dominus scribas & Pharisæos sepulchris dealbatis adæquaverit .. Hoc denique ingenio etiam in colloquiis sëpe nostros decipere consueverunt , quasi & ipsi resurrectionem carnal admittant : Væ inquiunt , qui non in hac carne resurrexerit : ne statim illos percutiant , si resurrectionem statim abmuerint . Tacite autem secundum conscientiam suam hoc sentiunt : Væ qui non , dum in carne est , cognoverit arcana hæretica : hoc est enim apud illos resurrectio &c. ,

temporis perseverantia , non Jesu Domino , sed Simoni mago similes ostenduntur. Si autem & Dominum per phantasmata hujusmodi fecisse dicunt , ad Prophetica reducentes eos , ex ipsis demonstrabimus , omnia sic de eo & prædicta esse , & facta firmissime , & ipsum solum esse Filium Dei. Quapropter & in illius nomine , qui vere illius sunt discipuli , ab ipso accipientes gratiam , perficiunt ad beneficia reliquorum hominum , quemadmodum unusquisque donum accepit ab eo. Alii enim dæmones excludunt firmissime & vere , ut etiam sæpiissime credant ipsis , qui emundati sunt a nequissimis spiritibus , & sint in Ecclesia. Alii præscientiam habent futurorum , & visiones , & dictiones Propheticas. Alii laborantes infirmitate per manus impositionem curant.. Jam etiam mortui resurrexerunt , & perseveraverunt nobiscum annis multis. Et quid ? non est numerum dicere gratiarum , quas per universum mundum Ecclesia a Deo accipiens , in nomine Christi Jesu crucifixi sub Pontio Pilato , per singulos dies in opitulationem gentium perficit , 106.) neque se-
du-

106.) Posterioribus quoque seculis eadem charismata in Ecclesia Catholica viguisse , locupletes testes sunt S. Gregorius Nyss. Orat. de S. Gregorio Thaumaturgo , S. Hie-

ducens aliquem , nec pecuniam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit a Deo , gratis 207.) & ministrat. Nec invocationibus 208.) Angeli-

S. Irenæi Episc. & Mart.

Q

cis

Hieronymus in vita S. Hilarionis , S. Severus Sulpitius in vita S. Martini , S. Gregorius Turonensis l. de Gloria miraculorum. &c.

207.) Apollonius vetus Scriptor Ecclesiasticus l. aduersus Cataphrygas , Maximillam & Priscillam prophetides non esse inter alia ex munere acceptance probat , apud Ensebium l. 5. Hist. Eccles. c. 18. in hæc verba : „ Non tibi videtur Scriptura universa prohibere , ne propheta munera & pecunias accipiat ? Cum igitur videam prophetis fam aurum & argentum , vestesque preciosas accepisse , quomodo eam non repudiabo ? „

208.) Doctissimus Græbius Angliæ reformatus in hunc locum notat , bonos Angelos ab Ecclesia ad virtutem miraculorum edendam in auxilium vocatos nuspian legi , imo id non factum esse , ex hoc ipso Irenæi loco haud obscure colligi ; & in Indice generali hunc ipsum locum indigitans scribit : Angelorum invocationem in Ecclesia inusitatam fuisse. At mirum , quod vir doctus non animadverterit , Irenæum loqui de malis angelis , quos Simoniani , Marcosiani , Carpocratiani , aliique Gnostici ad præstigias suas exercendas invocabant. Eorum enim magicis illusionibus , & præstygiis , quas per magiam , & incantationes , fraudulentemente faciebant , vera Ecclesiæ miracula opponit , ut ex contextu est evidens. Quis autem fanus recte sic arguat : Teste Irenæo Ecclesia malos angelos non invocabat ad patranda miracula ; igitur beatorum

cis facit aliquid , nec incantationibus , nec reliqua prava curiositate ; sed mente , pure & manifeste orationes dirigens ad Dominum , qui omnia fecit , & nomen Domini nostri Jesu Christi invocans , virtutes ad utilitatem hominum , non ad seductionem perficit . Si itaque & nunc nomen Domini nostri Jesu Christi beneficia praestat , & curat firmissime , & vere omnes ubique credentes in eum ; sed non Simonis , neque Menandri , neque Carpocratis , nec alterius cujuscunque : manifestum est , quoniam homo factus , conversatus est cum suo plasma te , & vere omnia fecit ex virtute Dei , secundum placitum Patris universorum , quomodo Prophetæ prædixerunt . ,

Capite 33. assertam a' Carpocratianis transmigrationem animarum his impugnat . , , De corpore in corpus transmigrationem ipsorum subvertamus ex eo , quod nihil omnino eorum , quæ ante fuerint , meminerint animæ . Si enim ob hoc emittebantur , ut in omni fierent operatione , opor-

torum etiam Angelorum invocatione ejus in usu non erat.
Nusquam quidem quod meminerim , Irenæus diserte asserit invocandos esse beatos Angelos , at nusquam etiam negat , aut inusitatam suo tempore hanc invocationem innuit fuisse . Origenes vero illo non multo posterior Tutelarem suum Angelum non semel diserte invocat , ut in libris adversus Celsum videre licet .

oportebat eas meminisse eorum, quæ ante facta sunt, uti ea, quæ deerant, adimplerent, & non circa eadem semper volutantes miserabiliter laborarent: nec poterat corporis admixtio universam ipsorum, quæ ante habita erant, extinguere memoriam. Quomodo enim nunc requiescente corpore, quæ anima apud se videt, & in phantasmate agit, reminiscens communicat cum corpore, & post plurimum tempus, quæ per somnum quis vidit, vigilans annunciat; sic utique reminisceretur & illorum, quæ antequam in hoc corpus veniret, egit. Si enim hoc quod in brevissimo tempore viderum, vel in phantasmate conceptum est, commemoratur, multo magis illorum reminisceretur, in quibus temporibus tantis, & universo præterito vita seculo immorata est. Ad hanc Plato vetus ille Atheniensis, qui & primus 209.) senten-

Q 2 tiam

209.) Teste Laftantio l. 3. Divin. Instit. c. 18.
,, Plato Pythagoræ credidit, qui ut vetaret homines anima-
libus vesci, dixit animas de corporibus in aliorum animali-
um corpora commeare. „ Idem testatur S. Epiphanius in
Respons. ad Epistol. Acacii & Pauli: ubi & Stoicos idem
sensisse ait. Alii vero Empedocli, ac vetustioribus etiam
commentum hoc tribuunt. Primus igitur metempsychoseos
auctor Plato non fuit, sed fortasse primus eam Athenis do-
cuit, aut oblivionis poculum ei primus adjecit, ut innuit

Ter-

tiam hanc introduxit , cum excusare non posset , oblivionis introduxit poculum.. ostensionem quidem nullam faciens , dogmatice autem respondens , quoniam introeuntes animæ in hanc vitam , ab eo , qui est super introitum dæmone , priusquam in corpora intrent , potantur oblivione. Sed si oblivionis poculum postquam ebitum est , potest omnium factorum oblitterare memoriam ; hoc ipsum unde scis o Plato , cum sit nunc in corpore anima tua , quoniam priusquam in corpus introiret , a dæmone potata est oblivionis medicamento ? Si enim dæmonem , & poculum , & introitum reminisceris , & reliqua oportet cognoscas : si autem illa ignoras , neque dæmon verus est , neque artificiose compositum oblivionis poculum. Adversus eos autem , qui dicunt ipsum corpus esse

ob-

Tertullianus 1. de Anima , ubi ait : „ Doleo bona fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum. Illic est enim in Phædone , quod animæ hinc eentes sint illic , & inde huc .. Tum quod mundus hic imago sit alterius : quæ omnia ut fidei commendet , & animam retro in superioribus cum Deo egisse in commercio idearum , & inde huc transvenire , & hic quæ retro norit , de exemplaribus recensere ; novum elaboravit argumentum μαθησεις ἀναμνήσεις , id est dissentias reminiscentias esse. Venientes enim huc inde animas oblivisci eorum , in quibus prius fuerint , dehinc ex his visibilibus recordari edocetas . „

oblivionis medicamentum, occurrit hoc.. quia sic ne quidem ea, quæ olim agnita sunt per oculos, aut per auditum, meminisset anima in corpore existens, sed simul atque ab aspectu abeisset oculus, auferretur utique & ea, quæ esset de his memoria.. Quomodo autem & Divina diceret, & meminisset ipsorum existens in corpore, si ipsum corpus sit oblivio? Sed & Prophetæ.. quæcunque spiritualiter secundum visiones cœlestium vivent, vel audiunt, meminerunt, & reliquis annunciant, & non corpus oblivionem efficit animæ eorum, quæ spiritualiter visa sunt, sed anima docet corpus, & participat de spiritali ei facta visione. Non enim est fortius corpus, quam anima, quod ab illa spiratur, vivificatur, augetur, & articulatur; sed anima principatur corpori. Tantum autem impeditur a sua velocitate, quantum corpus participat de ejus motione; sed non amittit suam scientiam. Corpus enim organo simile est, anima artificis rationem obtinet. Quemadmodum itaque artifex velociter quidem operationem secundum se adinvenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei subjectæ immobilitatem, & illius mentis velocitas admixta tarditati organi, temperatam perficit operationem: sic & anima participans suo corpori, modicum quidem

impeditur admixta velocitati ejus corporis tarditate, non amittit autem in totum suas virtutes; sed sicut vitam participans corpori ipsa vivere non cessat, sic & de reliquis ei communicans, neque scientiam ipsorum perdit, neque memoriam. Si itaque nullius præteritorum meminit, sed existentium habet scientiam, nou in aliis corporibus fuit aliquando, neque egit, quæ nec agnoscit, neque novit. Sed quemadmodum unusquisque nostrum suum corpus per artem Dei summit, sic & suam habet animam. Neque enim sic pauper est Deus, ut non unicuique corpori propriam donare possit animam, quemadmodum & proprium characterem. Et ideo adimplete numero, quem ipse apud se ante definiit, omnes quicunque sunt scripti in vitam resurgent, sua corpora & suas habentes animas, & suos spiritus, in quibus placuerunt Deo. Qui autem poena sunt digni, abibunt in eam, & ipsi suas habentes animas, & sua corpora, in quibus abstiterunt a Dei bonitate. Et cessabunt utrique jam generare & generari, ducere uxorem & nubere: ut commensurata multitudo ante præfinita a Deo generis humani, perfectorum compago seu aptatio conservet Patris. 210.)

Ca-

210.) Græce hæc verba ex Irenæo ita refert S. Damascenus in Parallelis: ἵνα τὸ σύμμετρον φῦλον τῆς προσόπεως
ως

Capite 34. reminiscentiam animarum confirmat ex parabola epulonis & Lazari , unaque immortalitatem earum docet in hæc verba: „ Plenissime Dominus docuit, non solum perseverare animas non de corpore in corpus transgredientes, sed & characterem corporis , in quo adaptantur , custodire eundem , & meminisse operum , quæ egerunt hic , & a quibus cessaverunt , in ea relatione , quæ scribitur de divite & Lazaro , qui refrigerabat in sinu Abrahæ : in qua ait divitem cognoscere Lazarum post mortem , & Abraham similiter , & manere in suo ordine unumquemque ipsorum , & postulare mitti ad opem ei ferendam Lazarum, cui ne quidem de mensæ suæ micis communicabat... Per hæc enim manifeste declaratum est , & perseverare animas , & non de corpore in corpus transfire , & habere hominis figuram, 211.)

Q. 4

ut

ως ἀπὸ Θεῶν ἀνθρωπότητος ἀποτελεσθεῖς , τὴν ἀγμονίαν τηγῆση τῇ Πατρὶς . Id est: ut hominum multitudo Divinae correspondens prædefinitioni jam consummata Patris conservet harmoniam.

211.) Tertullianus 1. de Anima e subtilissimo quodam corpore constare censet animas. „ Animæ inquit corpus adserimus propriæ qualitatis , & sui generis. „ Et infra: „ Quoniam omne tenue atque pellucidum aeris æmulum est, hoc erit anima , qua flatus est & spiritus tradux .. Sic & ef.

ut etiam cognoscantur , & meminisse eorum , quæ sunt hic . . & dignam habitationem unamquamque percipere etiam ante judicium . Si qui autem dicant , non posse animas , quæ paulo ante cœperunt , in multum temporis perseverare , sed opertore eas aut innascibiles esse , ut sint immortales ; vel si generationis initium acceperunt , cum ipso corpore mori : discant , quoniam sine initio & sine fine , vere & semper idem . & eodem modo se habens solus est Deus , qui est omnium Dominus . Quæ autem ab illo facta sunt , & fiunt , initium quidem accipiunt generationis , & per hoc inferiora sunt eo , qui fecit , quoniam non sunt ingenita ; perseverant autem & extenduntur in longitudinem seculorum , secundum voluntatem factoris Dei . . 212.) Quemadmodum enim cœlum ,

quod

effigiem de sensu tuo jam concipe , non aliam animæ humanae deputandam , præter humanam , & quidem ejus corporis , quod unaquæque circumtulit . . Sic & diviti apud inferos lingua est , & pauperi digitus , & sinus Abrahæ &c . , Idem nonnulli Irenæum quoque hic sentire putant , cum animas retinere characterem corporis , & figuram hominis dicat . At intelligi certe hæc verba possunt etiam tum de habitudine illa , quam animæ hominum cæteroquin Angelis similes , ad informandum corpus dicunt , tum de illa , vi cuius numero ab invicem distinguuntur .

212.) Quamvis anima hominis natura sua immortalis sit

quod est super nos , firmamentum , sol , luna , & stellæ , cum ante non essent , facta sunt , & multo tempore perseverant secundum voluntatem Dei , sic & de animabus , & de spiritibus , & de omnibus his , quæ facta sunt , cogitans quis minime peccabit : quando omnia quæ facta sunt , initium quidem facturæ suæ habent , perseverant autem , quoadusque ea Deus esse & perseverare voluerit . Testatur pro his sententiis etiam Spiritus propheticus dicens : *Quoniam ipse dixit , & facta sunt , ipse mandavit , & creata sunt. Statuit ea in seculum , & in seculum seculi.* (Ps. 148. v. 5. & 6.) Et iterum de salvando homine : *Vitam petuit a te , & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi ;* (Ps. 20. v. 4.) tanquam Patre omnium donante & in seculum seculi perseverantiam his , qui salvi fiunt . Non enim ex nobis , neque ex nostra natura vita est , sed secundum gratiam Dei datur . Et ideo qui servaverit datum vitæ , & gratias egerit ei , qui præstítit , accipiet & in seculum se-

Q 5

cu-

fit , quia nullis partibus constat , & sejuncta etiam a corpore intellectus ac voluntatis actus exercere potest : indubium tamen est , quod Deus illam pro summo suo in res creatas dominio redigere in nihilum , cum libuerit , possit . Hinc perpetuitas ejus in actu secundo , ut loquuntur scholæ , ex Dei voluntate re ipsa pendet . Atque istud hic Irenæus vult , ut ex contextu patet .

culi longitudinem dierum. Qui autem abjecerit eam , & ingratus extiterit factori.. ipse se privat in seculum seculi perseverantia. 213.) Ideo Dominus dicebat : *Si in modico fideles non fuisti 214.) quod magnum est, quis dabit vobis?* (Luc. 16. v. 11.) Significans , quoniam qui in modica temporali vita ingratiti extiterunt ei , qui eam præstítit, iuste non percipient ab eo in seculum seculi longitudinem dierum. Sicut autem corpus animale ipsum quidem non est anima , participat autem animam , quoadusque Deus vult ; sic & anima ipsa quidem non est vita , participat autem a Deo præstítam sibi vitam. Unde & propheticus sermo de Protoplasto ait : *Factus est in animam vivam;* (Gen. 2. v. 7.) docens nos , quoniam secundum participationem vitæ vivens facta est anima , ita ut separatim anima intelligatur , & separatim quæ erga eam est vita. Deo itaque vitam , & perpe-

tuam
213.) Non negat S. Pater animas impiorum æternum duraturas , cum supra c. 28. diserte docuerit transgressoribus ignem æternum præparatum esse ; sed id duntaxat asserit , quod beata immortalitate , & felicitate Sanctorum se ipsos æternum privent impii.

214.) Textus hic apud Lucam ita legitur : *Si in ini- quo mammona fideles non fuisti, quod verum est, quis credet vobis?* consonatque etiam Græcus. Sensus tamen horum , & Irenei verborum in idem recidit.

tuam perseverantiam donante , capit & animas primum non existentes dehinc perseverare , cum eas Deus & esse & subsistere voluerit. Principali enim debet in omnibus ; & dominari voluntas Dei ; reliqua autem omnia huic cedere , & subdita esse , & in servitutem dedita. „ 215.)

Postremo denique libri hujus capite 35. refel-
lens **Gnosticos**, prophetas omnes ab uno eodemque
Deo inspiratos fuisse, neque plures deos ex diver-
sitate nominum apud eos occurrentium recte col-
ligi probat. „ Qui falso nomine Gnosti dicun-
tur , & Prophetas ex diversis diis prophetias fe-
cisse dicunt , facile destruentur ex hoc , quod o-
mnes Prophetæ unum Deum & Dominum prædi-
caverint , & ipsum factorem cœli & terræ , &
omnium quæ in eis sunt , & quod adventum Fi-

lii

215.) Idem fere ait S. Justinus Dial. cum Tryph.num. 6.
„ Animam vivere nemo negaverit : sed si vivit , non ideo vi-
vit , quod vita sit , sed quod vitæ particeps. Aliud autem id ,
quod alicujus est particeps , aliud idipsum cuius est parti-
ceps. Vitæ autem anima est particeps , eo quod eam De-
us vivere velit : sic etiam particeps aliquando non erit ,
cum eam Deus vivere nolet. Neque enim ut Dei , ita ani-
mæ propria vita est &c. „ Quæ omnia non aliud signifi-
cant , quam quod Deus a se ipso & essentialiter vita im-
mortalis sit , quin immortalitas ejus ab illo pendeat ; anima
contra sicut esse suum , ita & vitam ac immortalitatem a Deo
accipiat , quæ idcirco ex ejus nutu necessario suspensa est.

lii ejus significaverint. Si autem quidam secundum Hebraicam linguam diversas dictiones positas in Scripturis opponant, quale est Sabaoth, Eloë, Adonai; & ex his ostendere elaborent diversas Virtutes atque Deos: discant, quoniam unius significaciones & nuncupationes sunt omnia hujusmodi.

216.) Quod enim dicitur Eloë, secundum Iudaicam vocem *Deum* significat, & Eloë 217.) *V-*
rum,

216.) Quæ hic de Hebraicis Dei nominibus scribit Irenæus, paucis & luculentius complexus est Nicetas Choniates 1. 2 Orthodoxiæ c. 29. in hæc verba. „Quoniam vecordes illi nominum Divinorum interpretationem ignorantibus, Adonai, Eloi & Sabaoth diversos esse deos arbitrati sunt, operæ precium mihi facturus videor, si rudibus & ignaris aperiam, quid hoc nominum unumquodque Græcis & Latinis auribus sonet. Eloah itaque Θεὸν Deum interpretantur: Eloi autem ὁ Θεός μου Deus meus: El quoque si tenui spiritu proferatur, Θεὸν Deum; si aspero, ἵσχυρὸν fortē significat: Adonai autem κύριον Dominum. Ceterum Dominus Sabaoth idem sonat, quod Κύριος δυνάμεων Dominus virtutum, vel κύριος στρατῶν Dominus exercitum. Saddai porro ιαερὸν καὶ δυνατὸν, idoneum, potentem; Aia vero τὸν ὄντα, eum qui est, significat; quod nomen ineffabile quoque ab Hebræis censebatur. „Paulo plura de nominibus illis ad mentem Irenæi notant Gallasius, Fevardentius, Massuetus, quæ subjicio.

217.) Eloë Hebraice cum aspiratione אֱלֹהֶם Elohe,
vel

rum, & Elloeuth 218.) secundum Hebraicam linguam, Hoc quod continet omnia significat. Quod au-

vel etiam אלה Eloah *Deum* significare, ex innumeris Scripturæ locis certum est: at *Verum* etiam eadem voce significari non perinde liquet. Forte id solum dicere Ireneus voluit, quod Hebræi dum vocem אלה singulari numero usurpant, ea non alium quam *Deum* verum exprimant, cum autem plurali numero אלהם Elohim eadem utuntur, non semper *Deum* verum, sed interdum etiam falsos gentium deos, aut judices & principes populi significant. Nam Gen. 1. v. 1. vox illa plurali numero ob personarum forte trinitatem de *Deo* vero dicitur בראשית ברא אלהים אלה שמי ואות הארץ In principio creavit Deus cœlum & terram. At Deuter. 28. v. 36. יעבדת שם אלהים אחרים עץ ואבן lapidi: deos falsos ut patet, indigitat. Judices autem & Magistratus alias Exodi. 22. v. 28. אלהים לא תקלל Diis non detrubes, & principi populi tui non maledices. Reperitur tamen etiam אלהי de diis falsis in Scriptura dictum, ut exempli gratia: Exodi 34. v. 16. אלהי מפכה לאחתעשה לך Deos conflatis non facies tibi. Sed cum אלה scribitur, non memini omnino me legisse pro alio uspiam quam *Deo* vero acceptum.

218.) Loco Elloeuth legendum hic nonnulli putant אל עלון El Elion, quod *Deum* excelsum significat: quam

autem ait Adonai , 219.) aliquando quidem *nominalie* & *admirabile* significat , aliquando autem duplicata litera delta cum aspiratione , ut puta Addhonai . 220.) *Præfinitionem* & *separantem* terram ab
aqua

quam autem significationem Irenæus adfert , desumpsisse illum censem ex verbis his Gen. 14. v. 19. בָּרוּךְ אֶבְרַם לְאַלְעֲלִיָּן קָנָה שָׁמֵץ וְאַרְצָה Benedictus Abraham Deo excelsō , qui possidet cœlum & terram . Sed cum juxta Rabbinos Divinitatem significet אלְהֹת Elohuth , & Divinitas in se omnia contineat , id forte suggerente Judæo quopiam indicare voluit S. Pater.

219.) Adonai אֲדֹנִי Dominum reapse significat , Hebræi tamen ubi τετραγενέμων illud Dei nomen יְהוָה occurrit , quod ineffabile dicunt , ejus loco Adonai pronunciare solent . De eodem nomine ait Propheta Ps. 8. v. 1. יְהוָה אָדָנָנוּ מְהִ אֲדֹנָ שָׁמֵךְ בְּכָל הָאָרֶץ Domine Dominus noster , quam admirabile est nomen tuum in universa terra . Atque huc respexisse videtur Irenæus , dicereque voluisse , quod Hebræi admirabile illud & ineffabile Dei nomen per Adonai efferre soleant . Unde interpres dicere potius debuisset , quod Adonai aliquando *innominabile* & *admirabile* significet .

220.) Addhonai , vel Addonei Callasius & Fevardentius putant Irenæum composuisse ex vocibus אָדָן & דָּנוּ quarum illa judicare , decernere , determinare , hæc dominum significat , indeque significationem , quam subjicit deduxisse , quod Deus tanquam dominus & judex universo-

rum

aqua, ne possit aqua insurgere in eam. Similiter Sa-
ba-

rum ut cætera, ita & terram ab aqua diremerit, & utrique suos fines præstituerit. Gallasius addit, verosimile etiam videri, S. Patrem Adonai deduxisse ex voce אָדָן basis, & respexisse ad illud Job 38. v. 6. ubi de terra dicitur עַל־מִזְחָה אָדָנָה הַטְבָעִי super quo bases ejus defixa sunt? Massuetus vero censet legendum in primis isthic esse non Addhonai: tum quia Irenæus non dicit aspirationem in medio vocis illius esse, sed duntaxat eam cum addita aliquibi aspiratione pronunciari; tum quia Hebræi interdum revera scribunt האָדָן Haadonai, ita ut aspiratio seu litera ה præmissa emphatica sit. Deinde si literæ Daleth infigatur Daghæs ו æquivalebit illa dupli Delta, & vox dicta pronunciabitur Haddonai. Hebræi enim non aliter duplicant Daleth, quam infigendo illi punctum Daghæs. Denique in adstruenda voci illi significatione præfinitionis ו separantis terram ab aqua, respexisse S. Patrem ait ad illud Job 38. v. 10. & 11. ubi Deus de mari ait: וְאַשְׁבֵר עַלְיוֹן חַקְיוֹן וְאַשְׁיָס בְּרוֹחַ וְוַלְתִּים וְאָמֶר עֲדִפָּה תְבוֹא Et statui decreatum meum (vel ut Vulgata habet: Circumdedi illud terminis meis) ו posui veciem ו offia, ו dixi: Huc usque venies, ו non addes, ו hic pones in elati ne flatus tuos (vel cum Vulgata: Huc usque venies, ו non procedes amplius, ו hic confringes tumentes flatus tuos.) Cui simile est etiam illud Ps. 8. v. 29. Quando circumdabat mari terminum suum, ו legem ponebat aquis, ne transirent fines suos:

ba^ωth per 221.) quidem Græcum dum in syllaba novissima scribitur, *Voluntarium* significat; per autem Græcum, ut puta Sabaoth, *primum cœlum* manifestat. Eodem modo & Ja^ωth cum aspiratione novissima syllaba, *mensuram præfinitam* manifestat; cum autem o Græcum corripitur, ut puta Jaoth, 222.) *eum qui dat fugam malorum* significat.

Et

fuos: quando appendebat fundamenta terræ. Quod in Hebræo ita habet: בָּשָׂמָךְ לִיְםַחְכֵּר וּמִסְתַּלְאֵד יְעַמְּדוּ Ubi licet vox Adonai, aut Deus non occurrat, de eo tamen hæc in persona sapientiæ a Propheta dici patet ex v. 22.

221.) Hebræi nec ω nec ο habent, sed vocem τζεβαοθ per Vaucholem γ constanter scribunt, Græci autem Σαλαωθ per ω scribere solent. Unde quæ hic de diversa vocis hujus scriptione Irenæus ait, a sciole quodam Hebraicæ linguae parum gnaro illi suggesta fuerint. Significat autem vox illa reapse exercitus, potest tamen per eam, ut S. Pater vult, firmamentum etiam seu *primum cœlum* intelligi, quia Hebræi stellas in firmamento positas vocant אֱלֹהָה הַשְׁמִינִית tzeba Haschamaim *exercitum cœlorum*: ut videre licet Deuter. 4. v. 19. & alibi sæpe. Ut vero voluntarium significet, deduci debet non a radice Hebraica צְבָא Tzeba, sed a Chaldaico צָבָה Tzaba, quod idem est ac velle, optare, aut etiam voluntas.

222.) De voce Jaoth Fevardentius notat, eam licet terminationem Hebraicam pluralis numeri habeat, venire

ta-

Et cætera omnia unius ejusdemque nuncupationis sunt: sicut secundum Latinitatem Dominus Virtutum, Pater omnium, Deus omnipotens, Altissimus,

S. Irenæi Episc. & Mart.

R Do-

tamen a radice Babylonica יְהָוָה Jae, quæ pulchrum, speciosum, elegantem significat, & impersonaliter יְהָוָה Jeth, convenit, congruit, decet; Jauth יְהָוָה autem est pulchritudo, elegancia, decor. Unde cum id pulchrum & decorum sit, quod mensuram præfinitam habet, ad significantum istud eam transtulisse Irenæus videri potest. Ut autem fugam malorum significet, deduci inquit, vocem illam oportet a radice יְהָוָה id est mundare, purgare, quod malum & noxium est tollere: a quo יְהָוָה quod Hebræi proscopis exponunt. Massuetus vero Irenæum hic loqui de tetragrammato Dei nomine putat: sed cum id Hebræi constanter יְהָוָה nunquam יְהָוָה, & Græci semper Ιαω, non item Ιαω aut Ιαωδ scribere soleant, quæ de diversitate scriptio[n]is ait S. Pater, a sciole iterum ei imperite suggerita censet. Allatas quoque vocis hujus significations excipihi aliter non posse existimat, quam si Irenæum dicamus respexisse ad Scripturæ loca quæpiam, in quibus Deus mensuram rebus præfinire, aut fugam malorum præstare afferitur. Cujusmodi sunt Job 28. v. 25. *Fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. Sap. 11. v. 21. Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi &c.* Item Exodi 10. v. 17. *Rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat a me mortem istam &c.* S. Hieronymus decem nomina, quibus Hebræi Deum significant, ita explicat Ep. ad Marcellam. „ Primum nomen Dei est El יהו quod LXX.

Θεὸν,

Dominus cœlorum, Creator & Fabricator, & similia his non alterius atque alterius sunt, sed unius ejusdemque nuncupationes, & pronomina, per quæ unus Deus & Pater ostenditur, qui continet omnia, & omnibus, ut sint, præstat. , , CA-

Θεὸν, id est Deum, Aquila ἐπυμολογίαν ejus exprimens οὐρανὸν, id est fortē interpretatur. Deinde Eloim אֱלֹהִים & Eloē אֱלֹהָה quod & ipsum Deus dicitur. Quartum Sabaoth צבאות quod LXX. virtutum, Aquila exercituum transtulerunt. Quintum Elion עליון quod nos Excelsum dicimus. Sextum Ascher Ehje אשר אהיה quod in Exodo legitur: Qui est, misit me &c. Septimum Adonai אֲדֹנֵינוּ quem nos Dominum generaliter appellamus. Octavum Jah יה quod in Deo tantum (id est in tetragrammato, quod mox sequitur, Dei nomine) ponitur, & in Alleluja הַלְלוּ יְהָה (Laudate Deum) extrema syllaba sonat. Nonum τετραγενέματον, quod αὐενθάνητον, id est ineffabile putaverunt, quod his literis scribitur Jod Ḥe ו Vau ו He יהה יהוה Iehovah quod quidam non intelligentes propter elementorum similitudinem, cum in Græcis libris repererint, Pipi legere consueverunt. Decimum est Saddai שָׁדָי quod Aquila interpretatur אֱלֹהִים, nos robustum & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus. Scire autem debemus, quod Eloim communis numeri sit, quod & unus Deus sic vocetur, & plures: ad quam similitudinem cœlum quoque appellatur & celi כֶּלֶב
 Unde & sæpe Interpretes variant. Cujus rei nos exemplum in lingua nostra habere possumus, Athenas, Thebas, Salonas. , ,

C A P U T V.

Summarium Libri III. adversus hæreses.

Confossas ratione multiplici Valentinianorum nænias, argumentis e Scriptura & Traditione petitis libro tertio jugulat Irenæus: quod posteaquam in Præfatione promisit, commendans amico præcedentium memoriam, & ad securita attentionem, docet veram fidem ab Apostolis ad Ecclesiam, & ab hac ad fideles derivari. „ Memento inquit eorum, quæ diximus prioribus duobus libris, & hæc illis adjungens plenissimam habebis adversus omnes hæreticos contradictionem, & fiducialiter resistes eis pro sola vera ac vivifica fide, 223.) quam ab Apostolis Ecclesia percepit, & distribuit filiis suis. Etenim Dominus omnium dedit Apostolis suis potestatem Evangelii, per quos veritatem, hoc est Filii Dei doctrinam cognovimus; quibus & dixit: *Qui vos*

R 2

au-

223.) Ea sola vera ac vivifica, ut audis, fides est, quam ab Apostolis accepit Ecclesia, & filiis suis tradit. Luthero, Calvino, Socino, Jansenio non tradidit Ecclesia eam, quam ipsi introduxerunt fidem, ut fatentur Novatores, faterique debent, cum reformatores Ecclesiæ se esse gloriantur: introducta igitur ab eis fides, si Irenæum audiimus, vera ac vivifica esse nequit.

*audit, me audit, & qui vos contemnit, me contemnit,
& eum qui me misit.,, (Luc. 10. v. 6.)*

Hæc præfatus, cap. 1. ait Apostolos non ante prædicasse, vel scripsisse Evangelium, quam plene edocti a Spiritu sancto essent, omnes autem Deum unum creatorem mundi, & filium ejus Iesum Christum annunciasse. „ Non per alios dispositionem salutis nostræ cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos: quod quidem tunc præconaverunt, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundatum & columnam nostræ fidei futurum. Nec fas est dicere, quoniam ante prædicaverunt, quam perfectam haberent agnitionem; sicut quidam audient dicere, gloriantes emendatores se esse Apostolorum. Postea enim quam surrexit Dominus noster a mortuis, induiti sunt supervenientis Spiritus Sancti virtutem ex alto, & de omnibus adimpti.. exierunt in fines terræ, ea quæ a Deo bona sunt evangelizantes.. Ita Matthæus Hebræis ipsorum lingua Scripturam edidit Evangelii, 224.)

cum

224.) Hebraica, qualis & eo Christi Hebræis in usu fuit, id est Syro Chaldaica lingua Evangelium a Mattheo scriptum esse plerique facile consentiunt. Nam ante Irenæum S. Papias apud Eusebium l. 3. Hist. Eccl. c. 39. ita ha-

cum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, & fundarent Ecclesiam. Post vero horum excessum, 225.) Marcus discipulus & interpres Petri,

R 3 &

habet: „ Matthæus Hebraico sermone Divina scripsit oracula; interpretatus est autem unusquisque illa prout potuit. „ Post Irenæum vero Origenes l. 1. Exposit. in Matth. apud eundem Eusebium l. 6. Hist. c. 25. „ Sicut inquit, ex traditione accepi... primum Evangelium scriptum est a Matthæo, prius publicano, postea Apostolo Jesu Christi, qui illud Hebraico sermone conscriptum Judæis ad fidem conversis publicavit. „ Eusebius ipse l. 3. Hist. c. 24. „ Matthæus cum Hebræis primum fidem prædicasset, inde ad alias gentes profecturus, Evangelium suum patro sermone conscribens, id quod præsentiaæ suæ adhuc superesse videbatur, scripto illis, quos relinquebat supplevit. „ &c. At scripsisse Matthæum, cum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, difficile dictu est: cum Paulum nonnisi imperante Nerone Romam venisse certum sit, quo tempore Matthæus vix jam in Judæa fuerit. Chronicon certe Ale- xandr. & Nicephorus Callistus l. 2. Hist. Eccl. c. 45. eum longe ante, scilicet anno pōst ascensionem Christi XV. scripsisse ajunt. Unde fors Irenæus id solum vult, quod Petrus jam tum Romæ egerit, qui postea ibidem simul cum Paulo prædicavit.

225.) Sive post excessum Petri & Pauli e vita, sive post excessum Roma, scripsisse Evangelium Marcus dicatur, conciliari Irenæus cum aliis Patribus vix potest. Nam in primis Papias, & Clemens Alexandr. apud Eusebium l. 2.

Hist.

& ipse quæ a Petro annuntiata erant, per scripta nobis tradidit. Lucas autem sectator Pauli, quod ab illo prædicabatur Evangelium in libro condidit. Postea & Joannes discipulus Domini, qui & supra pectus ejus recumbebat, & ipse edidit Evangelium Ephesi Asiæ commorans. Et omnes isti unum factorem cœli & terræ, a Lege & Prophetis annuntiatum, & unum Christum Filium

Dei

Hist. Eccl. c. 15. ajunt Evangelium illud non modo vivo Petro scriptum, sed ab eo etiam Romæ agente probatum esse. Idemque testatur S. Athanasius in Synopsi, S. Epiphanius hær. 51. quæ est Alogorum num. 6. S. Hieronymus 1. de Script. Eccles. in Marco &c. Deinde Paulus Roma excedere vix potuit ante annum Chr. LXII. Neronis VIII. quia illuc summum anno Chr. LX. adductus est, & biennio in vinculis hæsit. Marcus autem octavo Neronis anno Alexandriae obiit, teste Eusebio in Chron. & 1. 2. Hist. c. 25. (licet is iter quoque Romanum Pauli longe citius, nempe ad an. Chr. LVIII. referat) Hinc verosimile est Ireneum Græce scripsisse, non ut nunc apud Eusebium 1. 5. Hist. c. 8. legitur: μετὰ δὲ τὴν τέταρτην ἔξοδον Μάρκος ὁ μαθητὴς &c. Sed ut Petrus Poffinus in catena Patrum ex veteri MS. Vaticano edidit: μετὰ δὲ τὴν τέταρτην Ματθαῖον Ἐυαγγελίον ἐνδοσιν, Μάρκος ὁ μαθητὴς &c. Id est: Post editum autem a Mattheo Evangelium, Marcus discipulus & interpres Petri, quæ a Petro prædicabantur, scripto nobis tradidit. Quo posito difficultas omnis tollitur.

Dei tradiderunt nobis: quibus si quis non assentit.. spernit ipsum Christum , & Patrem , & est a semetipso damnatus , repugnans saluti suæ : quod faciunt omnes hæretici. ,,

Capite II. ostendit hæreticos nec Scripturæ, nec Traditioni obsequi. „ Cum enim inquit ex Scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur Scripturarum , quasi non recte habeant, .. & quia non possit ex iis inveniri veritas ab his , qui ignorant Traditionem. Non enim per literas traditam illam , sed per vivam vocem : ob quam causam Paulum dixisse : *Sapientiam loquimur inter perfectos.* (I. Corinth. II. v. 6.) ... Cum autem ad eam Traditionem , quæ est ab Apostolis , 226.) & per successiones Presbyterorum in Ecclesiis custoditur , provocamus eos , adversantur Traditioni , dicentes se non solum Presbyteris , sed etiam Apostolis sapientiores , sicut invenisse veritatem. Apostolos enim adscuisse ea , quæ sunt legalia , Salvatoris verbis: & non solum Apostolos , sed etiam ipsum Domi-

R 4

num

226.) Præter Scripturam sacram , dari etiam Traditiones Apostolicas , Catholici pariter ac hæretici secundo seculo agnoscebant. Qui igitur has seculo XVII. pernegare cœperunt , ab omnibus , qui Christiano nomine olim censemabantur , discrepant.

num modo quidem a Demiurgo , modo a Medicitate , interdum autem a Summitate fecisse sermones.. Evenit itaque neque Scripturis jam neque Traditioni consentire eos. , ,

Capite III. invicte confutat hæreticos Traditione Apostolorum , per continuam institutorum ab iis Episcoporum , cum primis Romanorum successionem , in Ecclesia conservata. , , Traditionem Apostolorum ait , in omni Ecclesia adest respicere omnibus , qui vera velint videre : & habemus annumerare eos , qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis , & successores eorum usque ad nos , qui nihil tale docuerunt , quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent Apostoli , quæ seorsum & latenter ab reliquis perfectos docebant , his vel maxime tradarent ea , quibus Ecclesias committebant. Valde enim perfectos , & irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse , quos successores relinquebant.. quibus emendate agentibus fieret magna utilitas , lapsis autem summa calamitas. Sed quoniam valde longum est .. omnium Ecclesiarum enumera-
re successiones ; maximæ , 227.) & antiquissimæ ,

&

227.) Si Ecclesia Romana est *maxima* , & *propter potiorem* , vel ut alii legunt , *potentiorum principalitatem* , ne-
cessitatem

& omnibus cognitæ, a gloriofissimis duobus Apostolis Petro 228.) & Paulo Romæ fundatæ, &

R 5 con-

cēsse est ad eam omnes alias Ecclesiæ, omnesque fideles convenire, quidni Romanus Episcopus totius Christi Ecclesiæ caput est? & quicunque cum eo non communicant, incassum se pro Christi fidelibus venditant?

228.) Prædicasse Petrum Romæ, & Episcopalem cathedram erexisse, usque adeo Veterum omnium testimonio certum est, ut jam nē heterodoxi quidem paulo eruditiores ea de re controversiam movere velint. At quo tempore Romanum Petrus venerit, quotve annis urbis ejus Episcopatum gesserit? non perinde convenit. Eusebius l. 2. Hist. Eccles. c. 14. scribit eum venisse Romam sub Claudio, ad debellandum Simonem magum. Et in Chron. ad annum II. Claudii, Christi XLIV. ita habet: „Petrus Appstolus, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romanum proficisciuit, ubi Evangelium prædicans XXV. annis ejusdem urbis Episcopus perseverat. „Idem testatur, S. Hieronymus l. de Script. Eccles. c. 1. addens martyrio coronatum esse anno ultimo seu XIV. Neronis. Cassiodorus quoque in Chron. anno II. Claudii Romanum venisse, & XIV. Neronis anno crucifixum esse ait. His adde Orosium, qui l. 7. Hist. c. 6. Petrum exordio regni Claudii, & Severum Sulpitium, qui l. 2. Hist. longe ante Paulum venisse Romanum scribunt. Origenes contra tomo 3. in Genes. apud Eusebius l. 3. Hist. c. 1. & Laetantius l. de Mortibus persecutor. Sect. 2. ad Neronis imperium Petri Romanum adventum differunt. Ad quos e Recentioribus inclinant Pagius

constitutæ Ecclesiæ , eam quam habet ab Apostolis Traditionem , & annunciatam hominibus fidem , per successiones Episcoporum 229.) pervenientem usque ad nos indicantes , confundimus omnes eos , qui quoquo modo , vel per sibi placentiam , vel vanam gloriam , vel per cœcitatem , & malam sententiam præterquam oportet , colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem ejus principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam , hoc est eos , qui sunt undique fideles ; in qua semper conservata est ea , quæ est ab Aposto-

gius in Crit. Baron. tomo 1. & Papebrochius in Actis SS. vix plusquam XIII. annos Romano Petri Episcopatu tribuentes. Ex heterodoxis Anonymus qui Rationarium Petavii Lugduni Batavorum edidit an. MDCCXXIV. Petrum Romæ sedisse vult duntaxat ab anno Christi LIV. ad LXIV. Guilielmus Cave autem in Histor. Liter. Romam venisse primum circa an. Chr. LXIII. putat. At nihil certe est , quod a recepta passim Eusebii , Hieronymi , Caffiodori opinione recedere cogat : cum Origenes & Laftantius de secundo Romam adventu intelligi commode possint.

229.) Successio doctrinæ Apostolicæ , per continuatam Episcoporum ab Apostolis usque ad nos successionem probari debet : Reformatæ a Luther , Calvin , aliisque id genus ecclesiæ successionem Episcoporum ab Apostolis usque ad hæc tempora ostendere non possunt. Ecqui itaque de inviolata Apostolorum doctrina gloriari vel blandiri sibi audent ?

stolis Traditio. Fundantes igitur , & instruentes beati Apostoli Ecclesiam , Lino 230.) Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus Lini Paulus in his , quæ sunt ad Timotheum Epistolis meminit. Succedit autem ei Anacletus : post eum tertio loco ab Apostolis Episcopatum fortitur

230.) Inter Romanos Pontifices , post Petrum Veteres pene omnes Linum memorant ; in Chronico tamen , quod vulgo Damaso tribuitur , & veteri quodam Romanorum Pontificum indiculo , obiisse dicitur Capitone & Rufo Coss. IX. Kal. Octobris , id est anno Christi LXVII. die XXIII. Septembbris. Unde Recentiores quidam inferunt , eum vivo adhuc Petro ordinatum esse Episcopum , & dum is regiones varias peragraret , Romanam Ecclesiam gubernasse , nec integris tribus mensibus ei superstitem fuisse. Ita fere Onufrius loco *infra cit.* & Pagius in *Brev. Rom. Pontif.* Pearsonius ad leges Calvini Cicestriensis Episcopus , in *Dissert. de annis primorum Romæ Episcopor.* eum sedisse putat ab anno Christi LV. ad LXVII. Cave in *Hist. Liter.* ab anno LXIII. aut LXIV. ad LXVII. Dominicus Vallarius in *Notis ad Chron. Eusebii* ait , vivo Petro tanquam Vicarium & Coadjutorem præfuisse Ecclesiæ annis fere IX. & post ejus martyrium annis II. ac III. fere mensibus. Eusebius vero ipse initia ejus refert ad an. Car. LXX. quo Petrum martyrio affectum putat ; sedisse vero annis XI. addit. Petavius l. 13. de *Doctr. Tempor.* Petro suffectum ait anno Chr. LXVII. & sedisse annis XI. mens. II. dieb. XXIII. *Anonymous* editor *Rationarii Petavii* duos tantum annos illi tribuit , nempe ab anno Chr. LXV. ad LXVII.

tur Clemens, 231.) qui & vidit Apostolos, & contulit cum eis, cum adhuc insonantem prædi-
ca-

231.) De Lini Successore variant veteres. Irenæo consentit Eusebius 1. 3. Hist. Eccl. c. 13. scribens: „ Vespaſiano.. ſucceffit filius Titus. Cujus ſecundo imperii anno Linus Ecclefia Romana Epifcopus, cum eam duodecim annis adminiftraffet, Anacleto (velut alii legunt Anencleto) deinde regendam tradidit. „ Et in Chronico (ubi tamen Cletum vocat) ad eundem Titi annum, & Christi juxta i- pſum LXXXII. „ Romanæ inquit Ecclefia ſecondus conſtituit Epifcopus Cletus annis XII. „ Pariter S. Epiphanius hær. 27. quæ eft Carpocratianor. num. 6. ubi etiam plura notatu digna addit in hæc verba. „ Romæ primi omnium Petrus & Paulus Apoftoli pariter atque Epifcopi fuerunt. Inde Linus, tum Cletus, poft Clemens, Petri & Pauli temporum æqualis, de quo Paulus meminit ad Romanos ſcribens. Neque vero miretur aliquis, quod ante i- pſum in Pontificiam dignitatem alii Apoftolis ſucceſſerint, cum Petri ac Pauli eſſet æqualis: iſdem enim ille tempori- bus vixit. Utrum illis adhuc ſuperstitibus impositis ma- nibus, Epifcopus a Petro confecratus, eaque detrectata provin- cia ab omni administratione vacaverit, (Ita enim in quadam epiftola ſcripsit: *Recedo, exeo, inflet populus Dei;* nonnullis videlicet hoc modo conſulens: nam in quibusdam commentariis ita ſcriptum reperimus) an potius ſecondum Apoftolos ab Epifcopo Cleto ſit conſtitutus, liquido non conſtat. Quanquam vel hac quidem ratione poterant vi- ventibus adhuc Apoftolis Petro ac Paulo, Epifcopi alii fur-

cationem Apostolorum, & Traditionem ante oculos haberet non solus; adhuc enim multi supererant tunc ab Apostolis docti. Sub hoc Clemente diffensione non modica inter eos, qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit, quæ est Romæ Ec-
cle-

surrogari, quod iidem illi prædicandi Evangelii gratia in alias urbes, regionesque profectionem susciperent, carere autem Episcopo Roma non posset. Siquidem Paulus in Hispaniam pervenit, Petrus vero Pontum, ac Bythiniam sæpenumero peragravit. Ac fieri sane potuit, ut primum Clemente constituto, cum is defugeret (si ita tamen contigit, quod ego opinando potius quam asseverando dixerim) postea Lino, Cletoque mortuis, qui XII. annorum spacio singulatim Episcopatum obtinuerunt; post Apostolorum Petri Paulique necem, quæ in annum Neronis XII. incurrit, tum demum Pontificatum capessere sit coactus. Sed utcunque sese res habuerit, Romanorum Pontificum ista successio est. Petrus & Paulus, Linus, ac Cletus, Clemens, Evaristus, Alexander, Xistus, Telesphorus, Hyginus, Pius, Anicetus &c. „, Contra S. Augustinus Ep. 53. ad Generosum, Romanos Pontifices sic recenset. „, Petro successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus. „, Et S. Optatus Milev. l. 2. contra Parmenian. „, Cathedra inquit, una est, in qua sedit prior Petrus; cui successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus &c. „, Tertullianus vero ante Linum etiam sedisse Clementem innuit l. de Præscript. num. 11. inquiens: „, Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum, ab Joanne collocatum refert; sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum refert. „,

clesia potentissimas literas Corinthiis , ad pacem eos congregans , & reparans fidem eorum , & annuncians quam in recenti ab Apostolis acceperat Traditionem , annunciantem unum Deum omnipo-tentem , factorem cœli & terræ , plasmatorem hominis .. qui Legem disposuit , Prophetas misit , ignem præparavit diabolo & angelis ejus . Hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesiis annunciarci , ex ipsa Scriptura , qui velint , disce-re possunt , & Apostolicam Ecclesiæ Traditionem ; cum sit vetustior epistola his , qui nunc falso do- cent , & alterum Deum super Demiurgum , & fa-ctorem omnium , quæ sunt , mentiuntur . Huic autem Clementi succedit Evaristus , & Evaristo Alexander , & deinceps sextus ab Apostolis con-stitutus est Sixtus ; ab hoc Telesphorus , qui et-iām glorioſiſſime martyrium fecit : deinceps Hy-ginus , post Pius , post quem Anicetus . Cum au-tem ſuccellifet Aniceto Soter , nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherus .

232.) Hac ordinatione & ſucceſſione , ea quæ eſt
ab

232.) Successionem & annos primorum Pontificum Eu-ſebius in Chronico ita digerit . Petrus Cathedram Romæ erexit anno Christi XLIV . & tenuit ad an . LXX . annis 25 . Post eum ſedit Linus ab an . LXX . ad LXXXI annis 11 .

Cle-

ab Apostolis in Ecclesia traditio , & veritatis præconatio pervenit usque ad nos. Et est plenissima

Cletus vel Anacletus ab LXXXII. ad XCIV. annis 12. Clemens a XCIV. ad CII. annis 9. Evaristus a CII. ad CX. annis 9. Alexander a CX. ad CXX. annis 10. Sixtus a CXX. ad CXXX. annis 10. Telephorus a CXXX. ad CXLI. annis 11. Hyginus a CXLI. ad CXLIV. annis 4. Pius a CXLV. ad CLX. annis 15. Anicetus a CLX. ad CLXX. annis 10. Soter a CLXX. ad CLXXVIII. annis 8. Eleutherus a CLXXVIII. ad CXCIV. annis 15. E recentioribus Dionysius Petavius Animadversion. in Epiphanium ad hæresim Carpocratian. 27. „ Romanorum Pontificum inquit , qui a Petro proximi fuerunt , perobscura series est , varieque scriptorum opinione jaſtata . . Ac præcipua quidem de Lini , ac Cleti Pontificatu controversia : quos plerique non Petri successores , nec ordinarios Pontifices , sed Chorépiscopos extitisse putant , ab eoque vice sua , quo præsertim tempore abeſſet , Urbi præfectos : alii legitimos & ordinarios faciunt . Utriusque ſententia mentionem facit Epiphanius ; & utra verior sit , incertum relinquit . Priorem ex pseudo - Damaso amplectitur Onufrius in Chronico , qui a Petro adhuc ſuperſtitie Chorépiscopos duos conſtitutos ait , Linum atque Cletum , anno Pontificatus ſui XIV. Paulo vero anteq̄am moreretur , eundem Petrum ſuccellorem ordinasse Clementem anno Christi I XVIII. Linus porro eodem anno , quo Petrus , paucis meſib⁹ interjectis , nempe IX. Kal. Octobris paſſus est . Clemens primus post Petrum Romanus Pontifex ſedit an. IX. mens.

ma hæc ostensio, unam & eandem vivificantem fidem esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis usque nunc fit

IV. dies XXVI. Qui cum Vespasiano VII. & Tito V. Coss. anno Christi LXXVII. mortuus esset, successorem habuit Cletum; qui Clementis hactenus non Collega, sed minister fuerat. Atque is Pontificatum tenuit an. VI. mens. V. dies III. Cum Episcopus ac Pontificum minister annis antea XX. mens. V. dieb. XII. extitisset: ut in totum an. XXVI. mens. X. dieb. XV. Episcopatum gesserit. Moritur autem anno Chr. LXXXIV. Domitiano IX. & A. Virginio Coss. Hunc Anacletus exceptit. Hæc Onufrius. A quibus veteres plerique præstantissimi Scriptores, ac recentiores dissentunt; quatenus Linum & Cletum, sive Anacletum, post Petrum legitimos & ordinarios Pontifices numerant, ut Irenæus l. 3. c. 3. Eusebius in Chron. & Histor. Tertullianus, Epiphanius, & alii innumeri. Quibus libenter accedimus. Sed illorum plerique Cletum cum Anacleto eundem faciunt. Quæ omnia recte in Annalibus (Baronii) ac diligenter exposita sunt: sed viciosa est ibidem annorum ratio, & biennii *'αναχρονισμὸς* ubique commissus.. Quocirca castigatam Pontificum Romanorum seriem, & ad veros annos redactam hoc loco subjiciam, eorum duntaxat, quos Epiphanius recenset. Primus igitur Romæ Pontificatum tenuit Petrus, qui anno Neronis XIII. passus est Capitone & Rufo Coss. qui est Julianus CXII. Æra Dionysianæ LXVII. non LXIX. ut est in Annalibus, aut ut Onufrio placet LXVIII. Hic enim uno anno, illi biennio verum tempus antevertunt.. Eodem anno Linus

fuc-

fit conservata, & tradita in veritate. Et Polycarpus autem non solum ab Apostolis edocitus,

S. Irenæi Episc. & Mart.

S &

successit : cui annos imputant XI. mens. II. dies XXIII. Idemque mortuus est anno Dionysiano LXXVIII. die XXIII. Septembbris ; non ut illi censem LXXX. Tertius Linum Cletus exceperit, sed sitque an. XII. mens. VII. dies II. Obiit anno Dionys. (seu Aëra vulgaris) XCI. die XXVI. Aprilis , Trajano & Glabrone Coss. Quartus est Clemens : cui anni tribuuntur IX. mens. VI. dies VI. Moritur anno Dionys. C. die IX. Kal. Decembris. Quintus Romæ præfuit Anacletus annis IX. mens. III. dieb. X. Obiit anno CX. Sextus Evaristus : qui sedet an. IX. mens. III. (1. 13. de Doctr. Temp. addit idem Petavius dies. X.) Mortuus anno CXIX. die XXVI Octobris. Septimus est Alexander : qui sedet an. X. aut amplius eo aliquot menses (1. 13. de Doctr. Temp. menses V. dies XX.) Vixit ad annum usque CXXX. Quo eodem anno Pontifex creatus est Xystus. Is annis X. expletis (vel ut 1. 13. de Doctr. Temp. an. X. minus uno mense & dieb. XXII.) mortuus est anno Chr. CXL. Post eum Telesphorus sedet an. XI. mens. IX. dies III. Martyrium fecit anno CLII. Post hunc Hyginus an. IV. qui obiit anno CLVI. Tum Pius : cui Annales imputant annos IX. mens. VI. Obiit anno CLXV. Dein Anicetus sedet an. VIII. mens. III. dies VII. (juxta 1. 13. de Doctr. Temp. annos VIII. menses IX.) Moritur anno Christi CLXXIII. , Hactenus Petavius loco cit. Ut vero duorum etiam reliquorum ab Irenæo hic commemorationum Pontificam tempora juxta ejus mentem noverimus ,

illa

& conversatus cum multis ex eis, qui Dominum nostrum viderunt; sed etiam ab Apostolis in Asia,
in

illa ex laudato l. 13. de Doctr. Temp. addere juvat. Aniceto igitur eodem anno CLXXIII. post dies XVII. successit Soter, & sedet annos IV. martyrio coronatus anno CLXXVII. die XXII. Aprilis. Ei post dies XI. suffectus est Eleutherus, sedetque an. XV. dies XXIII. mortuus anno CXII. die VII. Kal. Junii.

Addo etiam opinionem Pagii, & Anonymi, qui Rationarium Petavii nonnihil locupletatum Lugduni Batavorum recudit anno MDCCXXIV. Uterque Petrum Romanum venisse censet primum imperante Nerone, circa finem anni Christi LIV. martyrio autem affectum Pagius in Critica Baronii putat anno Chr. LXV. Neronis XII. cum Imperii Proconsularis quindecennalia ageret. Ac proinde Pontificatum ejus restringit ad annos circiter XI. de die vero martyrii nil certi statui posse ait. Anonymus eidem anno Christi LIV. iter Petri Romanam, & Pontificatus initium affigit, sedisse autem X. annis tantum, & obiisse anno LXIV. scribit. Linum uterque initio ipso Pontificatus in adjutorem a Petro adscitum esse opinatur, & post ejus martyrium ab anno LXV. ad LXVII. Pontificem fuisse. Huic eodem anno LXVII. juxta illos successit Clemens, & sedet annis 8. mortuus anno Christi LXXV. Secutus est eodem anno Cletus, sedetque ad an. Christi LXXXIII. annis 8. Tum Anacletus ab anno LXXXIII. ad XCV. annis 12. Evaristus ab anno XCV. ad CVIII. annis 13. Alexander ab anno CVIII. ad CXVI. annis 8. Sixtus ab anno CXVI.

in ea quæ est Smyrnis Ecclesia constitutus Episcopus, quem & nos vidimus in prima nostra ætate (multum enim perseveravit, & valde senex gloriofissime & nobilissime martyrium faciens exiuit de hac vita) hæc docuit semper, quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera. Testimonium his perhibent, quæ sunt in Asia Ecclesiæ omnes, & qui usque adhuc successerunt Polycarpo: qui vir multo majoris auctoritatis, & fidelior veritatis est testis, quam Valentinus, & Marcion, & reliqui, qui sunt perversæ sententiae. Is enim est, qui sub Aniceto cum advenisset in urbem, multos ex his, quos prædiximus, hæreticos convertit in Ecclesiam Dei, unam & solam hanc veritatem annuncians ab Apostolis percepisse se, quam & Ecclesiæ tradidit. Et sunt, qui audierunt eum dicentem, quoniam Joannes Domini discipulus in Epheso iens lavari, cum vidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens quod timeat, ne bal-

S 2

ne-

CXVI. ad CXXVI. annis 10. Telesphorus ab anno CXXVI. ad CXXXVII. annis 11. Hyginus ab anno CXXXVII. ad CXLI. annis 4. Pius ab anno CXLI. ad CLI. annis 10. Anicetus ab anno CLI. ad CLXI. annis 10. Soter ab anno CLXI. ad CLXX. annis 9. Eleutherus ab anno CLXX. ad CLXXXV. annis XV.

neum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus Marcioni, aliquando occurrenti sibi, & dicenti: *Cognoscis nos?* respondit: *Cognosco te primogenitum satanæ.* Tantum Apostoli, & horum discipuli habuerunt timorem, ut ne verbotenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem; quemadmodum & Apostolus ait: *Hæreticum hominem post unam correptionem devita, sciens quoniam perversus est, qui talis est, & est a semetipso damnatus.* (Tit. 3. v. 10.) Est autem & Epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima, ex qua & characterem fidei ejus, & prædicationem veritatis, qui volunt, & curam habent suæ salutis, possunt discere. Sed & quæ est Ephesi Ecclesia, a Paulo quidem fundata, Joanne autem permanente apud eos usque ad Trajani tempora, testis est verus Apostolorum Traditionis. „

Capite IV. veritatem a sola Ecclesia Catholica, Traditionis & doctrinæ Apostolicæ custode petendam esse docet, hæreses autem novas esse ostendit, ut quæ ad Apostolos originem suam referre nequeant. „ Tantæ inquit ostensiones cum sint, non oportet quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia summere; cum Apostoli, quasi in depositarium dives, plenissime in eam

eam contulerint omnia.. ut quicunque velit , summat potum vitæ ex ea. 233.) Hæc est enim vitæ introitus , omnes autem reliqui fures sunt & latrones. Propter quod oportet devitare quidem illos , quæ autem sunt Ecclesiæ , cum summa diligentia diligere , & apprehendere veritatis Traditionem. 234.) Quid enim etsi de aliqua modica quæstione disceptatio esset , nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesiæ , 235.) in qui-

S 3 bus

233.) Ad Ecclesiam scilicet , ceu columnam Dei vi-
vi , & firmamentum veritatis pertinet , cum Scripturas &
Traditiones genuinas a spuriis fecernere , tum sensum ultra-
rumque declarare , & dubia litesque dirimere. Unde & S.
Augustinus 1. de utilitate credendi c. 14. „ Ecclesia in-
quit , culmen auctoritatis obtinuit : cui nolle primas dare
vel summæ profecto impietatis , vel præcipitis arrogantiæ
est. „

234.) Qui Traditionem tantopere commendat , non ex-
istimavit utique omnia ad fidem & mores pertinentia in
Scriptura diserte contineri : neque eam solam pro regula
Fidei habuit. Procul igitur ab Irenæo discedunt , qui non-
nisi scriptum Dei verbum , idque non juxta mentem Eccle-
siæ , sed juxta privatum cujusque spiritum intellectum ,
regulam Fidei esse volunt.

235.) Ita etiam Tertullianus 1. de Præscript. num.
14. „ Age jam qui voles curiositatem melius exercere in

ne-

bus Apostoli conversati sunt , & ab eis summere,
quod certum & liquidum est ? Quid autem si ne-
que Apostoli Scripturas reliquissent nobis , non-
ne oportebat ordinem sequi Traditionis , quam
tradiderunt iis , quibus committebant Ecclesias ?
Cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbaro-
rum , qui in Christum credunt , sine charta & atra-
mento scriptam habentes per Spiritum in cordi-
bus suis salutem , & veterem Traditionem diligen-
ter custodientes : 236.) in unum Deum creden-
tes

negocio salutis tuæ , percurre Ecclesias Apostolicas , a-
pud quas ipse adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præ-
sidentur , apud quas ipsæ authenticæ eorum literæ recitan-
tur , sonantes vocem , & repræsentantes faciem uniuscujusque.
Proxima est tibi Achaja ? habes Corinthum. Si non longe
es a Macedonia ; habes Philippos , habes Theffalonicenses.
Si potes in Asiam tendere , habes Ephefum. Si autem Ita-
liae adjaces , habes Romam , unde nobis quoque auctoritas
præsto est. Felix Ecclesia , cui totam doctrinam Aposto-
li cum sanguine suo profuderunt ! ubi Petrus passioni Do-
minicæ adæquatur , ubi Paulus Joannis exitu coronatur , ubi
Apostolus Joannes posteaquam in oleum igneum demersus ,
nihil passus est , in insulam relegatur . „ Utinam hanc do-
ctrinam fecuti fuissent , qui seculo XVI. de Indulgentiis ,
Sacramentis , aliisque disceptare cœperunt , non profecto
tot dissidiis , bellis , calamitatibus Europam involvissent !

236.) Quemadmodum ab Adamo usque ad Moysem ,
ita & post Christi obitum usque ad conscripta Evangelia ,
fola

tes fabricatorem cœli & terræ , & omnium , quæ in eis sunt , per Christum Jesum Dei Filium. Qui propter eminentissimam erga figmentum suum dilectionem , eam quæ ex Virgine est generationem sustinuit , ipse per se hominem adunans Deo ; & passus sub Pontio Pilato , & resurgens , & in claritate receptus , in gloria venturus Salvator eorum , qui salvantur , & judex eorum qui iudicantur , & mittens in ignem æternum transfiguratores veritatis , & contemptores Patris sui , & adventus ejus. Hanc fidem qui sine literis crediderunt , quantum ad sermonem nostrum barbari sunt , quantum autem ad sententiam , & conversationem , sapientissimi ; & placent Deo converfantes in omni justitia , castitate , & sapientia. Quibus si aliquis annunciarerit ea , quæ ab hereticis adinventa sunt ,.. statim concludentes aures fugient , ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium. Sic per veterem Apostolorum Traditionem , ne in conceptionem quidem mentis admittunt quocunque portentiloquium. Ante Va-

S 4

len-

sola Traditione universa Ecclesia regebatur , diuque etiam postea gentes omnes Hebraicæ & Græcæ linguae ignaræ cum in linguas alias fero admodum Scripturæ translate sint. Quis itaque Verbum Dei traditum ejusdem cum scripto auctoritatis esse neget ?

lentinum enim non fuerunt , qui sunt a Valentino ; neque ante Marcionem , qui sunt a Marcione ; nec omnino reliqui , quos supra enumeravimus , antequam inventores perversitatis eorum fierent . 237) Valentinus enim venit Romam sub Hygino , increvit sub Pio , & prorogavit tempus usque ad Anicetum . Cerdon autem , qui ante Marcionem , & hic sub Hygino , qui fuit octavus Episcopus , saepe in Ecclesiam veniens , & exomologesim 238) faciens sic consummavit , modo quidem latenter docens , modo vero exomologesim faciens , modo ab aliquibus traductus de his , quæ docebat

ma-

237.) Ante Lutherum quoque & Melanchtonem non erant ii , qui se Evangelicos , vel Confessionis Augustanæ sectatores dicunt ; nec ante Zwinglium , Calvinum , Bezam ii , qui reformati , vel Helveticæ Confessioni addicti dicuntur ; nec Anabaptistæ ante Nicolaum Storck & Thomam Müntzerum , nec novi Ariani ante Faustum & Lælium Socinos , nec Jansenistæ ante Irenensem Jansenium . Novitiae igitur omnes hæc sectæ sunt , novitateque ipsa falsitatem suam satis produnt .

238.) Iterata hæc exomologesis Cerdonis , non aliud quam confessio & penitentia de admissa heresi erat . Non solum itaque Irenæi & Hygini Papæ & vno peccatorum coram Sacerdote Confessio in usu fuit , sed repetitis etiam vicibus in eadem crima post Baptismum relapsis penitentia & venia indulgebatur .

male, & abstentus a religiosorum hominum con-
ventu. Marcion autem illi succedens invaluit sub
Aniceto, decimum locum Episcopatus tenente.
Reliqui qui vocantur Gnostici, a Menandro Si-
monis discipulo, quemadmodum ostendimus, ac-
cipientes initia, unusquisque ejus participatus
est sententiæ, ejus pater & antistes apparuit.,,

Capite V. Christum & Apostolos non secun-
dum opinionem auditorum, sed vere & sine omni
fuco unum Deum Patrem, rerum omnium condi-
torem prædicasse, his demonstrat.,, Traditione,
quæ est ab Apostolis, sic se habente in Ecclesia,
& permanente apud nos, revertamur ad eam,
quæ est ex Scripturis ostensionem.. ostendentes
quoniam Dominus noster Jesus Christus verus est,
& mendacium in eo non est. Quemadmodum &
David eam, quæ ex Virgine est, generationem
ejus, & ex mortuis resurrectionem prophetans
ait: *Veritas de terra orta est.* (Pf. 84. v. 12.) Et
Apostoli autem discipuli veritatis existentes extra
omne mendacium sunt: non enim communicat
mendacium veritati, sicut non communicant te-
nebræ luci; sed præsentia alterius excludit alte-
rum. Veritas ergo Dominus noster existens, non
mentiebatur: & quem sciebat labis esse fructum,
non utique Deum confiteretur, & Deum omnium,

summum Regem , & Patrem suum , perfectus imperfectum , spiritualis animalem , is qui in plerome esset , eum qui extra Pleroma. 239.) Neque discipuli ejus alium quendam Deum nominarent , aut Dominum vocarent , præter eum , qui vere est Deus , & Dominus omnium : quemadmodum dicunt hi vanissimi sophistæ..... Agnitio nem enim faciebat Dominus discipulis suis , per quam & curabat languores , & peccatores a peccando coercedat. Non igitur secundum pristinam opinionem loquebatur eis , neque secundum suspicionem interrogantium respondebat , sed secundum doctrinam salutarem , sine hypocrisi , & sine personæ acceptione.. Qui quidem his , qui erant ex circumcisione , ostendebat Filium Dei , eum , qui per Prophetas prædicatus fuerat , Christum , hoc est semetipsum , qui libertatem homini-

ni-
139.) Argumentum istud S. Patris contra Valentianos hunc fere sensum facit. Juxta Scripturam Christus est verax , imo veritas ipsa , & juxta vos est Spiritualis , ac de Pleromate ; atqui Christus Demiurgum seu Creatorem mundi vocat Deum , & quidem summum , Patremque suum ; quod utique nec veritate , nec dignitate sua salva facere potuissest , si illum non esse revera Deum , sed ex Achamothæ ut afferitis passionibus ortum , animalem , extra Pleroma esse sciisset : Demiurgus igitur seu Creator mundi est Deus verus & summus.

nibus restauraverit , & attribuerit incorruptæ hæreditatem. Gentes autem docebant Apostoli, ut relinquerent vana signa & lapides , quæ suspicabantur esse deos , & verum colerent Deum , qui fecisset omne hominum genus , & conditionem suam aleret , augeret , constabiliret , & ei esse præstaret ; & ut expectarent Filium ejus Christum Jesus (qui redemit nos de apostasia sanguine suo) de cœlis descensurum in virtute Patris ; qui & iudicium omnium facturus est , & ea quæ a Deo sunt bona donaturus his , qui servaverint præcepta ejus. Hic in novissimis temporibus apparens , lapis summus angularis in unum collegit , & univit eos qui longe , & eos qui prope , hoc est circumcisio nem & præputium , dilatans Japhet , & constit uens eum in domo Sem. , ,

Ex dictis infert Capite VI. Creatorem so lum vere ac proprie Deum esse , idque confirmat ex eo , quod etiam Spiritus sanctus in Scripturis nusquam alium absolute , & sine addito diminuente Deum ac Dominum appellat , quam Patrem universorum , & Filium ejus. „ Neque igitur Dominus , neque Spiritus sanctus , neque Apostoli eum , qui non esset Deus , definitive & absolute Deum nominassent , nisi esset verus Deus ; neque Dominum appellassent aliquem ex sua persona , nisi

nisi qui dominatur omnium, Deum Patrem, & Filium ejus, qui dominium a Patre suo accepit omnis conditionis; quemadmodum habet illud: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, quo ad usque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum.* (Ps. 109. v. 1.) Patrem enim Filio collocutum ostendit: qui dedit ei hæreditatem gentium, & subjecit ei omnes inimicos. Vere igitur cum Pater sit Dominus, & Filius vere sit Dominus, merito Spiritus sanctus Domini appellatione signavit eos. Et iterum in eversione Sodomorum: *Pluit Dominus super Sodomam & Gomorrah ignem & sulphur a Domino 240.) de celo.* (Gen. 19. v. 24.) Filium enim significat, qui & Abrahæ collocutus sit, a Patre accepisse potestatem ad iudicandum Sodomitas, propter iniquitatem eorum. Similiter habet illud: *Sedes tua Deus in æternum, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus.* (Ps. 44. v. 7. & seq.) Utrosque enim Dei ap-

pel-

^{240.)} Justinus quoque Dial. cum Tryph. Tertullianus 1. advers. Praxeam, Cyrillus Alexandr. 1. 1. in Joan. Hilarius 1. de synodis, Ambrosius 1. 1. de Fide c. 2. Hieronymus in c. 45. Isaiæ, aliquique Patres, ex his Scripturæ verbis plures in Deo ejusdem substantiæ hypostases arguunt.

pellatione signavit Spiritus, & eum, qui ungitur,
 Filium, & eum, qui ungit, id est Patrem. Et
 iterum: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio*
autem deos dijudicat. (Ps. 81. v. 1.) De Patre &
 Filio, & de his, qui adoptionem perceperunt,
 dicit: hi autem sunt Ecclesia. Hæc est enim syna-
 goga Dei, quam Deus, hoc est Filius ipse per
 semetipsum collegit. De quo iterum dicit: *Deus*
deorum Dominus locutus est, & vocavit terram. (Ps.
 49. v. 1.) Quis Deus? de quo dixit: *Deus mani-
 feste veniet, & non silebit.* (Ibid. v. 3.) hoc est
 Filius, qui secundum manifestationem hominibus
 advenit.. Quorum autem deorum? quibus dicit:
Ego dixi, dii estis, & filii Altissimi omnes. (Ps.
 81. v. 6.) hi scilicet, qui adoptionis gratiam ade-
 pti sunt, per quam clamamus *Abba Pater.* (Rom.
 8. v. 15.) Nemo igitur aliis, quemadmodum præ-
 dixi, Deus nominatur, aut Dominus appellatur,
 nisi qui est omnium Deus & Dominus, qui & Moy-
 si dixit: *Ego sum, qui sum.* *Sic dices filiis Israel,*
Qui est, misit me ad vos; (Exod. 3. v. 14.) &
 hujus Filius Jesus Christus Dominus noster. 241)
 qui

241.) De Spiritu Sancto tacet hic Irenæus: quia quos
 impugnat hæretici disputabant potissimum de Creatore mun-
 di, blasphemantes eum non esse vere ac proprie Deum, aut

qui filios Dei facit credentes in nomen suum. Et iterum loquente Filio ad Moysen : *Descendi inquit, eripere populum hunc.* (Ibid. v. 8.) Ipse est enim , qui descendit , & ascendit propter salutem hominum. Per Filium itaque , qui est in Patre , & habet in se Patrem , is qui est , manifestatus est

certe diversum a Deo bono Patre Christi statuentes : & de Christo ipso , quem in plures Æones , Supremo Patre & Deo longe inferiores dividebant. Alibi tamen locis pluribus Spiritum Sanctum itidem Deum verum , Patri & Filio consubstantialem esse agnoscit: ut cum l. 2. c. 30. l. 3. c. 21. l. 4. c. 20. &c. eum in rerum creatione Deo Patri & Filio consociat ; ei perinde ac Filio servire & subiectos esse omnes Angelos dicit l. 4. c. 7. eundem ante omnium constitutionem & semper coexistere Patri & Verbo docet l. 4. c. 20. &c. Luculentissime vero Divinitatem ejus profitetur l. 5. c. 12. ubi inter afflatum vitæ , & Spiritum vivificantem distinguens ait „ Spiritum quidem proprie in Deo (Græce ἡπερ Θεόν in Deum) deputari , afflatum autem communiter in conditionem , & facturam ostendi. Aliud autem est , quod factum est , ab eo , qui fecit. Afflatus igitur temporalis , Spiritus autem Sempiternus &c. , Et l. 4. c. 6. ubi totum Divinæ Triados mysterium ita explicat. „ Ab initio assistens Filius suo plasmati revelat omnibus Patrem , quibus vult , quando vult , & quemadmodum vult Pater ; & propter hoc in omnibus & per omnia unus Deus Pater , & unum Verbum Filius , & unus Spiritus , & una salus oīnibus credentibus in eum. „

est Deus , Patre testimonium perhibente Filio , & Filio annunciantे Patrem.. Cum autem eos , qui non sunt dii , nominat , non in totum Scriptura ostendit illos deos , sed cum aliquo additamento , & significatione , per quam ostenduntur , non esse dii. Quemadmodum apud David : *Dii gentium , idola dæmoniorum.* (Ps. 59. v. 5.) Et *Deos alienos non seclabimini.* (Ps. 8. v. 10.) Ex eo quod dicit : *dii gentium , & deos alienos , abstulit , quod sint dii.* A sua autem persona quod est , dicit de ipsis ; sunt enim inquit , *idola dæmoniorum....* Et Apostolus autem Paulus.. ait : *Scimus , quoniam nihil est idolum , & quoniam nemo Deus , nisi unus. Etenim si sunt , qui dicuntur dii , sive in cælo , sive in terra ; nobis unus Deus Pater , ex quo omnia , & nos in illum : & unus Dominus Jesus Christus , per quem omnia , & nos per ipsum.* (I. Corinth. 8. v. 4. & seq.) Distinxit enim , & separavit eos , qui dicuntur quidem , non sunt autem dii , ab uno Deo Patre , ex quo omnia ; & unum Dominum Jesum Christum ex sua persona firmissime confessus est. Quod autem *sive in cælo , sive in terra , non quemadmodum exponunt hi , dicit mundi fabricatores ;* sed simile est ei , quod a Moysè dictum est : *Non facies tibi omnem similitudinem in Deum , quæcumque in cælo sursum , & quæcumque in terra deorsum , &*

quæ-

quæcunque in aquis sub terra. (Deuter. 5. v. 8.) Quæ autem in cœlo sint , ipse exponit : *Ne quando inquit , respiciens in cœlum , & videns solem , & lunam , & stellas , & omne ornamentum cœli , errans adores ea , & servias eis.* (Deuter. 4. v. 19.) , ,

Quatuor sequentibus Capitibus idem argumentum urget , probatque Deum Creatorem , & Filium ejus Jesum Christum in Scripturis etiam novi Testamenti pro Deo vero prædicari . , , Quoniam Angeli , ait c. 8. five Archangeli , five Throni , five Dominationes , ab eo , qui super omnes est Deus , constituta sunt , & facta per Verbum ejus , Joannes significavit . Cum enim dixisset de Verbo Dei , quoniam erat in Patre , adjecit : *Omnia per ipsum facta sunt , & sine eo factum est nihil.* (Joan. 1. v. 3.) David quoque cum enumerasset universa , quæ diximus , & cœlos , & omnes virtutes eorum , adjecit : *Quoniam ipse præcepit , & creata sunt , ipse dixit , & facta sunt.* (Ps. 32. v. 9.) Cui ergo præcepit ? Verbo scilicet , per quod inquit , *Cœli firmati sunt , & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* (Ibid. v. 6.) Quoniam autem ipse omnia fecit libere , & quemadmodum voluit , ait iterum David : *Deus noster in cœlis sursum , & in terra omnia quæcunque voluit , fecit.* (Ps. 113. v. 11.) Altera autem sunt , quæ constituta sunt ,

ab

ab eo qui constituit , & quæ facta sunt ab eo qui fecit. Ipse enim infectus & sine initio , & sine fine , & nullius indigens , ipse sibi sufficiens , & reliquis omnibus ut sint , præstans. Quæcunque vero ab eo sunt facta , initium sumpserunt. Quæcunque autem initium sumpserunt , & dissolucionem possunt percipere , & subjecta sunt , & indigent ejus , qui se fecit : necesse proinde est , ut differens vocabulum habeant apud eos etiam , qui vel modicum sensum in discernendo habent : ita ut is quidem , qui omnia fecerit , cum Verbo suo juste dicatur Deus , 242.) & Dominus solus ; quæ autem facta sunt , non jam ejusdem vocabuli participalia sint , quod est Creatoris..... Unus igitur , (pergit c. 9.) & idem Deus , qui a Prophetis prædicatus est , & ab Evangelio annunciatus , & hujus Filius , qui ex fructu ventris David , id est ex David Virgine , & Emmanuel ; cuius & stellam Balaam sic prophetavit : *Orietur stella ex Jacob , & surget Dux in Israel.* (Numer. 24. v. 15.)

S. Irenæi Episc. & Mart.

T Mat-

242.) Juxta Irenæum locis supra cit. Deus Pater perinde per Spiritum , ac per Verbum fecit omnia : perinde igitur Spiritus Sanctus est infectus , sine initio , sine fine , nullius indigens , ipse sibi sufficiens , & omnibus reliquis ut sint præstans , quodque sequitur æque juste dicitur Deus , ac Verbum , & Pater.

Matthæus autem Magos ab Oriente venientes ait dixisse : *Vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum ;* (Matth. 2. v. 2.) deductosque a stella in domum Jacob ad Emmanuel , per ea , quæ obtulerunt , munera ostendisse , quis erat , qui adorabatur : Myrrham quidem , quod ipse erat , qui pro mortali humano genere moreretur , & sepeliretur ; Aurum vero , quoniam Rex , cuius regni finis non est ; Thus vero , quoniam Deus ; 243.) qui & notus in *Judæa factus est* , (Ps. 75. v. 2.) & manifestus his , qui non quærebant eum . Adhuc ait in Baptismate Matthæus : *Aperti sunt ei cæli , & vidit Spiritum Dei , quasi columbam venientem super eum . Et ecce vox de cælo dicens : Hic est Filius meus dilectus , in quo mihi bene complacui .* (Matth. 3. v. 16.) Non enim Christus tunc descendit in Jesum , neque alias Christus , alias Jesus ; sed Verbum Dei , qui est Salvator omnium , & Dominator cæli & terræ . qui & assumpsit carnem ,

243.) Alii quoque Patres munera hæc a Magis Christo oblata eodem communiter sensu explicant , quem Sedulus distycho uno sic complexus est .

Aurea nascenti fuderunt munera Regi ,

Thura dedere Deo , myrrham tribuere sepulchro .

Et Juvencus versu unico :

Thus , aurum , myrrham , Regique , hominique , Deoque .
Dona ferunt .

nem, & unctus est a Patre Spiritu, Jesus Christus factus est. Sicut & Esaias ait: *Ecce virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescat super eum Spiritus Dei.*) Isai. 11. v. 1. & seq.) Et iterum: *Spiritus Dei super me, quapropter unxit me, evangelizare humilibus misit me &c.* (Isai. 61. v. 1. & seq.) Nam secundum id quod Verbum Dei homo erat, ex radice Jesse, & filius Abrahæ, secundum hoc requiescebat Spiritus Dei super eum, & ungebatur ad evangelizandum humilibus: secundum autem quod Deus erat.. advocabat omnes homines plangentes, & remissionem his, qui a peccato in captivitatem deducti erant; donans solvebat eos a vinculis... Lucas quoque, (prosequitur c. 10.) sectator & discipulus Apostolorum.... de Angelo referens ait: *In ipso tempore missus est Angelus Gabriel a Deo, qui & dixit Virgini: Noli timere Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.* (Luc. 1. v. 26. & seq.) Et de Domino dicit: *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus thronum David patris sui, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis.* (Ibid. v. 32. & seq.) Quis est autem aliis, qui regnat in domo Jacob sine intermissione in æternum, nisi Christus Jesus Dominus noster Filius Dei Altissimi, qui per Legem & Pro-

phetas promisit Salutarem suum facturum se omni carni visibilem , ut fieret filius hominis , ad hoc ut & homo fieret filius Dei ? Propter quod & exultans Maria clamabat pro Ecclesia prophetans : *Magnificat anima mea Dominum , & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Assumptit enim Israel puerum suum, reminisci misericordiae ; quemadmodum locutus est ad patres nostros , Abrahae & semini ejus in æternum.* (Ibid. v. 46. & seq.) Per hæc igitur & tanta monstrat Evangelium , quoniam qui locutus est patribus Deus , & per Moysenem legis donationem fecit , hic idem Deus secundum magnam bonitatem suam , effudit misericordiam in nos Quapropter & Marcus interpres & sectator Petri , initium Evangelicæ conscriptionis fecit sic : *Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei , quemadmodum scriptum est in Prophetis : 244.) Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam , qui præparabit viam tuam &c.*

Mar-

244.) Ita Græci Codices S. Marci hodiecum habent : *νε γέγαπται ἐν τοῖς προφήταις.* Latini autem : *Sicut scriptum est in Isaia Prophetæ ; quemadmodum & Irenæus c. seqv. ait. Utraque autem lectio legitima est , quia verba illa : Vox clamantis in deserto , Parate viam Domini &c. habentur revera Isaia 40. v. 3. Hæc vero : Ecce ego mitto Angelum meum , & præparabit viam ante faciem meam Malachiæ 3. v. 1. Ut idcirco Evangelista & Esaiam nominatum , & Prophetas plurali numero laudare potuerit.*

(*Marcii i. v. 1. & seq.*) Manifeste initium Evangelii esse dicens sanctorum Prophetarum voces; & eum, quem ipsi Dominum & Deum confessi sunt, hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi præmonstrans, qui & promiserit Angelum suum ante faciem ejus missurum, qui erat Joannes, in spiritu & virtute Eliae clamans in eremo: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ante Deum nostrum.*

(*Marcii i. v. 3.*).. In fine autem Evangelii ait Marcus: *Et quidem Dominus Jesus, postquam locutus est eis, receptus est in cœlos, & sedet ad dexteram Dei;* (*Marc. i6. v. 19.*) confirmans quod a Propheta dictum est: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis &c.* (*Ps. 109. v. 1.*) Sic unus & idem Deus & Pater est a Prophetis annuntiatus, & ab Evangelio traditus, quem Christiani colimus, & diligimus ex toto corde, factorem cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt. Hanc fidem (addit c. 11.) annuncians Joannes Domini discipulus, & volens auferre eum, qui a Cerintho inseminatus erat, hominibus errorem, & multo prius ab his, qui dicuntur Nicolaitæ, ... volensque regulam veritatis constituere in Ecclesia, quia est unus Deus omnipotens, qui per Verbum suum omnia fecit, visibilia, & invisibilia; significans quoque, quoniam per Verbum, per quod Deus perfecit

conditionem, in hoc & salutem his qui in conditio-
tione sunt, præsttit hominibus; sic inchoavit: *In
principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,
& Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, &
sine ipso factum est nihil.* (Joan. i. v. i. & seq.) *O-
mnia inquit, per ipsum facta sunt.* In omnibus est
& hæc, quæ secundum nos est conditio: non enim
concedetur omnia dici ea, quæ sunt intra Plero-
ma ipsorum. Si enim & hæc Pleroma continet,
non est extra tanta conditio: si autem extra Ple-
roma sunt hæc, jam non est *omnia* Pleroma ipsorum.
Abstulit autem a nobis dissensiones omnes
ipse Joannes dicens, quoniam per Verbum, quod
in principio erat apud Deum, omnia sunt facta;
quod *Verbum inquit, Caro factum est, & habitavit
in nobis.* (Ibid. v. 24.) ... Secundum autem nul-
lam sententiam hæreticorum, Verbum Dei caro
factum est. Si enim quis regulas ipsorum scru-
tetur, inveniet, quoniam sine carne & impassibi-
lis ab omnibus illis inducitur Dei Verbum, &
qui est in superioribus Christus. Alii enim putant
manifestatum eum, quemadmodum hominem trans-
figuratum; neque autem natum, neque incarna-
tum dicunt illum: alii vero neque figuram affum-
psisse hominis, sed quemadmodum columbam de-
scendisse in eum Jesum, qui natus est ex Maria.

Omnes

Omnis igitur istos falsos esse ostendens discipulus Domini ait : *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis . . .* Et haec quidem sunt principia Evangelii , unum Deum fabricatorem hujus universitatis , eum qui & per Prophetas fit annunciatus , & qui per Moysen Legis dispositionem fecerit , Patrem Domini nostri Jesu Christi annunciantia , & præter hunc alterum Deum nescientia , neque alterum Patrem. Tanta est autem circa Evangelia haec firmitas, ut & ipsi haeretici testimonium reddant eis , & ex ipsis unusquisque conetur suam confirmare doctrinam. Ebionei etenim Evangelio , quod est secundum Matthæum 245.) solo

T 4 uten-

245.) De Matthæi Evangelio S. Hieronymus in Proemio Commentariorum suorum ita habet. „ Primus omnium Matthæus est publicanus , cognomento Levi , qui Evangelium in Judæa Hebræo sermone edidit, ob eorum vel maxime causam , qui in Jesum crediderant ex Judæis , & ne aquam legis umbram succedente Evangelii veritate servabant. „ Et in c. 12. Matthæi ad v. 13. „ Evangelio inquit , quo utuntur Nazareni & Ebioniti , quod nuper in Græcum de Hebræo sermone translatus , & quod vocatur a plerisque Matthæi authenticum , homo iste , qui aridam habet manum , cementarius scribitur istius modi vocibus auxilium precans : Cementarius eram manibus victimæ queritans ; precor te Jesu , ut mihi restituas sanitatem , ne turpiter mendicem cibos. „ Rursum l. de Vir. illustr. c.

utentes ex illo ipso convincuntur, non recte
præ-

3. „ Matthæus qui & Levi, ex publicano Apostolus, primus in Iudæa propter eos, qui ex Circumcisione crediderant, Evangelium Christi Hebraicis literis verbisque composuit; quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi Bibliotheca, quam Pamphilus Martyr studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazarenis, qui in Berœa urbe Syriæ hoc volumen utuntur, describendi facultas fuit. In quo animadvertisendum, quod ubique E-vangelista, sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, veteris Scripturæ testimoniis abutitur, non sequatur septuaginta translatorum auctoritatem, sed Hebraicam veritatem; e quibus illa duo sunt: *Ex Aegypto vocavi Filium meum.* Et: *Quoniam Nazareus vocabitur.* „ Unde liquet aeo S. Doctoris duplex saltem Evangelium, Hebræo veteri, an vulgari sermone scriptum, sub S. Matthæi nomine circumlatum esse, & utrumque Nazarenis, alterum etiam Ebionæis in usu fuisse: e quibus unum Hieronymus ipse in Græcum transtulit, de alterius vero translatore nil sat certi habebat. His tertium addere videtur Dialogo contra Pelag. juxta edit. Veron. an. MDCCXXXV. l. 3. num. 2. ubi ait: „ In Evangelio *juxta Hebræos*, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis literis scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni, secundum Apostolos, sive ut plerique autumant, *juxta Matthæum*, quod & in Cæsariensi habetur Bibliotheca, narrat historia: *Ecce Mater Domini, & fratres ejus dicebant ei: Joannes Baptista baptizat in remissionem peccatorum; eamus, & baptizi-*

præsumere de Domino. Marcion autem id

T 5 quod

zemur ab eo. *Dixit autem eis: Quid peccavi, ut vadam & baptizer ab eo?* *Nisi forte hoc ipsum quod dixi, ignorantia est.* Et in eodem volumine: *Si peccaverit inquit, frater tuus in verbo, & satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum.* *Dixit illi Simon discipulus ejus: septies in die?* Respondit Dominus, & dixit ei: *Etiam ego dico tibi, usque septuagies septies.* Etenim in Prophetis quoque, postquam un-
eti sunt Spiritu Sancto, inventus est sermo peccati... Quibus testimoniorum si non uteris ad auctoritatem, utere saltem ad antiquitatem, quid omnes Ecclesiastici viri senserint.,, Et i. de Vir. illustr. c. 2. , Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebraeos, & a me nuper in Graecum Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes sepe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: *Dominus autem cum dedisset sindonem servo Sacerdotis, ivit ad Jacobum, & apparuit ei.* *Juraverat enim Jacobus, se non comedetur panem ab illa hora, qua biberat Calicem Domini, donec videret eum resurgentem a dormientibus.* Rursusque post paululum: *Afferte, ait Dominus, mensam, & panem.* Statimque additur: *Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Jacobo justo, & dixit ei: Frater mi, comedere panem tuum, quia resurrexit Filius hominis a dormientibus.* Sed Evangelium istud ego quidem fuisse idem crediderim cum illo, de quo S. Doctor in c. 12. Matthæi commentans loquitur; dictumque juxta Hebraeos, quod Hebræo tunc vulgari sermone scriptum esset; juxta Matthæum, quod ex genuino S. Matthæi a Nazarenis & Ebionitis depravatum, atque ad-

quod est secundum Lucam circumcidens , ex
his,

ditamentis non paucis interpolatum fuerit ; *secundum Apostolos* denique , quod additamenta illa ex aliorum Apostolorum doctrina desumpta esse jactarint hæretici. Num vero Evangelium hoc idem etiam fuerit cum eo , quod 1. de Vir. illustr. c. 3. seu in Matthæo , commemorat Hieronymus ? affirmare non ausim. Quamvis enim utrumque in Cæsariensi Bibliotheca asservatum , & utroque Nazarenos usos esse dicat , duo tamen licet inter se non parum diversa Evangelia , sub ejusdem Matthæi nomine , & in eadem Bibliotheca asservari , iisdemque etiam hæreticis in usu esse haud dubie poterant. Alterum præterea a se Græce & Latine redditum fatetur S. Doctor , alterius Græcum interpretem incertum esse ait : altero Nazarenos pariter & Ebionæos usos fuisse , altero Berœenses duntaxat Nazarenos : in altero Testamenti Veteris Scripturas juxta Hebræos Codices , non juxta LXX. Interpretes allegari scribit , de altero nihil simile notat. His adde , quod Epiphanius hær. 29. de Nazarenis num. 9. diserte dicat : „ *Est vero penes illos Evangelium secundum Matthæum Hebraice scriptum , & quidem absolutissimum.* Hoc enim certissime prout Hebraicis literis initio scriptum est , in hodiernum tempus usque conservant. Verum illud nescio , num genealogias illas amputarint , quæ ab Abraham ad Christum usque perductæ sunt. „ *De Ebionæis contra hær. 30. num. 3.* ait : „ *Evangelium illi secundum Matthæum admittunt , quo solo Cerinthianorum vel Merinthianorum instar utuntur , idque ipsum secundum Hebræos appellant.* „ *Et num. 13.* „ *In eo inquit , quod penes illos est Matthæi Evangelio , quanquam ne in-*

te-

his , quæ adhuc servantur penes eum , blasphœ-
mus

tegrum quidem illud habent , sed adulteratum ac mutilum ,
idque ipsum Hebraicum vocant , ita scriptura est &c. , Et
infra : , Porro Evangelium illorum sic incipit : Factum est
in diebus Herodis regis Judææ , ut veniret Joannes bapti-
zans baptismō pœnitentiæ in Jordane fluvio , quem fere-
bant ex genere esse Aaronis Sacerdotis &c. , Eusebius
quoque l. 5. Hist. Eccles. c. 10. scribit Pantenum caden-
te seculo II. Evangelium S. Matthæi Hebraicis literis ma-
nu Bartholomæi Apostoli scriptum in India reperisse , &
Rufinus addit , id ab eo Alexandriam etiam delatum esse.
Theodorus Lector vero juxta edit. Cantabrig. an. MDCCXX.
l. 2. Hist. Eccl. num. 2. ita habet. , Barnabæ Apostoli
reliquiæ in Cypro sub arbore filiqua repertæ sunt : super
cujus peccore erat Evangelium. Matthæi , ipsius Barnabæ
manu descriptum. Qua de causa Cypri obtinuerunt , ut
metropolis ipsorum libera esset , ac sui juris , nec Antio-
chenæ sed amplius subjaceret. Id Evangelium Zeno (qui
desinente an. Chr. CDLXXIV. imperare cœpit) depositum
in palatio in æde S. Stephani. , Ex quibus omnibus ve-
rosimile fit , genuinum S. Matthæi Evangelium Hebraicis li-
teris exaratum , superfuisse adhuc aeo S. Hieronymi in Bi-
bliotheca Cœsariensi , & apud Berœenses Nazarenos , licet
fors nonnihil mutilum : diversum vero ab hoc , & non solum
duobus primis capitibus mutilatum , sed in multis fœde de-
pravatum ac interpolatum Ebionæis in usu fuisse. Certum
tamen est genuinum Hebraicum deperditum dudum esse , & a
Patribus etiam vetustissimis nonnisi Græcum ejus textum al-
legari solere : ut adeo nonnulli opinati sint , Matthæum non

He-

mus in Deum ostenditur. 246.) Qui autem Jesus separant a Christo , & impassibilem perseverasse Christum , passum vero Jesum dicunt , id quod secundum 247.) Marcum est præferentes Evangelium , cum amore veritatis legentes illud

cor-

Hebraice sed Græce Evangelium suum scripsisse ; alii ab eo ipso Græce redditum putent.

246.) S. Epiphanius hær. 42. quæ est Marcionitarum , num. 11. ita scribit. „ Marcionis liber Evangelium secundum Lucam stylo ipso referre videtur : ut autem ab eo mutilatus est , initio , medio , ac fine decurtatis , corrosi a tineis undique vestimenti simillimus est. Etenim ab ipso statim initio , ea unde Lucas exorsus est , nimirum : *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem &c.* una cum Elizabethæ , & Angeli Mariæ Virgini nuncium afferentis historia , Joannis item , ac Zachariæ , adeoque nati apud Bethlehemum Domini , cum ejusdem genealogia ac baptisme : hæc inquam omnia circumcidens ac transiens , inde Evangelium exorditur : *Anno XV. Tiberii Cæsaris &c.* Neque cætera ordine pertexit , verum quædam amputat , addit alia , susque deque omnia perturbans , nec recta gradiens , sed malitiose huc illucque cursitans . „ Tum longum corruptorum ab hæretico locorum catalogum subdit , quem vide , si placet.

247.) Quinam hi hæretici fuerint , solo Marci Evangelio utentes , definiri nequit : cum Christum a Jesu , & Simoniani , & Cerinthiani , & Valentinianni , aliique Gnostici distinxerint .

corrigi possunt. Hi autem qui a Valentino 248) sunt, eo quod est secundum Joannem plenissime utentes, ad ostensionem conjugationum suarum, ex ipso deteguntur nihil recte dicere. Cum ergo hi, qui contradicunt, nobis testimonium perhibeant, & utantur his, firma & vera est nostra de his ostensio.,,

His subjungit eodem C. rr. dissertationem de numero Evangeliorum, probatque ea non plura, nec pauciora esse, quam quatuor, & idcirco ceu commentitia explodenda, si quæ præter hæc ab hæreticis obtrudantur. „ Neque plura inquit, quam hæc sint, neque rursus pauciora capit esse Evangelia. Quoniam enim quatuor regiones mundi sunt, in quo sumus, & quatuor principales spiritus, & disseminata est Ecclesia super omnem terram, columna autem & firmamentum Ecclesiae est Evangelium, & spiritus vita; consequens est quatuor habere eam columnas, undique flantes incorruptibilitatem, & vivificantes homines. Ex quibus manifestum est, quoniam artifex omnium Verbum, sedens super Cherubim, & continens omnia, dedit nobis quadriforme Evangelium, quod uno

248.) Ex primo Joannis capite primigeniam suam Ogdoadem insulsissime deducebant Valentiniani, ut l. i. c. 8. diffuse narrat Irenæus.

nno Spiritu continetur. Quemadmodum & David postulans ejus adventum ait : *Qui sedes super Cherubim, appare.* (Pf. 79. v. 1.) Etenim Cherubim quadriformia , & formæ ipsorum imagines sunt dispositionis Dei. *Primum enim animal* inquit, *simile leoni* (Apocal. 4. v. 7.) efficabile ejus & principale & regale significans : *Secundum vero simile vitulo*, sacrificalem , & Sacerdotalem ordinationem significans : *Tertium habens faciem quasi humanam*, eum qui est secundum hominem , adventum ejus manifeste describens : *Quartum vero simile aquilæ volantis*, Spiritus in Ecclesiam adulantis gratiam manifestans. Et Evangelia igitur his consonantia , in quibus insidet Christus Jesus. Aliud enim illam , quæ est a Patre , principalem , & ineffabilem , & gloriosam generationem ejus enarrat dicens : *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* (Joan. 1. v. 1.) Propter hoc & omni fiducia plenum est Evangelium istud ; talis est enim persona ejus. 249.) Id vero quod est secundum Lucam , quoniam

249.) Paulo aliter S. Hieronymus Proemio in Matth. „ Quatuor Evangelia inquit , multo ante prædicta Ezechielis quoque volumen probat , in quo prima visio ita contextur. Et in medio sicut similitudo quatuor animalium , &

niam Sacerdotalis characteris est, a Zacharia Sacerdote sacrificante Deo inchoavit. Jam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inventione minoris filii inciperet mactari. Matthæus vero eam, quæ est secundum hominem, generationem ejus enarrat dicens: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.* (Math. i. v. i.) Humanæ formæ igitur hoc Evangelium: propter hoc & per totum humiliter sentiens, & mitis homo servatus est. Marcus a Prophetico Spiritu ex alto adveniente hominibus initium fecit dicens: *Initium Evangelii, quoniam scriptum est in Esaia Prophetæ;* (Marc. i. v. i.) volatilem & pennatam ima-

gi-

vultus eorum facies hominis, & facies leonis, facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies Matthæum significat: qui quasi de homine exorsus est scribere. *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham.* Secunda Marcum, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur. *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, regas facite semitas ejus.* Tertia vituli Evangelistam Lucam, a Zacharia Sacerdote sumpsisse initium præfigurat. Quarta Joannem Evangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans, de Verbo Dei disputat. „Cui concinit Sedulius Poeta Christianus:

Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet,
Marcus ut alta fremit vox per deserta leonis,
Jura Sacerdotii Lucas tenet ore juvenci,
More volans aquilæ verbo petit alta Joannes.

ginem Evangelii monstrans : propter hoc & compendiosam & præcurrentem annunciationem fecit: Propheticus enim character hic est. Et ipsum autem Verbum Dei , illis quidem qui ante Moysen fuerunt Patriarchis , secundum Divinitatem & gloriam colloquebatur : his vero , qui in Lege , sacerdotalem & ministerialem actum præbebat : post deinde nobis homo factus , munus cœlestis Spiritus in omnem misit terram , protegens nos alis suis. Qualis igitur dispositio Filii Dei , talis & animalium forma ; & qualis animalium forma , talis & character Evangelii. Quadriformia autem animalia , & quadriforme Evangelium , & quadriformis dispositio Domini. Et propter hoc quatuor data sunt testamenta humano generi : unum ante cataclysmum sub Adam ; alterum post cataclysmum sub Noe ; tertium legislatio sub Moysè ; quartum quod renovat hominem , & recapitulat in se omnia , quod est per Evangelium elevans homines in cœleste regnum. His igitur sic se habentibus , vani , indocti , & audaces sunt , qui frustrantur speciem Evangelii , & vel plura , vel pauciora inferunt , quidam ut plus videantur adinvenisse , quidam vero ut reprobent dispositiones Dei. Etenim Marcion totum rejiciens Evangelium , imo vero seipsum abscindens

ab

ab Evangelio, pariter gloriatur se habere 250.)

S. Irenæi Episc. & Mart.

U

Evan-

250.) Marcionitæ ut jam audivimus, solo Lucæ Evangelio, eoque fœde admodum mutilato & corrupto utebantur. Quod nonnulli etiam Pauli Evangelium appellabant: quia teste S. Hieronymo l. de vir. illustr. c. 7. , quotiescumque in Epistolis suis Paulus dicit: *juxta Evangelium meum*, de Lucæ significare volumine suspicabantur; „ & quod Lucas discipulus ac sectator Pauli fuerit. Qua de causa ait Tertullianus l. 4. contra Marcion. num. 5. „ Marcus quod edidit, Petri affirmatur, cuius interpres Marcus: & Lucæ digestum Paulo adscribere solent: capit Magistrorum videri, quod discipuli promulgarint. „ Cæterum Marcion corrupto illi Evangelio nomen quoque Lucæ detraxit, nullo alio apposito: unde a plerisque Marcionis Evangelium appellatum est. Docet id Tertullianus loco nunc cit. num. 2. ita differens. „ Transeō nunc ad Evangelii sane non Judaici, sed Pontici, interim adulterati demonstrationem.. Constituimus in primis Evangelicum instrumentum Apostolos auctores habere, quibus hoc munus Evangelii promulgandi ab ipso Domino sit impositum: Si & Apostolicos, non tamen solos, sed cum Apostolis, & post Apostolos: quoniam prædicatio discipulorum suspecta fieri potest de gloriæ studio, si non assistat illi auctoritas magistrorum, imo Christi, qui magistros Apostolos fecit. Denique nobis fidem ex Apostolis Joannes, & Matthæus insinuant, ex Apostolicis Lucas & Marcus instaurant, iisdem regulis exorsi.. Contra Marcion Evangelio scilicet suo nullum adscribit auctorem: quasi

non

Evangelium. Alii vero ut donum Spiritus frustrantur , quod in vovissimis temporibus secundum

non licuerit ei titulum quoque assingere , cui nefas non fuit ipsum corpus evertere. Et possem hic jam gradum figere , non agnoscendum contendens Opus , quod non erigat frontem , quod nullam fidem repromittat de plenitudine tituli , & professione debita auctoris. Sed per omnia congreedi maluimus.. Nam ex his Commentatoribus , quos habemus , Lucam videtur Marcion elegisse , quem cæderet. Porro Lucas non Apostolus , sed Apostolicus , non magister , sed discipulus .. Pauli sine dubio : ut & si sub ipsius Pauli nomine Evangelium Marcion intulisset , non sufficeret ad fidem singularitas instrumenti , destituta patrocinio antecessorum &c. , , Et num. 4. ac 5. , , In summa si constat id verius , quod prius , id prius quod & ab initio , ab initio , quod ab Apostolis ; pariter utique constabit id esse ab Apostolis traditum , quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit Sacrosanctum. Videamus , quod Iac a Paulo Corinthii hauserint , ad quam regulam Galatæ sint recorredi ; quid legant Philippenses , ThessalonICENSES , Ephesi , quid etiam Romani de proximo sonent , quibus Evangelium & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. Habemus & Joannis alumnas Ecclesias .. Dico itaque apud illas , nec solas jam Apostolicas , sed apud universas , quæ illis de societate Sacramenti confederantur , id Evangelium Iucæ ab initio editionis suæ stare , quod cum maxime tuemur , Marcionis vero plerisque nec notum , nullis autem notum , ut non & damnatum... Si enim Apostolica integre decurrerunt , Iucæ autem , quod est

dum placitum Patris effusum est in humanum genus , illam speciem non admittunt , quæ est secundum Joannem , in qua Paracletum se missum Dominus promisit ; sed simul & Evangelium , & Propheticum repellunt Spiritum . Infelices vere , qui pseudoprophetæ quidem esse volunt , propheticam vero gratiam repellunt ab Ecclesia : similia patientes his , qui propter eos , qui in hypocrisi veniunt , etiam a fratrum communicacione se abstinent . 251.) Datur autem intelligi ,

U 2

quod

est secundum nos , adeo congruit regulae eorum , ut cum illis apud Ecclesias maneat , jam & Lu^ca constat integrum decucurrisse usque ad sacrilegium Marcionis . Denique ubi manus illi Marcion intulit , tunc diversum & æmulum factum est Apostolicis . Igitur dabo consilium discipulis ejus , ut & illa convertant licet sero ad formam sui , quo cum Apostolicis convenire videantur . Nam & quotidie reformant illud , prout a nobis quotidie revincuntur , aut erubescunt de magistro utrobique traducto , cum Evangelii veritatem nunc ex conscientia transmittit , nunc ex impudentia evertit &c. ,

251.) Montanistas hic perstringere videtur S. Pater.
Illi enim promissa Christi de mittendo Spiritu Sancto pleni-
us in Montano, Maximilla & Priscilla, quam in Apo-
stolis impleta esse jaetabant, atque ita *Prophetia gratiam*
ab Ecclesia Catholica repellebant, ut eam pseudoprophetis
suis vindicarent. Unde & Catholicos ceu donis Spiritus

San-

quod hujusmodi neque Apostolum Paulum recipiunt. In ea enim quæ est ad Corinthios Epistola , de propheticis charismatibus diligenter locutus est , & scit viros , & mulieres in Ecclesia prophetantes. Per hæc igitur omnia peccantes in Spiritum Dei , in irremissibile incidunt peccatum. Hi vero qui sunt a Valentino , extra omnem timorem conscriptiones suas proferentes , plura habere gloriantur , quam sint Evangelia. Siquidem in tantum processerunt audaciæ , ut quod ab his non olim conscriptum est , Veritatis 252.) Evan-

ge-

Sancti destitutos , appellabant psychicos seu animales , suam autem sectam *Ecclesiam Spiritus* , ut constat ex Tertulliano l. de Monogamia , de Pudicitia &c.

252.) Valentinus hæresiarcha novum quidem Evangelium scripsisse non videtur , sed iisdem omnino , quibus Catholicæ , usus esse ; ea tamen sensu longe alio explicabat , & ad Æonum , fizygiarumque suarum figmenta stabilenda misere detorquebat , ut testatur Tertullianus l. de Praescript. num. 15. ubi ait : „ Alius manu Scripturas , alias sensu expositionis intervertit. Neque enim si Valentinus integro instrumento uti videtur , non callidiore ingenio quam Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exerte & palam machæra , non stylo usus est , quoniam ad materiam suam cædem Scripturarum confecit. Valentinus autem pepercit , quoniam non ad materiam Scripturas , sed materiam ad Scripturas excogitavit : & tamen plus abstulit,

&

gelium titulent , in nihilo conveniens Apostolorum Evangeliis , ut nec Evangelium quidem sit apud eos sine blasphemia. Si enim quod ab eis profertur , veritatis est Evangelium , dissimile autem est illis , quæ ab Apostolis nobis tradita sunt , quemadmodum ex ipsis Scripturis ostenditur , jam non est id , quod ab Apostolis traditum est , veritatis Evangelium. Quoniam autem sola illa vera & firma , & neque plura , neque pauciora sunt Evangelia , per tot & tanta ostendimus . ,

Evangelistis consentire reliquos Apostolos , & Discipulos Domini , unoque ore Divinitatem Patris & Filii prædicare , ex eorum Actis , & Epistolis demonstrata Capite XII. usque ad XVI. In

U 3 qui-

& plus adjecit , auferens proprietates singulorum quoque verborum , & adjiciens dispositiones non comparantium rerum . , Veritatis igitur , quod hic commemorat Irenæus , pseudoevangelium asseclæ Valentini ex ejus interpretationibus consarcinarint ; & fortasse illud est , cuius initium ita refert S. Epiphanius hæc. 31. num. 5. , Apud animales , apud carnales , apud mundanos , apud exaggeratam animivim , Nus nunquam desinens , perpetuis ac nunquam desinentibus salutem. Evidem eorum , quæ neque nominari , nec explicari oratione possunt , quæque cœlestibus ipsis superiora sunt , mentionem apud vos instituam : quæ neque Principatus , neque Potestates , nec quæ illis subjecta sunt , neque aliud quidquam intelligentia potest consequi , solique ejus , qui est Immutabilis , sunt cognitioni patefacta &c. ,

quibus cum peculiare nil occurrat , recensere illa hic non vacat . Capite XVI. disputare incipit de Incarnatione , unumque & eundem esse Jesum Christum , unigenitum Dei Filium , verum Deum , ac verum hominem ita probat . „ Quoniam sunt , qui dicunt Jesum receptaculum Christi fuisse , in eumque quasi columbam defuper descendisse Christum , & cum indicasset innominabilem Patrem , invisibiliter intraisse in Pleroma . & esse quidem filium Jesum , patrem vero Christum , & Christi patrem Deum ; alii vero putative eum passum , naturaliter impassibilem existentem : qui autem a Valentino sunt , Jesum quidem qui fit ex dispositione , ipsum esse , qui per Mariam transierit , & in eum de superiori Salvatorem descendisse , & Christum dici... necesse habemus universam Apostolorum de Domino nostro Iesu Christo sententiam adhibere , & ostendere eos nihil tale sensisse de eo.. Et quoniam Joannes unum & eundem novit Verbum Dei , & unigenitum , & incarnatum pro salute nostra , Jesum Christum Dominum nostrum , sufficienter ex ipsius Joannis sermone demonstravimus . Sed & Matthæus unum & eundem Jesum Christum cognoscens , eam quæ est secundum hominem , generationem ejus ex Virgine exponens , sicut promisit Deus David ,

ex

ex fructu ventris ejus excitaturum se æternum Regem , multo prius Abrahæ eandem promissionem faciens , ait : *Liber generationis Jesu Christi filii David , filii Abraham.* (Matth. i. v. i.) Dehinc ut liberaret mentem nostram a suspicione , quæ est circa Joseph , ait : *Christi autem generatio sic erat.* Cum esset desponsata mater ejus Joseph , prius quam convenienter , inventa est in utero habens de Spiritu sancto Sc. (Ibid. v. 18. & seq.) manifeste significans , & eam promissionem , quæ fuerat ad Patres , impletam , & ex virgine natum Filium Dei , & hunc ipsum esse Salvatorem Christum , quem Prophetæ prædicaverunt : non sicut ipsi dicunt , Jesum quidem eum esse , qui ex Maria sit natus , Christum vero , qui desuper descendit. Cæterum poterat dicere Matthæus : *Jesu vero generatio sic erat.* Sed prævidens Spiritus sanctus depravatores , & præmuniens contra fraudulentiam eorum , per Matthæum ait : *Christi autem generatio sic erat;* & quoniam hic est Emmanuel , quod est nobiscum Deus (Ibid. v. 23.) ne forte tantum eum hominem putaremus (non enim ex voluntate carnis , neque ex voluntate viri , sed ex voluntate Dei Verbum caro factum est) Joan. i. v. 13. & 14. neque alterum Jesum , alterum autem Christum suspicaremur fuisse , sed unum & eundem sciremus esse... .

Et Simeon autem ille , qui responsum acceperat
a Spiritu sancto , non visurum mortem , nisi pri-
us videret Christum Jesum , hunc manibus acci-
piens virginis primogenitum , benedixit Deum ,
& dixit : *Nunc dimittis servum tuum Domine , se-
cundum verbum tuum in pace : quia viderunt oculi mei
Salutare tuum , quod parasti ante faciem popolorum ,
lumen ad revelationem gentium , & gloriam populi tui
Israel.* (Luc. 2. v. 29. & seq.) infantem , quem
in manibus portabat Jesum , natum ex Maria ,
ipsum confitens esse Christum Filium Dei , lu-
men hominum , gloriam Israel , pacem & re-
frigerium eorum , qui in dormitionem ierunt. Jam
enim spoliabat homines , auferens ignorantiam ipso-
rum , suam autem agnitionem eis donans.. quem-
admodum Esaias : *Voca , inquit , nomen ejus , velo-
citer spolia , celeriter dispartire.* (Isai. 8. v. 3.) Hæc
sunt autem opera Christi. Ipse igitur erat Chri-
stus , quem portans Simeon benedicebat Altissi-
mum ; quem pastores cum vidissent , glorificabant
Deum ; quem Joannes cum adhuc in ventre ma-
tris suæ esset .. exultans salutabat ; quem magi
videntes , & adorantes , & substernentes semet-
ippos æterno Regi , per alteram abierunt , non
jam per Assyriorum revertentes viam. *Priusquam
enim cognoscat puer vocare patrem , aut matrem , acci-
piet*

piet virtutem Damasci , & spolia Samariæ contra Re-
gem Assyriorum ; (Isai 8. v. 4.) occulte quidem
sed potenter manifestans , quoniam absconsa manu
expugnabat Dominus Amalech. Propter hoc &
pueros eripiebat , qui erant in domo David , be-
ne sortiti illo tempore nasci , ut eos præmitteret
in suum regnum ; ipse infans cum esset , infantes
hominum martyres parans , propter Christum ,
qui in Bethlehem Judæ natus est , in civitate Da-
vid , interfectos secundum Scripturas..... Et
Paulus autem his consentiens , Romanos alloquens
ait : *Multo magis hi , qui abundantiam gratiæ & ju-
stitiæ accipiunt in vitam , regnabunt per unum Chri-
stum.* (Rom. 5. v. 17.) Nescit ergo eum , qui e-
volavit Christum a Jesu ; neque eum novit Salva-
torem , qui sursum est , quem impassibilem dicunt..
Si enim alter quidem passus est , alter autem im-
passibilis mansit , & alter quidem natus est , alter
vero in etim , qui natus est descendit , & rursus
reliquit eum , non unus , sed duo monstran-
tur. Quoniam autem unum eum , qui & na-
tus , & passus est , Christum Jesum novit Apo-
stolus , in eadem Epistola iterum dicit : *An igno-
ratis , quoniam quotquot baptizati sumus in Christo Je-
su , in morte ejus baptizati sumus ? ut quemadmodum
resurrexit Christus a mortuis , sic & nos in novitate vi-*

tæ ambulemus &c. (Rom. 6. v. 3. & seq.) hunc eundem, qui apprehensus & passus est, & effudit sanguinem suum pro nobis, hunc Christum, hunc Dominum, hunc Filium Dei manifestissime annuncians, qui etiam surrexit, & assumptus est in cœlos &c. ,, 253.)

Capite XVII. non Christum aut Salvatorem, sed Spiritum sanctum descendisse in Jesum docet, causasque ejus descensus his explicat. „ Potuerunt dicere Apostoli Christum descendisse in Jesus; aut illum superiorem Salvatorem, in eum, qui fit dispositionis; aut illum qui est ab invisibilibus, in eum qui est Demiurgi: sed nihil tale neque scierunt, neque dixerunt; si enim scissent, & dixissent utique: quod autem erat, hoc & dixerunt, Spiritum Dei sicut columbam descendisse in eum; hunc Spiritum, de quo ab Esaiā dictum est: *Et requiescat super eum Spiritus Dei.* (Isai. 11. v. 2.) Iste Spiritus, de quo Dominus: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* (Matth. 10. v. 20.) Et iterum potestatem regenerationis in Deum

253.) His non solum veteres illi, quos Irenæus impugnat, hæretici jugulantur, sed longe etiam post illos orti Ariani, Photiniani, Nestoriani, Sociniani: qui Christum aut merum hominem esse blasphemant, aut in duas personas, duosque filios, alterum Dei, & alterum hominis sacrilege dividunt.

Deum dans discipulis : *Euntes inquit, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* (Matth. 28. v. 19.) Hunc enim promisit per Prophetas effundere in novissimis temporibus super servos & ancillas , ut prophetent: unde & in Filium Dei , filium hominis factum descendit , cum ipso ascens habitare in genere humano , & requiescere in plasmate Dei , voluntatem Patris operans in ipsis , & renovans 254.) eos a vetustate in novitatem Christi. Hunc Spiritum petuit David humano generi , dicens : *Et Spiritu principali confirma me.* (Psal. 50. v. 14.) Quem & descendisse Lucas ait post ascensum Domini super discipulos in Pentecoste , habentem potestatem omnium gentium ad introitum vitæ , & ad apertioñem novi Testamenti : unde & omnibus linguis conspirantes hymnum dicebant Deo , Spiritu ad unitatem redigente distantes Tribus , & primitias omnium gentium offerente Patri. Unde & Dominus pollicitus est mittere Paracletum , qui nos aptaret Deo. Sicut enim de arido tritico massa una fieri non potest sine humore , neque unus panis , ita nec nos multi unum fieri in Chri-

254.) Si Spiritus Sanctus una cum Filio Dei habitat in genere humano , & renovat nos a vetustate in novitatem Christi , quidai ex mente Irenæi perinde ac Filius , verus Deus est ?

Christo Jesu poteramus , sine aqua quæ de cœlo est. Et sicut arida terra , si non percipiat humorum , non fructificat ; sic & nos lignum aridum existentes nunquam fructificaremus vitam , 255.) sine superna voluntaria pluvia. Corpora enim nostra per lavacrum , illam quæ est ad incorruptionem , unitatem acceperunt : animæ autem per Spiritum. 256.) Unde & utraque necessaria , cum utraque proficiunt in vitam Dei , miserante Domino nostro Samaritanæ illi prævaricatrici , quæ in uno viro non mansit , sed fornicata est in multis nuptiis , & pollicente ei aquam vivam , ut ulterius non fitiret , neque occuparetur ad humectationem aquæ laboriosæ , habens in se potum salientem in vitam æternam. Quod Dominus accipiens munus a Patre , ipse quoque his donavit , qui

ex

255.) Audis nos lignum aridum esse , nec fructificare vitam sine superna pluvia posse. Necessaria igitur nobis est Dei gratia , ut opera salutaria , & ad vitam æternam obtinendam conducentia operari possimus.

256.) „ Accede ad Baptismum , ait S. Cyrillus Jerusal. Catech. 17. non tantum vultum istum visibilem baptizantium respiciens , sed memineris Spiritus Sancti. Hic enim paratus adest obsignare animam tuam , & dare tibi signaculum , quod dæmones tremunt , cœleste quoddam & Divinum , sicut scriptum est : *In quo etiam credentes signati es sis Spiritu Sancto promissionis &c.* „

ex ipso participantur , in universam terram mit-
tens Spiritum sanctum &c. , ,

Dicta hactenus confirmat Capite XVIII. &
Filiū Dei non specie tenuis, sed vere hominem fa-
ctum esse docet. „ Ostendo inquit, manifeste,
quod in principio Verbum existens apud Deum,
per quem omnia facta sunt , qui & semper ade-
rat generi humano , hunc in novissimis tempori-
bus secundum præfinitum tempus a Patre , uni-
tum suo plasmati , passibilem hominem factum ;
exclusa est omnis contradic̄tio dicentium : Si tunc
natus est , non erat ergo ante Christus. Ostendimus enim , quia non tunc cœpit Filius Dei ,
existens semper apud Patrem ; sed quando incar-
natus est , & homo factus est , longam hominum
expositionem in seipso recapitulavit , in compen-
dio nobis salutem præstans , ut quod perdidera-
mus 257.) in Adam , hoc in Christo Jesu reci-
peremus. Quia enim non erat possibile eum ho-
minem , qui semel vinctus fuerat , & elisus per in-
obe-

257.) Si in Adam perdidimus salutem , & per inobe-
dientiam ejus peccatores facti sumus , non exemplo tantum
nobis Adam nocuit , sed peccatum ab eo commissum , mo-
raliter etiam a nobis in eo tanquam capite inclusis patra-
tum est: quidni igitur peccatum originale luculente agno-
scit Irenaeus ?

obedientiam , obtinere 258.) bravium victoriae ; iterum autem impossibile erat , ut salutem perciperet , qui sub peccato ceciderat : utraque operatus est Filius , Verbum Dei existens , a Patre descendens , & incarnatus , & usque ad mortem dispensationem consummans salutis nostræ . Cui credere nos adhortans Apostolus dicit : *Ne dixeris in corde tuo , Quis ascendit in cælum ? hoc est , Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum ? hoc est , Christum a mortuis liberare.* (Rom. 10. v. 6. & 7.) Et rationem reddit , propter quam hæc fecit Verbum Dei : *In hoc Christus & vixit , & mortuus est , ut vivorum & mortuorum dominetur.* (Rom. 14. v. 9.) Iterum ad Corinthios scribens ait : *Nos autem annunciamus Christum Jesum crucifi-*

xum

258.) Tanta scilicet peccati mortalis gravitas est , ut nulla creatura pura satisfacere pro eo condigne possit : ut proinde satisfactio hæc præstaretur , necesse prorsus erat Deum creature uniri , consentientibus etiam aliis Patribus . Ita enim S. Basilius in Ps. 48. Non homo nudus , sed homo Deus Jesus Christus nos redemit : quia nullus alias poterat condignum afferre precium . „ S. Augustinus Enchyr. c. 108. „ Neque per ipsum liberaremur mediatorem hominum Christum , nisi esset Deus . „ Et S. Fulgentius l. de Incarnat. c. 4. „ Nullatenus humana natura ad auferendum peccatum mundi sufficiens atque idonea fieret , nisi unione Verbi Dei &c. „

xum. (1. Corinth. 1. v. 23.) Et infert: *Calix benedictionis, quem benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Christi?* (1. Corinth. 10. v. 16.).... Significans, quoniam non Christus impassibilis descendit in Jesum, sed ipse Jesus Christus, cum esset passus pro nobis, & resurrexit, qui descendit, & ascendit, Filius Dei, filius hominis factus: quemadmodum & ipsum nomen significat. In Christi enim nomine subauditur, qui unxit, & ipse qui unctus est, & ipsa unctio, in qua unctus est. Et unxit quidem Pater, unctus est vero Filius, in Spiritu, qui est unctio; quemadmodum per Esaiam ait sermo: *Spiritus Dei super me, propter quod unxit me;* (Isai. 61. v. 1.) significans & ungentem Patrem, & unctum Filium, & unctionem, qui est Spiritus. Et ipse autem Dominus manifestum facit eum, qui est passus. Cum enim interrogasset discipulos: *Quem me homines dicunt filium hominis?* (Matth. 16. v. 13.) Et Petrus respondisset: *Tu es Christus Filius Dei vivi,* (Ibid. v. 16.) & cum laudatus esset ab eo, cœpit demonstare discipulis, quoniam oportet illum *Herosoynam ire, & multa pati a Sacerdotibus, & reprobari, & crucifigi, & tertia die resurgere.* (Ibid. v. 21.) Et dixit discipulis: *Si quis vult post me venire, neget se, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Qui enim

voluerit animam suam salvare, perdet illam; & qui eam perdiderit propter me, salvabit eam. (Ibid. v. 24. & 25.) Et cum hæc ita se habeant, ad tantam temeritatem progressi sunt quidam, ut etiam Martyres spernant, 259.) & vituperent eos, qui propter Domini confessionem occiduntur, & sustinent omnia a Domino prædicta, & secundum hoc conantur vestigia sequi passionis Domini, passibilis Martyres facti: quos & concedimus ipsis Martyribus. Cum enim inquiretur sanguis eorum, & gloriam consequentur, tunc a Christo confundentur omnes, qui inhonorant 260.)

eo-

259.) Basilidiani hi erant, qui martyrium damnabant, tam quod id in gratiam Judæorum Dei, quem aversabantur, fieri dicerent, tum quod Christum non esse crucifixum, sed ejus loco Simonem Cyrenæum blaterarent. Qua de re ita S. Epiphanius hæc. 24. num. 4. „ Ait (Basilides) martyrium obire nequaquam oportere. Qui enim id faciat, mercede caritatum, cum in ejus, qui hominem condidit, gratiam istud suscipiat, & tamen ad Simonem, qui suspensus in Cruce sit, martyrium referatur. Etenim unde nam ei præmium expectandum, qui pro Simone crucifixo mortem oppetens, id ipsum se Christi causa facere profiteretur, & quidem imprudens? Nam pro eo quem ignorat, morti se committit &c. „

260.) Martyrium ii etiam inhonorant, qui SS. Martyrum cultum damnant, & reliquias aversantur. Videant igitur

corum martyrium.... Hoc autem idem & illis occurrit, qui dicunt eum putative passum. Si enim non vere passus est, nulla gratia ei, cum nulla fuerit passio: & nos cum incipiemos vere pati seducens videbitur, adhortans nos vapulare, & alteram maxillam præbere, si ipse non prius illud in veritate passus est.. Erimus autem & super Magistrum, dum patimur, & sustinemus, quæ neque passus est, neque sustinuit Magister. Sed quoniam solus vere Magister Dominus noster, Verbum Dei Patris, Filius hominis factus luctatus est, & vicit: erat enim homo pro patribus certans, & per obedientiam inobedientiam persolvens, alligavit fortem, & solvit infirmos, & salutem donavit plasmati suo, destruens peccatum.. Hærere itaque fecit, & adunivit hominem Deo. Si enim homo non vicisset inimicum hominis, non justus vixtus esset inimicus. Rursus autem nisi Deus donasset salutem, non firmiter haberemus eam. Et nisi homo conjunctus fuisset Deo, non potuisset particeps fieri incorruptibilitatis. Oportuerat enim Mediatorem Dei & hominum, persuam ad utrosque domesticitatem, in amicitiam

S. Irenæi Episc. & Mart.

X &

gitur Lutheri & Calvini asseclæ, ne a Christo cum Basiliensis confundantur, dum Martyres corporis etiam gloriam consequentur.

& concordiam utrosque reducere, & facere, ut & Deus assumeret hominem, & homo se dederet Deo. Quia enim ratione filiorum adoptionis participes esse possemus, nisi per Filium eam quæ est ad ipsum, receperissemus communionem, nisi Verbum ejus communicasset nobis Caro factum? ... Quemadmodum per inobedientiam unius hominis, qui primus de terra rudi plasmatus est, peccatores facti sunt multi, & amiserunt vitam; ita oportuit & per obedientiam unius hominis, qui primus de virgine natus est, justificari multos, & percipere salutem. „

Capite XIX. Christum non esse ex Joseph genitum, nec merum hominem, sed Deum verum a Deo Patre genitum, & hominem verum ex virginе natum probat. „ Rursus qui tantum hominem eum dicunt ex Joseph generatum, perseverantes in servitute pristinæ inobedientiæ moriuntur, nondum commixti Verbo Dei Patris. .. & ignorantēs eum, qui ex virginе est Emmanuel, privantur munere ejus, quod est vita æterna... .

Ad quos enim Verbum, suum munus gratiæ narrans ait: *Ego dixi, Dii estis, & filii Altissimi; vos autem sicut homines moriēmini;* (Pſ. 81. v. 6. & 7.) ad eos indubitate dicit, qui non percipiunt munus adoptionis, sed contemnunt incarnationem

nem puræ generationis.. ingratí existentes Verbo Dei , qui incarnatus est propter ipsos. Propter hoc enim Verbum Deus , 261.) homo , & qui Filius Dei , filius hominis factus est , commixtus Verbo Dei , ut adoptionem percipiens fiat filius Dei. Non enim poteramus aliter incorruptelam & immortalitatem percipere , nisi adunati fuissimus incorruptelæ & immortalitati. Quemadmodum autem adunari possemus incorruptelæ & immortalitati , nisi prius incorruptela & immortalitas facta fuisset id , quod & nos , ut absorbentur quod erat corruptibile , ab incorruptela , & quod erat mortale , ab immortalitate , ut filiorum adoptionem perciperemus ? Propter hoc Generationem ejus quis enarrabit ? (Ii. 53. v. 8.) quoniam homo est , & quis agnoscet eum ? (Jerem. 17. v. 9.) Cognoscit autem illum , cui Pater qui est in cœlis revelavit , ut intelligat , quoniam is qui non ex voluntate carnis , neque ex voluntate viri natus est filius hominis , hic est Christus Filius Dei vivi. Quoniam enim nemo in totum ex filiis Adæ

X 2 Deus

261.) Adeste Sociniani , & videte , quam luculente Irenæus Filium Dei Christum Deum vere ac proprie , hominemque esse prædicet ! Non itaque dogma hoc a Nicæniis Patribus excogitatum , sed jam inde ab initio Christiani nominis constanter creditum & traditum est.

Deus appellatur secundum eum , aut Dominus ,
ex Scripturis demonstravimus . Quoniam autem
ipse proprio præter omnes , qui fuerunt homines ,
Deus & Dominus , & Rex æternus , & Unigeni-
tus , & Verbum incarnatum prædicatur , & a Pro-
phetis omnibus , & Apostolis , & ab ipso Spiritu ,
adest videre omnibus , qui vel modicum de veri-
tate attigerint . Hæc autem non testificarentur
Scripturæ de eo , si similiter ut omnes , homo tan-
tum fuisset . Sed quoniam præclaram præter o-
mnes habuit in se eam , quæ est ab Altissimo Patre
genituram , præclara autem functus est & ea , quæ
est ex virgine generatione ; utraque Scripturæ Di-
vinæ de eo testificantur : & quoniam homo inde-
corus & passibilis , & super pullum asinæ sedens ,
aceto & felle potatur , & spernebatur in populo ,
& usque ad mortem descendit ; & quoniam Do-
minus sanctus , & mirabilis consiliarius , & deco-
rus specie , & Deus fortis , de eo Scripturæ pro-
phetabant . Sicut enim homo erat , ut tentaretur ;
sic & Verbum , ut glorificaretur : requiescente qui-
dem Verbo , ut posset tentari , inhonorari , cruci-
figi , & mori ; absorpto autem homine in eo , quod
vincit , & resurgit , & assummitur . Hic igitur Fi-
lius Dei Dominus noster , existens Verbum Patris ,
& filius hominis : quoniam ex Maria , quæ erat

homo , habuit generationem , factus est filius hominis. Propter hoc & ipse Dominus dedit nobis (Isai. 7.) signum in profundum , & in altitudinem sursum , quod non postulavit homo , quia nec speravit virginem prægnantem fieri posse , & parere filium , & hunc partum 262.) Deum esse nobiscum , & descendere in ea , quæ sunt deorsum terræ , quærentem ovem , quæ perierat .. & ascendere in altitudinem , offerentem Patri hominem , qui fuerat inventus , primitias resurrectionis hominis in semetipso faciens &c. ,

Interjectis dein nonnullis , Capite XXI. Vaticinium Isaiæ a prava Theodotionis , & Aquilæ interpretatione vindicat , commendataque LXX. interpretum versione , Christum , non ex Josepho , sed ex Virgine Maria natum esse pluribus confirmat , in hæc verba. ,, Deus igitur homo factus est , & ipse Dominus salvabit nos , ipse dans Virginis signum. Non ergo vera est quorundam interpretatio , qui ita audent interpretari Scripturam: *Ecce adolescentula in ventre habebit , & pariet filium ;*

X 3

quem-

262.) Si partus Virginis est Deus nobiscum , quidni Virgo Maria non *Χειστόκος* tantum , ut Nestorius volebat , sed *Θεοτόκος* etiam seu Deipara cum Ephesiniis Patribus dici debet ?

quemadmodum Theodotio 263.) Ephesius est interpretatus, & Aquila 264.) Ponticus, utriusque

Ju-

263.) S. Epiphanius Ponticum vocat 1. de Mensur. & Ponder. num. 17. ubi ait: „Commodo imperante.. Theodotio quidam genere Ponticus, ex Marcionis Sinopensis hæresiarchæ factione suis partibus offensus ad Judæos defecit, & circumcisus est. Dehinc Hebraica lingua, & eorum literis institutus, privatam editionem (Scripturæ) exorsus est, in plerisque cum LXX. consentiens, quod in eorum lectione tritus, & longa consuetudine exercitatus fuerat. „

264.) De Aquila hæc Epiphanius 1. cit. num. 14. & 15. „Adrianus de urbe sola instauranda sine templo cogitans, Aquilam Græcum hominem, sacerumque suum, Sinope, quod Ponti oppidum est, oriundum reficiendæ urbi præficit, quam de se ac de Imperatorio nomine appellari voluit, nimirum Æliam, cum Ælius Adrianus ipse vocaretur. Aquila vero Hierosolymis degens, eorumque qui Apostolorum auditores fuerant, discipulos fide ac pietate florentes, & stupenda prodigia curandis corporibus ac cæteris id genus facientes animadvertis: (jam enim ex urbe Pella ultra Jordanem in Decapoli sita redierant, quo cum urbis a Romanis instaret excidium, discipuli omnes ab Angelo moniti secesserant) horum consuetudine vehementer animo commotus Aquila Christianam religionem amplectitur. Tum aliquanto tempore interjecto, Christianæ professionis sigillum, uti petierat obtinet. Verum cum a priori usu moribusque non discederet, & vanissimis Mathe-

ma-

Judæi profelyti ; quos sectati Ebionei ex Joseph generatum eum dicunt, tantam dispositionem Dei dissolventes , quantum ad ipsos est , & frustrantes Prophetarum testimonium , quod operatus est Deus. Prophetatum 265.) est quidem , priusquam in Babylonem fieret populi transmigratio , id est , antequam Medi & Persæ acciperent principatum: interpretatum vero in Græco ab ipsis Ju-

X 4

dæis

maticorum artibus , quas apprime callebat , nimium tribueret , adeoque genesim ac horoscopum suum observaret in dies , & ob id a magistris objurgatus emendare se nolleat , imo pervicaciter obliquant falsa quædam tueri vellet , ut puta fatum , & quæ cum eo connexa sunt , rursus ab Ecclesia tanquam ad salutem minime idoneus ejectus est . Quia ignominia vehementer exacerbatus . . Christianam professionem ejurat , & inter Judæorum proselytos adscriptus , ac circumcisus est . Inde totum se Hebraicis literis ediscendis vehementi cum animi contentionе tradidit . Quas cum egregie penitusque percepisset , ad interpretandum se contulit , non sincera animi inductione : sed ut quædam Scripturæ loca depravaret , adversus LXXII. Interpretes impetum omnem , conatumque dirigens : atque ut expressa Sacris literis de Christo testimonia aliter ederet ; quo nonnullum pudori ignominiaque suæ vel absurdum colorem & excusationem quereret . ,

265.) Prophetiam de virginē Emmanuēlē paritura edit̄ Isaias regnante in Judæa Achaz , qui regnare cœpit anno mundi circ. 3247. ante Christum 753.

dæis multo ante tempora 266.) adventus Domini nostri , ut nulla relinquatur suspicio , ne forte morem nobis gerentes Judæi hæc ita sint interpretati . Qui quidem si cognovissent nos futuros , & usuros his testimoniis , non dubitassent ipsi suas comburere Scripturas , quæ & reliquas omnes gentes manifestant participare vitæ , & eos qui gloriantur domum se esse Jacob , & populum Israel , exhæredatos ostendunt a gratia Dei . Prius enim quam Romani possederunt regnum suum , ad-huc Macedonibus Asiam possidentibus , Ptolemaeus 267.) Lagi filius , cupiens bibliothecam a
fe

266.) Si versio LXX. Interpretum adornata dicatur cum Irenæo sub Ptolomæo Lagi filio , nativitatem Christi præcessit circiter CCC. annis , si vero sub Ptolomæo Philadelpho , & quidem septimo , ut Epiphanius 1. de Mens. & Ponder. ait , regni ejus anno facta sit , ortum Christi CCLXXX. annis præcedit.

267.) Complures quidem fuisse , qui cum Irenæo versionem LXX. Sub Ptolomæo Lagida etiam Sotere cognominato adornatam putarunt , testatur Clemens Alexandr. 1. 1. Strom.versus fin. ita scribens : „ Versas autem fuisse Scripturas & Legis & Prophetarum ex Hebræo sermone in lingua Græcam ajunt tempore Ptolomæi Lagi filii , aut ut dicunt nonnulli , tempore ejus qui fuit cognominatus Philadelphus . „ In libello tamen versionis hujus historiam contingente , qui sub Aristæ nomine circumfertur , id sub Philadel-

adel.

se fabricatam in Alexandria , omnium hominum dignis conscriptionibus ornare , petiit ab Hierosolymitis in Græcum sermonem interpretationas habere Scripturas eorum . Illi vero (obediebant enim tunc Macedonibus) quos habebant perfectiores Scripturarum intellectores , & utriusque loquelæ , septuaginta seniores miserunt Ptolemæo , facturos hoc quod ipse voluisset . Ille experimentum eorum summere volens , & metuens , ne forte consentientes eam veritatem , quæ esset in Scripturis , absconderent per interpretationem , separans eos ab invicem 268.) jussit omnes eandem in-

X 5 ter-

adelpho Lagidæ filio & successore factum dicitur : idemque testatur Josephus Antiqu. Judaic. 1. 12. c. 2. Tertullianus in Apologet. Eusebius in Chron. ad annum IV. Olympiadis 124tæ , S. Epiphanius 1. de Mensur. & Ponder. num. 3. & seqv. S. Augustinus 1. 8. de Civ. Dei c. 42. &c.

268.) Idem scribit S. Justinus in sua ad Græcos Cohortatione ; addens vidisse se etiam Alexandriæ in Pharo vestigia cellularum , in quibus hi Interpretæ singuli seorsim inclusi fuerint . Et Clemens Alexandr. loco supra cit. „ Cum inquit unusquisque singillatim ex sua propria interpretatus esset prophetia , conspirarunt omnes simul collatæ interpretationes & sententiis , & dictiōnibus . „ S. Epiphanius 1. de Mensur. & Ponder. num. 3. binos & binos simul lucubrasse tradit . „ Duo inquit ac septuaginta viri in Pharo Insula , quæ Terra superior dicitur , e regione urbis

Ale-

terpretari Scripturam : & hoc in omnibus libris fecit. Convenientibus autem ipsis in unum apud
Pto-

Alexandriæ , in sex & triginta cellulis , bini scilicet in singulis a primo diluculo ad vesperum conclusi sunt.. Unicuique porro Interpretum pari liber attribuebatur unus. Exempli causa Geneseos volumen uni , Exodus alteri , Et num s. , Igitur septem & viginti illi libri , qui XXII. numerantur.. per orbem in unumquodque par Interpretum distributi sunt : puta a primo pari ad secundum , ab hoc ad tertium pervenerunt , donec sexies ac trigesies Græce conversi sunt &c. , Alii malunt Interpretes hos in eadem domo collectos , & collatis invicem consiliis interpretationem perfecisse. Ita S. Hieronymus Præfat. in Pentaeuch. „ Nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandria mendacio suo extruxerit , quibus divisi eadem scriptitarint : cum Aristeas ejusdem Ptolomæi ὑπερασπισθεὶς , & multo post tempore Josephus nihil tale retulerint , sed in una Basilica congregatos contulisse scribant , non prophetaesse. „ Josephus l. 12. Antiquit. c. 2. posteaquam missos ab Eleazaro Pontifice LXXII. Interpretes , opiparo simul ac erudito convivio in Philadelphi regia acceptos fuisse narravit , de adornata ab iis interpretatione hæc subjungit num. 12. „ Deinde tribus peractis diebus , Demetrius (Phalereus Bibliothecæ regiæ præfектus) iis assumptis heptastadium transgressus , aggerem in mari ad insulam pertinentem , & transito ponte , cum boream versus progressus eset , congregavit eos in domum prope littus extrectam , ad contemplationem rerum ob solitudinem idoneam : & eis il-

luc

Ptolemæum , & comparantibus suas interpretationes , Deus glorificatus est , & Scripturæ vere
Di-

luc perductis rogabat , ut postquam omnia , quibus ad Legis interpretationem opus esset , ad arbitrium suum haberent , negotium expedirent . Illi vero summo studio & labore ad legem accurate interpretandam aggressi , in ea ad horam diei nonam elaborabant : deinde curando corpori se dabant , iis quæ ad viatum pertinerent , large suppetentibus ; ac præterea Dorotheo multa ex iis , quæ Regi parata erant , ipsius Regis jussu illis afferente . Atque etiam quotidie bene mane ad regiam venientes , & Ptolemæum salutantes , eundem locum repetebant , & manus in mari lavantes , seque lustrantes ita demum ad legum interpretationem sese conferebant . Deinde transcripta lege , & interpretationis opere duobus & septuaginta diebus absoluto , Demetrius congregatis eum in locum , in quo versæ Leges fuerant Judæis omnibus (qui Lagidæ tempore in Ægyptum copiosi translati fuerant) præsentibus etiam Interpretibus , eas recitavit . Et multitudo seniores Legis interpretes approbavit ; & Demetrii etiam intentionem collaudarunt , qui eis magnorum bonorum inventor extitisset . Rex etiam maxime lætatus est recitatis ei legibus , & Legislatoris mentem atque sapientiam stupuit &c. „ Que omnia totidem fere verbis leguntur etiam in libello Aristæ tomo 2. Operum Josephi edit Amstelædam. an. MDCCXXVI. annexo , una cum epistolis Philadelphi , & Eleazari , nominibus Interpretum , donisque magnificis a rege cum Interpretibus ipsis , tum E' eazar Pontifici datis . S. Epiphanius addit Versionem LXX. reposuitam

Divinæ creditæ sunt, omnibus eadem, & eisdem verbis ac nominibus, recitantibus ab initio usque ad finem; ut & præsentes gentes cognoscerent, quoniam per aspirationem Dei interpretatæ sunt Scripturæ. Et non esse mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captivitate populi, quæ facta est a Nabuchodonosor, corruptis Scripturis, & post septuaginta annos Judæis descendantibus in regionem suam, post deinde temporibus Artaxerxis Persarum regis, inspiravit Hesdræ sacerdoti tribus Levi, præteriorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data est per Moysen. 269.) Cum igitur tan-

ta

fitam fuisse in Bibliotheca, quam Ptolomæus in Bruchio extruxerat: dein vero extructam esse Bibliothecam minorēm in Serapio, quæ prioris filia dicebatur & in hac post annos CCCI. congregatas esse Aquilæ, Symachi, Theodosiani, & aliorum editiones.

269.) Irenæo consentit Clemens Alexandr. I. i. Strom. versus fin. ubi laudata pariter LXX. versione, hæc addit. „Nam etiam in captivitate regis Nabuchodonosor, cum interiissent Scripturæ, tempore Artaxerxis Persarum regis, inspiratus Esdras Levites, qui factus fuerat Sacerdos, prophetavit, omnes veteres rursus Scripturas renovans. „Difficile tamen creditu est, Scripturas captivitatis Babylonicas tempore penitus interiisse, cum Ezechiel & Daniel prophetæ, multique alii pii viri inter captivos fuerint, qui

Scri-

ta veritate & gratia interpretatæ sint Scripturæ ; ex quibus præparavit Deus fidem nostram , quæ

in

Scripturas utique sollicite conservarint. Esdræ certel. 2. c. 8. narratur tantum Esdras Legem populo prælegisse & interpretatus esse , non de integro libros Legis conscripsisse : idem scribit Josephus Antiquit. 1. 11. c. 5. Et S. Hieronymus literas quidem a veteribus diversas eum tradidisse Judæis ait , non item Scripturæ libros de novo dictasse. Ita enim de illo in Prologo Galeato. „ Viginti & duas literas esse apud Hebræos , Syrorum quoque lingua & Chaldaeorum testatur , quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. Nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono , sed diversis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant , figuris tantum & apicibus discrepantibus. Certumque est Esdram Scribam , legisque doctorem , post captam Hierosolymam , & instaurationem templi sub Zorobabel , alias literas reperisse , quibus nunc utimur : cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. „ Et Ep. ad Paulinum , quia totius Scripturæ summam paucis exponit . „ Esdras inquit & Nehemias , Adjutor videlicet , & Consolator a Domino , in unum volumen coarctantur : instaurant templum , muros extruunt civitatis , omnisque illa turba populi redeuntis in patriam , & descriptio Sacerdotum , Levitarum , Israelis profelytorum , ac per singulas familias murorum ac turrium opera divisa , aliud in cortice præferunt , aliud retinent in medulla. „ Ubi vides nullum de ingovatis per Esdram Scripturis verbum esse. S. Au-

guia

in Filium ejus est , & servavit nobis simplices Scripturas in Ægypto , in qua adolevit & domus Jacob , effugiens famem , quæ fuit in Chanaan ; in qua & Dominus noster servatus est effugiens eam persecutionem , quæ erat ab Herode ; & hæc Scripturarum interpretatio priusquam Dominus noster descendenteret , facta sit , & antequam Christiani ostenderentur ; (natus est enim Dominus noster circa primum & quadragesimum annum Augusti imperii , multo autem vetustior fuit Ptolomæus , sub quo interpretatæ sunt Scripturæ) vere impudorati & mendaces ostenduntur , qui nunc volunt alter interpretationes facere , quando ex ipsis Scripturæ

Augustinus pene etiam Prophetæ dignitatem illi detrahit 1. 13. de Civ. Dei c. 36. ita scribens : „ Per idem tempus liberationis populi ex Babylonica servitute scripsit etiam Esdras : qui magis rerum gestarum Scriptor est habitus , quam Propheta . Nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligendus est , quod inter juvenes quosdam orta quæstione , quid amplius valcret in rebus ? cum Reges unus dixisset , alter vnum , tertius mulieres , quæ plerunque Regibus imperant ; idem tamen tertius veritatem super omnia demonstravit esse victricem . (Sed hoc in apocrypho 1. 3. Esdræ c. 4. legitur .) Consulto autem Evangelio , Christum cognoscimus esse veritatem . „ Summum igitur Esdras corruptos nonnullis locis per incuriam describentium Scripturæ Codices , ad exemplar a se diligenter asservatum a mendis repurgarit , & primavæ integratæ restituerit .

Pturus arguantur a nobis , & in fidem adventus Filii Dei concludantur . Firma est autem , & sola vera , quæ secundum nos est fides , manifestam ostensionem habens ex his Scripturis . Etenim Apostoli cum sint his omnibus vetustiores , consonant prædictæ interpretationi , & interpretatio consonat Apostolorum traditioni . Petrus enim , & Joannes , & Matthæus , & Paulus , & reliqui deinceps , & horum sectatores Prophetica omnia ita annuciaverunt , quemadmodum seniorum interpretatione continet . Unus enim & idem Spiritus Dei , qui in Prophetis quidem præconavit , quis & qualis esset adventus Domini , in senioribus autem interpretatus est bene , quæ bene prophetata fuerant ; ipse & in Apostolis annunciat plenitudinem temporum advenisse , & inhabitare inter homines credentes in eum , qui ex Virgine natus est Emmanuel : quemadmodum ipsi testificantur , quoniam priusquam convenisset Joseph cum Maria (manente igitur ea in virginitate) inventa est in utero habens de Spiritu sancto (Matth . I . v . 18 .) & quoniam dixit ei Gabriel Angelus : *Spiritus sanctus adveniet in te , & virtus Altissimi obumbrabit te ; quapropter quod nascetur ex te Sanctum , vocabitur Filius Dei.* (Luc . I . v . 35 .) & quoniam Angelus in somnis dixit ad Joseph : *Hoc*

autem factum est, 270.) ut adimpleretur, quod dictum est ab Esai Propheta: Ecce Virgo in utero concipiet. (Matth. i. v. 22.) Seniores autem sic interpretati sunt dixisse Esaiam: Propter hoc Dominus ipse dabit vobis signum: 271.) Ecce Virgo in ventre accipiet, & pariet Filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel manducabit: priusquam cognoscat, aut eligat malum, commutabit bonum. (Isai. 7. v. 14. & seq.)

Di-

270.) Hæc verba, Evangelistæ, non Angeli es-
se videntur: quanquam & Angelo tribui salvo contextu
possint.

271.) In Hebreo Isai. 7. v. 14. ita legitur **הָנָה דְּעַלְמָה הָרָה וַיַּלְדֵת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עַמְנוּאֵל** Ecce Virgo pregnans & pariens filium, & vocabis nomen ejus Nobiscum Deus. Et apud LXX. **Ιδε γένη παρθένος ἐν γυ-
σὶ λήψει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεται τὸ ὄν-
τα παρθένος Εὐμαννέλη.** Recte autem Interpretes illos vo-
cem Ha alma per παρθένος seu virginem transtulisse pro-
bat etiam Origenes l. 1. contra Celsum, & S. Hierony-
mus l. 1. contra Jovinianum: quia licet apud Hebreos vir-
go sape vocetur **בְּתוּלָה** Bethula, tamen Gen. 24. v. 43.
vocatur etiam **הָעֲלָמָה** Ha alma; adolescentula vero vel
puella nusquam legitur ita vocari sed **נָאָרָה** Naara. Quis
S. Hieronymus loc. cit. vocem Haalma non solum virg-
inem, sed cum **επιτάσσει** virginem absconditam, & nimia p-
rentum diligentia custoditam significare contendit: cuiusmo-
di erat Rebecca, quæ Gen. 24. eo nomine appellatur.

Diligenter significavit Spiritus sanctus generationem ejus, quæ est ex Virgine, & substantiam, quoniam Deus; (Emmanuel enim nomen hoc significat) & quoniam homo, manifestat in eo, quod dicit: *Butyrum & mel manducabit, & in eo quod infantem nominat eum, & prius quam cognoscat bonum & malum;* hæc enim omnia signa sunt infantis.. Et in eo quod dicit: *Audite Domus David;* (Isai. 7. v. 13.) significantis erat, quoniam quem promisit Deus David, de fructu ventris ejus æternum suscitaturum se Regem, hic est, qui ex Virgine, quæ fuit de genere David, generatus est. Propter hoc enim & de fructu ventris 272.) ejus Regem promisit, quod erat proprium Virgi-

S. Irenæi Episc. & Mart.

Y

nis

272.) Ita etiam Tertullianus 1. 3. contra Marcion. num. 14. , „*Ex fructu inquit, ventris tui collocabo super thronum tuum. Quis iste venter est? Ipsius David?* utique non, neque enim pariturus erat David. Sed nec uxor ejus; non enim dixisset ex fructu ventris tui, sed potius ex fructu ventris uxoris tuæ. Ipsius autem dicendo ventrem, supereft ut aliquem de genere ejus ostenderit, cuius ventris futurus esset fructus Caro Christi, quæ ex utero Mariæ floruit. Ideoque & fructum ventris tantum nominavit, ut proprie ventris, quasi solius ventris, non etiam viri: & ipsum ventrem ad David redegit, ut ad principem generis & familiæ patrem: nam quia viro deputare non potuit virginis ventrem, eum patri deputavit &c.,“

nis prægnantis ; & non de fructu lumborum ejus, nec de fructu renum ejus , quod est proprium vi-
ri generantis , & mulieris ex viro conceptionem
facientis. Circumscripsit igitur genitalia viri in
promissione Scriptura , imo vero nec commemo-
ravit , quoniam non ex voluntate viri erat , qui
nascebatur... Quod autem dixit Esaias : *In profun-
dum deorsum , vel in altitudinem sursum* (Isai. 7. v.
11.) significantis fuit , quoniam qui descendebat,
ipse erat & qui ascendebat. Et in eo quod di-
xit : *Ipsè Dominus dabit signum* ; id quod erat ino-
pinatum generationis ejus significavit , quod nec
factum esset aliter , nisi Deus Dominus omnium
ipse dedisset signum.. Quid autem magnum , aut
quod signum fieret in eo , quod adolescentula con-
cipiens ex viro peperisset , quod evenit omnibus ,
quæ pariunt mulieribus ? Sed quoniam inopinata
salus hominibus inciperet fieri , inopinatus & par-
tus Virginis fiebat , Deo dante signum , non ho-
mine operante illud. Propter hoc & Daniel præ-
videns ejus adventum *lapidem sine manibus abscissum*
advenisse in hunc mundum dixit. (Dan. 11. v.
34.) Hoc est enim sine manibus , non operante in
eum Joseph , sed sola Maria cooperante disposi-
tioni. . Propterea & Esaias ait: Sic dicit Domi-
nus : *Ecce ego mitto in fundamenta Sion lapidem pre-*
ciosum

ciosum, electum, summum, angularem, honorificum.
 (Isai. 28. v. 16.) ut non ex voluntate viri, sed
 ex voluntate Dei, adventum ejus, qui secundum
 hominem est, intelligamus.... Qui ergo eum
 dicunt ex Joseph generatum, abdicatos se faciunt
 a regno, sub maledictione & increpatione deci-
 dentes &c. ,,

Capite XXII. Christum veram carnem & pas-
 sioni obnoxiam ex Virgine, non aliunde sumpfis-
 se demonstrat. „ Errant, qui dicunt, 273.)
 Y 2 eum-

273.) Valentiniani hi erant, qui teste S. Epiphanius
 hær. 31. num. 7. dicebant Christum „ Corpus e Cœlo de-
 tulisse, ac tanquam aqua per fistulam, sic illum per Ma-
 riam transisse Virginem, neque quicquam ex ejus utero
 sumpfisse, sed e Cœlo traxisse Corpus: „ Et Apellitæ,
 de quibus idem S. Pater hær. 44. „ Christum inquit su-
 premi ac boni Dei Filium dicunt.. eundem porro non spe-
 cie apparuisse sola, sed revera carnem sumpfisse, non de
 Maria tamen Virgine illam expressisse.. sed aliunde sibi
 comparasse. Quod huic in modum explicat Apelles. Cum
 inquit e Cœlo delaberetur in terram, Corpus sibi quatuor
 ex elementis effinxit... Ex quibus omnibus formato sibi
 corpore vere in terra visus est.. Deinde semetipsum ad
 patiendum supplicium obtulit, ac revera in cruce suffixus
 est, eamque ipsam carnem discipulis ostendit. Postea hu-
 manam, quam assumpferat, naturam resolvens, unicuique
 elemento quod proprium erat restituit, velut calido cali-

dum

eum nihil ex Virgine accepisse , ut abjiciant carnis hæreditatem... Hoc dicere est , putative apparuisse eum tanquam hominem , cum non esset homo. Si enim non accepit ab homine substantiam carnis , neque homo factus est , neque filius hominis : & si hoc non factus est , quod nos eramus , non magnum faciebat , quod passus est & sustinuit... Cæterum supervacua est in Mariam descensio ejus. Quid enim in eam descendebat , si nihil incipiebat summere ex ea ? At si nihil sumpsisset ex Maria , nunquam eas , quæ a terra erant , percepisset escas , per quas id quod a terra sumptum est , nutritur corpus ; nec quadraginta diebus , quemadmodum Moyses & Elias jejunans esuriisset.. nec lachrymasset super Lazarum , nec sudasset 274.) globos sanguinis ; nec dixisset :

Tri-

dum , frigido frigidum , siccum siccō , humidum humido. Ita corpore illo , quod carne constabat , soluto , in Cœlum unde venerat , ascendit. „

274.) Quidni ævo Irenæi historia de sudore sanguineo Christi Luc. 22. legebatur ? licet postea eam nonnulli inconsulte eradere tentaverint , ut docet S. Epiphanius in Anchorato num. 31. ita scribens. „ Non onera duntaxat nostra pro nobis adveniens Verbum sibi Sacrosanctum imposuit , sed etiam contrectari voluit , carnem induit , inventus est homo , a Scribis comprehensus : *Dorsum suum flagele-*

Tristis est anima mea. (Matth. 26. v. 38.) nec percusso latere exisset sanguis & aqua. Hæc enim omnia signa carnis , quæ a terra sumpta est , quam in se recapitulatus est suum plasma salvans. Propter hoc Lucas genealogiam , quæ est a generatione Domini nostri usque ad Adam , septuaginta duas 275.) generationes habere ostendit ; finem conjungens initio , & significans , quoniam ipse est ,

Y 3

qui

gellis objecit , vultum suum a sputorum ignominia non avertit (Isai. 50. v. 6.) Sed & ploravit (positum est in Evangelio Lucæ , in Codicibus non interpolatis , utiturque hoc testimonio S. Irenæus in Opere contra hæreses , ad repellendos eos , qui Christum specie tenus apparuisse dicebant ; Catholici vero timore quodam inducti sustulerunt hoc dictum , neque ad finem , neque ad vim maximam ejus animadvertisentes) & in anxietate confititus sudarit , & fuit sudor ejus velut guttae Sanguinis , & apparuit Angelus confortans eum. (Luc. 22. v. 43.)

275.) In hodiernis Codicibus Luc. 3. ubi genealogia Christi recensetur LXXV. generationes leguntur. Sed Irenæus inter progenitores Christi non legerit Cainanum , qui ex corrupta LXX. versione hic a sciole quopiam translatus videtur , Hebræis & Vulgata Gen. 11. eum pro Arphaxad filio non agnoscentibus. Primam deinde & ultimam generationem numero illo includendam non putaverit : quia Adam non est re ipsa genitus , sed creatus a Deo , & Christus Jesus non est genitus ex Joseph , more aliorum hominum , sed ex Virgine sola illi desponsata.

qui omnes gentes exinde ab Adam dispersas , & universas linguas , 276.) & generationem hominum cum ipso Adam in semetipso recapitulatus est... Consequenter autem & Maria Virgo obediens invenitur , dicens : *Ecce ancilla tua Domine , fiat mihi secundum Verbum tuum.* (Luc. 1. v. 38.) Eva vero inobediens : non obedivit enim adhuc cum esset virgo. Quemadmodum illa virum quidem habens Adam , virgo tamen adhuc existens (erant enim utrique nudi in Paradiso , & non confundebantur , Gen. 2. v. 23. quoniam paulo ante facti non intellectum habebant filiorum generationis : oportebat enim illos primo adolescere , dehinc multiplicari) inobediens facta , & sibi , & universo generi humano causa facta est mortis ;

sic

276.) Videtur S. Pater innuere linguas , & gentes septuaginta duas in mundo esse , quemadmodum & Clemens Alexandr. 1. 1. Strom. pag. 338. ait : „ Videntur ex vera ratione linguae seu dialecti ut vocant , & sermones generales esse LXXII. ut nostræ tradunt Scripturæ. „ Et S. Epiphanius in Panario num. 5. „ Quinta inquit post diluvium ætate , cum a tribus Noemi filiis propagari genus humanum coepisset .. duo ac septuaginta numero velut principes ac styrpis capita prodierunt. Ii cum longius processissent.. turrim & Babylonem ædificant. Sed Divino Numini infana molitus displicuit. Ideoque dissipatis eorum linguis septuaginta duas ex una fecit , pro hominum numero , qui illo tempore repertus est &c. „

sic & Maria habens prædestinatum virum, & tam
en virgo, obediens, & sibi, & universo gene-
ri humano causa facta est salutis. Et propter hoc
Lex eam, quæ despontata erat viro, licet virgo
sit adhuc, uxorem ejus, qui despontaverat, vo-
cat, eam quæ est a Maria in Evam recirculatio-
nem significans... Quod enim alligavit virgo
Eva per inobedientiam, hoc Virgo Maria solvit
per fidem. „

Orthodoxa de Incarnatione Verbi doctrina
exposita, Capite XXIII. salutem primi hominis
contra Tatianum vindicat, æquitati ac misericor-
diæ Dei per quam consentaneum fuisse ostendens,
ut Adam salutem a Christo consequeretur. „ Ne-
cessè fuit, inquit, Dominum ad perditam ovem
venientem, & suum plasma requirentem, illum
ipsum hominem salvare, qui factus fuerat secun-
dum imaginem & similitudinem ejus, id est Adam..
ut non vinceretur Deus, neque infirmaretur ars
ejus. Si enim qui factus fuerat a Deo homo, ut
viveret, hic amittens vitam Iæsus a serpente, jam
non reverteretur ad vitam, sed in totum projectus
esset morti, victus esset Deus, & superasset serpentis
nequitia voluntatem Dei. Sed quoniam Deus in-
victus & magnanimis est.. per secundum hominem
alligavit fortem, & diripuit ejus vasa, & evacua-

vit mortem , vivificans eum hominem , qui fuerat mortificatus. . . Hic est autem Adam , de quo Scriptura ait dixisse Dominum : *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* ; (Gen. i. v. 26.) nos autem omnes ex ipso , & propterea ipsius hæreditavimus 277.) appellationem. Cum autem salvatur homo , oportet salvari eum , qui prior formatus est homo. Quoniam nimis irrationabile est , illum quidem , qui vehementer ab inimico læsus , & prior captivitatem passus est , dicere non eripi ab eo , qui vicerit inimicum , erexitos vero filios ejus , quos in eadem captivitate generavit : nec victus quidem adhuc parebit inimicus , veteribus spoliis manentibus apud eum... Propter hoc & initio transgressionis , sicut narrat Scriptura , non ipsum maledixit Adam , sed terram in operibus ejus ; quemadmodum ex veteribus quidam ait : quoniam transtulit Deus maledictum in terram , ut non perseveraret in homine. Condemnationem autem transgressionis accepit homo terrenum laborem , & manducare panem in sudore vultus , & converti in terram , ex quam sum.

277.) Appellationem Adæ hæreditamus , quia dicimur homines ab humo seu terra ; sicut ille dictus est אָדָם Adam ab אָדָמָה Adama , quod itidem Hebraice humum seu terram significat.

fumptus est ; similiter mulier tædia , labores , & gemitus partus , & servitium , id est ut serviret viro suo : ut neque maledicti in totum perirent , neque sine increpatione perseverantes Deum contemnerent . 278.) Omnis autem maledictio occurrit in serpentem , qui seduxerat eos . *Dixit enim Deus serpenti : Quoniam fecisti hoc , maledictus tu ab omnibus pecoribus , & ab omnibus bestiis terræ.* (Gen. 3. v. 14.) Hoc idem autem & Dominus in Evangelio , his qui a sinistris inveniuntur , ait : *Ite maledicti in ignem æternum , quem præparavit Pater meus diabolo , & angelis ejus ;* (Matth. 25. v. 41.) significans quoniam non homini principaliter præparatus est æternus ignis , sed ei , qui seduxit , & offendere fecit hominem , principi abfessionis , & his angelis , qui apostatae facti sunt cum eo : quem quidem juste percipient etiam hi , qui similiter ut illi sine poenitentia in malitia perseverant operibus . Quemadmodum Cain cum accepisset consilium a Deo , ut quiesceret , quod non recte divisisset eam , quæ erga fratrem erat , com-

278.) In eundem sensum Tertullianus 1. 2. contra Marcion. num. 19. , , Interponens Deus præsentis temporis verbum , temporalem & ad præsens dilationem vitæ se fecisse ostendit . Ideoque nec maledixit ipsum Adam , nec Ewam , ut restitutionis candidatos , ut confessione relevatos . , ,

municationem.. non solum non acquievit, sed & adjecit peccatum super peccatum, manifestans sententiam suam per operationem. Quod enim cogitavit, hoc & operatus est, & interfecit justum in justus.. Et ne sic quidem mitigatus est, sed interrogatus, ubi esset frater ejus? *Nescio ait, numquid custos fratris mei sum ego?* (Gen. 4. v. 9.) multiplicans malum per responsonem. Etenim si malum est occidere fratrem, multo pejus sic audacter & irreverenter respondere omnia scienti Deo, quasi posset frustrari eum. Propter hoc & ipse maledictionem portavit, quoniam a se peccatum tulit, 279.) non reveritus Deum, neque confusus in fraticidio. Circa Adamum autem nihil tale factum est, sed omnia in contrarium. Ab altero enim seductus sub occasione immortalitatis, statim timore corripitur, & absconditur; non quasi possit effugere Deum, sed confusus, quoniam transgressus præceptum ejus, indignus est venire in conspectum & colloquium Dei. *Timor autem Domini initium est intelligentiae;* (Prov. 1. v. 7.) intellectus vero transgressionis fecit poenitentiam: poenitentibus autem largitur benignitatem

279.) Cain a se peccatum tulit, non poenitendo, sed negando se fraticidium commisisse, & innocentiam simulando, cum diceret nescire se, ubi frater sit.

tem suam Deus. Etenim per succinctorum in facto ostendit suam poenitentiam , foliis ficalncis semetipsum contegens , existentibus & aliis foliis multis , quæ minus corpus ejus vexare potuissent ; condignum tamen inobedientiæ amictum fecit , contritus timore Dei , & retundens petulantem carnis impetum ; quoniam indolem , & puerilem 280.) amiserat sensum , & in cogitationem pejorum venerat , frœnum continentiæ sibi & uxori suæ circumdedit , timens Deum , & adventum ejus expectans , & velut tale quid significans : Quoniam inquit , eam , quam habui spiritu , sanctitatis stolam amisi per inobedientiam , nunc cognosco , quod sim dignus tali tegumento , quod delectationem quidem nullam præstat , mordet autem & pungit corpus. Et hoc semper habuisset indumentum , humilians semetipsum , nisi Dominus , qui est misericors , tunicas pelliceas pro foliis ficalneis induisset eos. Propter hoc autem & interrogat eum , ut ad mulierem veniret accusatio , & illam rufus , ut ad serpentem transmitteret causam. Dixit enim , quod fuerat factum : *Serpens seduxit*

me.

280.) Puerilem sensum amisit Adam , quia dum innocens erat , quamvis nudus , puerorum instar non erubescerat , post lapsum vero cum rebelles concupiscentiæ motus sentire cœpisset , de nuditate sua confusus erubuit.

me, & manducavi. (Gen. 3. v. 13.) serpentem vero non interrogavit; sciebat enim eum principem transgressionis factum: sed maledictum primo immisit in eum, ut secunda increpatio veniret in hominem. Eum enim odivit Deus, qui seduxit hominem, ei vero qui seductus est, 281.) sensim, paulatimque misertus est. Quapropter & ejecit eum de Paradiso, & a ligno vitae longe distulit, non invidens ei lignum vitae, 282.) quemadmodum quidam audent dicere, sed miserans eum, ut

non

281.) Apostolus quidem 1. Timoth. 2. v. 14. ait: *Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit;* id tamen Theodoretus Commentar. in hunc locum ita intelligit, quasi diceret Paulus, quod Adam non primus, nec immediate a serpente, sed ab Eva seductus fit. „ Illud inquit, *Non est seductus,* dixit pro eo, quod *est*, non primus. Scripturam autem fecutus est. Cum enim a muliere peteretur, ut rationem redderet, dixit: *Serpens decepit me, & comedi.* Adam autem non sic, sed: *Mulier, quam dedisti tecum, ea dedit mihi de ligno & comedi.* Et illa quidem veniam nullo modo est assecuta, ut quæ serpenti paruerit: hic vero parvam habet excusationem, ut qui fuerit inductus a muliere. Quin etiam frustum arboris non ipse, sed illa collegit, & cum prior accepisset, viro tradidit. Propterea dixit: *Adam non est seductus.* „

282.) Istud pene ad verbum legitur etiam apud S. Theophilum Antiochenum 1. 2. ad Autolycum, pluraque similia prorsus iis, quæ Irenæus hic scribit.

non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset peccatum, & insanabile. ut cessans aliquando homo vivere peccato, & moriens ei, inciperet vivere Deo. Unde & inimicitias posuit inter serpentem & mulierem, & semen ejus... quoadusque veniret semen prædestinatum calcare caput ejus, quod fuit partus Mariæ, de quo ait Propheta: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* (Ps. 90. v. 13.) significans quia illud, quod dilataretur adversus hominem peccatum, evacuaretur cum regnante morte, & conculcaretur ab eo in novissimis temporibus insiliens humano generi leo, hoc est antichristus, & draco ille vetustus alligaretur, & subjiceretur potestati hominis, qui fuerat victus... Victor autem erat Adam ablata ab eo vita: propter hoc victo rursus inimico recepit vitam Adam.. 283.) Quapropter liberato homine fiet,

quod

283.) Pœnitentiam & salutem Adæ afferere videtur etiam Scriptura Sap. 10. v. 1. & 2. inquiens: „*Hæc illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, Et eduxit illum a delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia.*” Consonat Tertullianus 1. de Pœnit. in fine. „*Ipse quoque inquit, & styrpis humanæ, & offendit in Dominum principis Adam, ex omologesi restitutus in paradisum non tacet.*” Et S. Hier-

quod scriptum est: *Absorpta est mors in victoria. Ubi mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuis?* (1. Corinth. 15. v. 54.) Quod non poterit juste dici, si non ille liberatus fuerit, cui primum dominata est mors. Illius enim salus evacuatio est mortis. Dominus igitur vivificante hominem, id est Adam, evacuata est mors. Mentiuntur ergo omnes, qui contradicunt ejus saluti, seipso excludentes a vita. Mentiatur is, qui prior hanc sententiam, imo hanc ignorantiam induxit, Tatianus, connexio quidem omnium haeticorum factus, hoc autem a semetipso adinvenit, ut novum aliquid inferens, vacuos a fide auditores sibi
præ-

ronimus Ep. ad Marcellam sub nomine Paulæ & Eustochii eam in Betlehem invitantium. „ In hac urbe, imo in hoc tunc loco & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam. Unde & locus, in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur; scilicet quod ibi sit antiqui hominis calvaria condita: ut secundus Adam, & Sanguis Christi de Cruce stillans, primi Adam & jacentis protoplasti peccata dilueret, & tunc sermo ille Apostoli completeretur: *Excitare, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.* „ Idem pluribus probat S. Epiphanius hær. 46. adversus Tatianum disputans, ubi inter alia diserte ait: „ Sanctum Adamum parentem nostrum inter vivos numeramus, propter quem, & nos omnes ejus posteros Christus advenit &c. „

præpararet, affectans magister haberi, & tentans subinde uti hujusmodi a Paulo dictis, quoniam *in Adam omnes morimur*; (1. Corinth. 15. v. 22.) ignorans autem, quod *ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia.* (Rom. 5. v. 20.) Erubescant proinde omnes, qui ab eo sunt, & concertant de Adam, quasi magnum aliquid lucentur, si ille non salvetur; quando magis nihil proficiunt, quemadmodum & serpens nihil profecit fadens homini, nisi quod cum transgressorem ostendit. Deum autem non vicit. „

Duo reliqua libri hujus Capita nihil peculiare continent. Nam Cap. XXIV. summatim repetit, quæ hactenus adversus Gnosticos differuit, & Cap. XXV. mundum hunc Dei unius providentia regi, Deumque bonum simul, ac justum esse docet.

CAPUT

C A P U T VI.

Summarium Libri IV. adversus hæreses.

ARgumentum Libri hujus in Præfatione sic proponit Irenæus. „ Hunc quartum librum dilectissime transmittens tibi , Operis quod est de detectione & eversione falsæ cognitionis , pér Domini sermones ea, quæ prædiximus, confirmabimus: ut & tu, sicut postulasti, undique a nobis accipias occasiones ad confutandos omnes hæreticos, & eos omnimodo retusos non longius finas in erroris procedere profundum , neque ignorantiae præfocari pelago ; sed convertens eos in veritatis portum facias suam percipere salutem &c. „

Primi deinde quinque Capitibus unum & solum Deum mundi conditorem , a Christo pariter ac Prophetis prædicatum , esse probat , eamque in rem Cap. V. differens inter alia hæc habet. „ Dominus noster & Magister in ea responione , quam habuit ad Sadducæos , 284.) qui dicunt resurrectionem

284.) Sadducæi Judaismi sectarii erant : Judæi enim jam inde a Machabæorum ætate , proinde ante Christum annis circiter CLXX. in tres sectas dividebantur , teste Josepho l. 13. Antiquiv. c. 5. ubi Jonathæ & Simonis Machabæorum res gestas narrans , num. 9. ita scribit. „ Sub hoc tempus tres erant Judæorum sectæ : quarum una

Pha-

ctionem non esse , inhonorantes Deum , atque Legi detrahentes ; & resurrectionem ostendit , &

S. Irenæi Episc. & Mart.

Z

re-

Phariseorum dicebatur , altera Sadducorum , tertia Essenorum . Et quidem Pharisei dicunt quædam eorum quæ sunt , non omnia , fati esse opera ; esse enim & quædam in nostra potestate , ut fiant , aut non fiant . Esseni vero omnia in fati potestate esse affirmant , nec quidquam hominibus præter fati decretum accidere . At Sadducæi fatum (Græce ἡμαρτεύνω) omnino tollunt .. & omnia nostro arbitrio subjiciunt , adeo ut tum bonorum nobis ipsis auctores simus , tum mala nobis met per stultitiam nostram accer-
samus . „ His quartam Galilaorum sectam addit l. 18. c. 1. & pluribus unamquamque depingit . „ Pharisei inquit , te-
nuiter vivunt , nihil deliciis tribuentes , & quæ ratio judi-
cavit bona , eorum regulam sequuntur .. exhibent & hono-
rem ætate proœctioribus .. cumque dicant fato omnia fieri , voluntatem hominis non privant impetu a seipsa pen-
dente : quippe sic Deo placitum esse , ut certo tempera-
mento miscerentur in unum , fati decretum , & ratio huma-
na , si quis vellet accedere aut cum vicio , aut cum virtute . Credunt etiam animis vim esse immortalem , ac sub terra vel pœniis , vel pœnis eos affici , qui in hac vita virtuti se aut viciis addixerint ; & hos quidem sempiterno car-
cere clausos teneri , illis vero facultatem esse in vitam red-
eundi . Et propter hæc placita tantæ apud populum sunt auſtoritatis , ut quæcumque ad religionem pertinent .. ex eorum interpretatione fiant .. Sadducæorum vero doctrina est , quod animæ cum corporibus intereant . Nec illi quic-

quam

resurrectionem ostendit, & Deum manifestavit,
dicens: *Erratis, nescientes Scripturas, neque virtu-*
tem

quam aliud præter Legem sibi servandum vendicant: nam contra magistros ejus, quam sequuntur, sapientiæ disputare præclarum ducunt. Eorum opinioni suffragantur pauci, sed dignitate præcipui. Nihil fere ab illis agitur: nam si quando magistratus gerunt, inviti & necessitate coacti, Phariseorum opinioni assentiuntur, quod eos alioquin non ferret populus. Esseni omnia Dei in manu relinquenda esse censem: animas immortales faciunt, fructusque justitiae magnopere expetendos ducunt. In templum autem donaria dum mittunt, ibi sacra non faciunt, propterea quod histriones habeant sanctiores; hac de causa communi delubro arcentur, & sacra sua seorsim faciunt. Cæterum homines sunt optime morati, & agriculturæ prorsus addicti.. habent bona inter se communia, ita ut dives suis bonis non magis fruatur, quam qui nihil possidet; suntque super quatuor millia hominum, qui hæc faciunt; & neque uxores ducunt, neque servos habere student, quod hoc iniuum, illud jurgiosum esse arbitrantur; sed separati vivunt, & alii aliis ministrant. Quæstores suorum proveniunt & terræ frugum creant viros bonos Sacerdotes, qui frumentum parant & edulia. Vivunt omnes eodem modo, & quam maxime referunt Dacas, qui Polistæ appellantur. Præter has tres sectas Judas Gaulanites (agente jam in terris Christo) quartam introduxit hominum, qui cæteroquin cum Phariseis sentiunt, sed libertatem.. mordicus tuentur, Deum unum pro rectore & Domino habentes. Mortes &

sup-

tem Dei. De resurrectione enim inquit, mortuorum non legistis, quod dictum est a Deo: Ego sum Deus

Z 2

Ab-

supplicia.. nihil faciunt, dummodo hominum neminem dominum appellant.. Hinc & ista ex amentia ægrotare cœpit gens, Geffio Floro præside, dum potestate sua abutitur, eos ex desperatione adigente ad defectionem a Romanis., Denique 1. 2. de bello Judaico c. 8. easdem quatuor fœtas recensens, postremæ auctorem, vel propagatorem potius fuisse ait Simonem Galilæum, sub Coponio Judææ procuratore, post dejectum principatu Archelaum, docuisseque, quod nec dominus quisquam hominum appellandus, nec tributum ulli sit pendendum. Essorum deinde duos ordines distinguit, unum cœlibum, alterum matrimonio junctorum, & utrosque miris laudibus effert, singularem eorum in Deum pietatem, inter se charitatem, justitiam, virtutisque omnigenæ ac sapientiæ studium indefessum toto fere capite dilaudans. De Phariseis vero, ac Sadducæis id unum in fine addit, quod illi sui invicem amantes, communem utilitatem & concordiam colant; Sadducæi vero etiam erga se mutuo feri, cum sibi similibus quemadmodum cum alienis versentur. SS. Patres plures Judaismi fœtas recensent. Ita enim S. Justinus Dial. cum Tryph. juxta edit. Parif. an. MDCCXLII. num. 80., Qui nullam esse mortuorum resurrectionem, sed statim atque moriuntur, animas suas in cœlum suscipi dicunt, cavete, ne eos existimetis Christianos: quemadmodum nec Judæos, si quis recte perpendat, esse fateatur Sadducæos, & similes fœtas Genistarum, Meristarum, Galilæorum, Hellenianorum,

Pha-

*Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? & adjecit:
Non est Deus mortuorum, sed viventium;* (Math. 22.

V.

Phariseorum, & Baptistarum. „ Ubi vides ultra commemoratas a Josepho sectas addi Genistas ita dictos, vel quod præ ceteris de genere Abrahæ gloriarentur, vel quod mundum generali tantum Dei providentia regi censuerint; Meristas, qui ex parte tantum Prophetarum Scripta recipiebant; & Hellenianos, vel ab Helleno sectæ duce, vel quod ritus quosdam Græcorum seu gentilium adoptarint. Paulo aliter Hegesippus apud Eusebium l. 4. Hist. Eccles. c. 22. „ Erant inquit diversæ sectæ in circumcisione inter filios Israel.. Essæi scilicet, Meristæ, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisei. „ Ubi octo jam hæreses numerari vides. Indiculus vero S. Hieronymo adscriptus decem omnino numerat in hæc verba. „ I. Efnei dicunt Christum docuisse illos omnem abstinentiam. II. Galilæi dicunt Christum venisse, & docuisse eos, ne dicerent dominum Cæsarem, neve ejus monetis uterentur. III. Marbonei dicunt ipsum esse Christum, qui docuit illos in omni re sabbatizare. IV. Pharisei negant Christum venisse, nec ulla in re cum prædictis communicant. V. Sadducæi negant resurrectionem, quia dictum est ad Adam, Terra es, & in terram ibis. VI. Genistæ præsumunt, quoniam de genere Abrahæ sunt. VII. Meristæ, quoniam separant Scripturas, non credentes omnibus Prophetis, dicentes aliis & aliis spiritibus prophetasse. VIII. Samaritæ, qui Israel captivo Babylonem abducto, in ejus locum venientes, ex parte Israelitarum consuetudinem, quam Sa-

cer-

v. 29, & seq. Exodi 3. v. 6.) omnes enim ei vivunt. Per hæc utique manifestum fecit, quoniam

Z 3 is

cerdote reducto didicerunt, tenent, ex parte gentilem, quam in nativitatis suæ terra habuerunt.. IX. Herodiani tempore Salvatoris orti, qui Herodem magnificabant, dicentes ipsum esse Christum. X. Hemerobaptistæ, qui quotidie & corpora sua, & domum, & suppellectilem lavant.,,, S. Epiphanius in Panario Samaritas a Judæis distinguit, & illos quidem in quatuor, hos in septem sectas partitur, in Responсione ad Epistolam Acacii & Pauli ita scribens. „ Samaritismi a Judaismo origo deducitur.. Græcorum porro superstitionem complexa, & cum Judaicis dogmatibus aliqua ex parte miscens illa secta, circa Nabuchodonosoris & Judaicæ captivitatis tempora prodiit. Primi sectæ conditores ex Assyriis in Judæam transportati, quinque duntaxat Moysis libros acceperunt, quos per Sacerdotem rex ad illos Babylone miserat. Itaque cætera habent cum Judæis communia, si hoc excipias, quod mortuorum resurrectionem, ac cæteras post Moysen Scripturas rejiciant. Factio eorum est divisa in partes quatuor. Primi sunt Gortheni, qui festos dies aliis quam Hebræi temporibus indicunt. Alii Sebuæi, qui ob eandem festorum occasionem a Gorthenis dissentient. Tertii Esseni, qui neutri parti repugnant, sed cum iis, in quos inciderint, festa peragunt. Postremi sunt Dosithei.. qui circumcisionem, Sabbatum, Pentateuchum ut cæteri Samaritæ adhibent, sed ab animatis abstinent, ac perpetuo fere jejunant: quidam virginitatem colunt, alii continentiam. Resurrecturos esse

mor.

is qui de rubo locutus est Moysi , & manifestavit se esse Deum Patrum , hic est viventium Deus.

Quis

mortuos credunt ; quod a Samaritanorum dogmate abhorret . Judæorum sectæ numero VII. ac primo Scribæ , legisperiti & traditionum , quas a majoribus acceperant (δευτερωτεis vocabant) observatores fuere , ac ritus omnes superstitionis us cæteris tenuerunt , quos non a Lege didicerant , sed sibi metiis tanquam justitiae singulares cultus , ac cæmonias indixerant . Pharisei , quos segregatos interpretari possis , sanctissimam vitæ rationem professi , probitate cæteris antecellere videbantur . Mortuorum apud illos resurrection , ut & apud Scribas defenditur , Angelos ac Spiritum Sanctum esse non negant .. Continentiam ad certum tempus , ac virginitatem quoque fuscipiunt ; bis hebdomada quaque jejunare (II. & V. feria) urceos , discos , & pocula sapientius eluere soliti . Ad hæc decimas & primitias offerre , assidue precari , certos cultus , ac superstitionis vestimentorum genera affectare , cujusmodi sunt colobia , & latiora quedam phylacteria , hoc est segmenta fimbriæque purpureæ , ac malogranata ad vestium oras appensa , que temporariæ illius continentiae signa præferebant . Iidem postremo geneses ac fatum introducebant . Sadducæis a justitia nomen est : qui e Samaritanorum genere a Sacerdote quadam Sadoc ortum habuerunt . Mortuorum resurrectionem damnant ; Angelum , ac Spiritum funditus negant ; cætera Judæorum similes . Hemerobaptistæ ab Judæis hoc uno discreparunt , quod neminem æternæ vitæ compotem esse posse dicerent , nisi quotidie lavaret . Offeni , quorum no-

Quis enim est viventium Deus , nisi qui est , & super quem aliis non est Deus ? Quem & Daniel Propheta , cum dixisset ei Cyrus Rex Persarum : *Quare non adoras Bel?* 285.) (Daniel. 14. v. 3.) annunciat dicens : *Quoniam non colo idola manufacta , sed vivum Deum , qui constituit cælum & terram , & habet omnis carnis dominationem.* (Ibid. v. 4.) Et

Z 4

ite-

men procacissimos significat , ex præscripto Legis omnia faciebant , sed ex posterioribus Prophetis plerosque rejeciebant. Nassaræos extinctores interpretari possis , qui carnis usu prorsus interdicunt , Patriarchas Abraham , Isaac , Jacob , iisque superiores omnes , nec non Moysen , cum Aarone , atque Jesu adsciscunt , sed quinque illa volumina Moysis esse non putant , & alia ab iis diversa , penes se esse jaſtant. Herodiani denique cum Judæos in omnibus sese præstarent , Herodem Christum esse profitebantur .,, Plura de his omnibus vide apud eundem hær. 9. & seqv. usque ad 20. inclusive.

285.) En historiam Bel , quæ Daniel. 14. narratur , aeo S. Irenæi in Bibliorum Codice extitisse , & pro genuina Sacri illius libri parte ab eo habitam esse. Quam agnoscit etiam Tertullianus 1. de Idololatr. ubi ait : ,, Danielēm idolis non deservisse , nec Belem , nec draconem colere multo postea apparuit .,, Et S. Cyprianus Ep. ad Thibaritanos 56. , Sic & Daniel inquit , cum compelletur adorare idolum Bel , quem tunc populus & rex colebat , in afferendum Dei sui honorem plena fide & libertate prorupit dicens : *Nihil colo ego , nisi Dominum Deum meum , qui condidit Cælum & terram.* Daniel. 14. v. 4. &c.

iterum : *Dominum Deum meum adorabo , quoniam hic est Deus vivus.* (Ibid. v. 24.) Qui igitur a Propheticis adorabatur Deus vivus , hic est vivorum Deus , & Verbum ejus , qui & locutus est Moyſi , & Saducæos redarguit , utraque his qui cœcutiunt , ostendens , & resurrectionem , & Deum. Si enim Deus mortuorum non est , sed vivorum , hic autem dormientium Patrum Deus dictus est , indubitate vivunt Deo , & non perierunt , cum sint filii resurrectionis. Resurrectio autem ipse est Dominus noster , quemadmodum ipse ait : *Ego sum resurrectio & vita.* (Joan. II. v. 25.) Patres autem ejus filii ; dictum est enim a Prophetā : *Pro patribus tuis facti sunt tibi filii tui.* (Ps. 44. v. 17.) Ipse igitur Christus cum Patre vivorum est Deus , qui locutus est Moyſi , & patribus manifestatus est. Et hoc ipsum docens dicebat Iudæis : *Abraham pater vester exultavit , ut videret diem meum , vidit , & gavisus est.* (Joan. 8. v. 56.) Quid enim ? Credidit Abraham Deo , & deputatum est ei ad iustitiam. (Rom. 4. v. 3.) primum quidem quia ipse est factor cœli & terræ solus Deus , deinde quoniam faciet semen ejus quasi stellas cœli.. Juste igitur derelinquens terrenam cognationem sequebatur Verbum Dei , cum Verbo peregrinans , ut cum Verbo moraretur. Juste & Apostoli ex

Abra-

Abraham genus habentes, derelinquentes naviculam, & patrem, sequebantur Verbum Dei. Juste & nos eandem fidem accipientes, quam habuit Abraham, tollentes crucem, quemadmodum ligna Isaac, sequimur eum. In Abraham enim prædicerat, & assuetus fuerat homo sequi Verbum Dei. Etenim Abraham secundum fidem suam secutus præceptum Verbi Dei, prono animo unigenitum, & dilectum filium suum concessit sacrificium Deo; ut & Deus beneplacitum habeat, pro universo semine ejus, dilectum & Unigenitum Filium suum præstare sacrificium in nostram redemptionem. Propheta ergo cum esset Abraham, & videret in spiritu diem adventus Domini, & passionis dispositionem, per quem ipse quoque, & omnes qui similiter ut ipse credunt Deo, salvari inciperent, exultavit vehementer. Non incognitus igitur erat Dominus Abrahæ, cuius diem concupivit videre: sed neque Pater Domini; didicerat enim a Verbo Domini, & credidit ei: quapropter & deputatum est ei ad justitiam a Domino. Fides enim, quæ est ad Deum Altissimum, justificat hominem, & propter hoc dicebat: Extendam manum meam ad Deum Altissimum, qui constituit cælum & terram. (Gen. 14. v. 22.) ,

Caqite VI. verba illa Christi: *Nemo cognoscit Patrem, nisi Filius &c.* adversus pravam hæreticorum interpretationem vindicat, & quemadmodum revelante Patre Filium, ita revelante Filio Patrem, etiam ante Christi adventum fuisse cognitum docet. „ Dominus inquit, ostendens semetipsum discipulis, quoniam ipse est Verbum, & exprobrans Judæis putantibus se habere Deum, cum frustrentur Verbum ejus, per quem cognoscitur Deus, dicebat: *Nemo cognoscit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis cognoscit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Sic & Matthæus (c. II. v. 27.) & Lucas (c. IO. v. 22.) posuit, & Marcus 286.) idem ipsum; Joannes enim præteriit locum hunc. Hi autem qui 287.) peritiores Apostolis volunt esse, sic describunt: *Nemo cognoscit Patrem nisi Filius, nec Filium nisi Pater, & cui voluerit*

286.) Apud S. Marcum laudatus textus nuspianum hodie legitur: quamvis cum Matthæo consonare hic Evangelista soleat.

287.) Simonianos, Valentinianos, Marcionitas, alioque, quos infra nominat, hæreticos hic tangit. Hi enim omnes, quia Evangelia quedam respuebant, alia interpolabant, & perperam interpretabantur, Apostolis ipsis sapientes esse volebant, idque interdum aperte etiam blaterabant, ut l. 3. c. 2. iis oggerit S. Pater.

*luerit Filius revelare ; 288.) & interpretantur, qua-
si a nullo cognitus sit verus Deus ante Domini no-
stri adventum , & eum Deum , qui a Prophetis sit
annunciatus, dicunt non esse Patrem Christi... Sed
bene Justinus in eo libro , qui est adversus Mar-
cionem , 289.) ait : *Quoniam ipsi quoque Domino
non credidissent alterum Deum annuncianti, præter fa-
bricatorem , & factorem , & nutritorem nostrum. Sed
quoniam ab uno Deo , qui & hunc mundum fecit , &
nos plasmavit , & omnia continet , & administrat , Uni-
genitus Filius venit ad nos , suum plasma in semet-
ipsum recapitulans , firma est mea ad eum fides , & im-
mobilis erga Patrem dilectio , utraque Deo nobis præ-
bente. Neque enim Patrem cognoscere quis potest,*
nisi*

288.) Verba hæc Christi ita fere laudat etiam S. Ju-
stinus Apol. 1. num. 63. ubi ait: „ Jesus Christus cum e-
os argueret , quod nec quid Pater , nec quid Filius sit ,
novissent , sic dicit : *Nemo cognovit Patrem nisi Filius , ne-
que Filium , nisi Pater , & quibus revelaverit Filius ; pos-
suntque ea ita etiam lecta eundem sensum facere , quem fa-
ciunt , ut ab Irenæo laudantur , & re ipsa apud Matthæum
& Lucam leguntur . Unde in eo potissimum peccabant hæ-
retici , quod illa ad consonum hæresi sue sensum perver-
sime detorquerent.*

289.) S. Hieronymus quoque l. de Vir. illustr. c. 23.
testatur Justinum scripsisse contra Marcionem insignia volu-
mina : sed ea dudum injuria temporum periire.

nisi Verbo Dei , id est Filio revelante , neque Filiū sine Patris beneplacito. Bonum autem placitum Patris Filius perficit : mittit enim Pater, 290.) mittitur autem , & venit Filius. Et Patrem quidem invisibilem , quantum ad nos est , cognoscit suum ipsius Verbum , & cum sit inenarrabilis , ipse enarrat eum nobis ; rursum autem Verbum suum solus 291.)cognoscit Pater: utraque autem hæc sic habere manifestavit Dominus.. Agnitus enim Patris est Filii manifestatio : omnia enim per

Ver-

290.) „ Solus Pater , ait S. Augustinus 1. contra sermon. Arianor. c. 4. non legitur missus , quoniam solus non habet auctorem , a quo igitur sit , vel a quo procedat „ Et 1. 2. de Trin. c. 5. „ Pater invisibilis una cum Filio secum invisibili , eundem Filium visibilem faciendo , misisse eum dictus est. „ Pariter S. Cyrillus Alexandr. 1. 2. in Joan. c. 3. verba illa Christi „ *Quem misit Deus* , declarans : „ Id ait , aut secundum Incarnationis rationem , qua in hunc mundum cum carne venit , aut altius atque sublimius , & ut Deum decet , intelligetur. Pater Filium ex propria natura corruscare fecit , tanquam ex lumine splendorem , secundum ineffabilem Divinæ generationis modum. Quod quidem & ipse nobis Unigenitus aperuit dicens : Ego ex Patre exivi , & venio. &c. „,

291.) Sicut Patrem quantum ad nos invisibilem cognoscit ipsius Verbum , ita Verbum hoc solus cognoscit Pater: & Verbum igitur quantum ad nos invisibile est , ac proinde æquale Deo Patri , & una utriusque natura Divina.

Verbum manifestantur. Ut ergo cognoscemus, quoniam qui advenit Filius, ipse est qui agnitionem Patris facit credentibus sibi, dicebat discipulis: *Nemo cognoscit Patrem nisi Filius &c.* docens semetipsum, & Patrem, sicut est, ut alterum non recipiamus Patrem, nisi eum, qui a Filio revelatur. Hic autem est fabricator cœli & terræ.. & non is, qui a Marcione, Valentino, Basilide, Carpocrate, Simone, aut reliquis falso cognominatis Gnosticis adinventus est falsus Pater.. Quem & incognitum deum audent dicere. At quemadmodum incognitus, qui ab ipsis cognoscitur? quodcunque enim vel *la* paucis cognoscitur, non est incognitum. Dominus autem non in totum non posse cognosci Patrem & Filium dixit: cæterum supervacaneus fuisset adventus ejus. Quid enim hoc veniebat? an ut diceret nobis: Nolite quaerere Deum; incognitus est enim, & non invenietis eum: quemadmodum Christum Æonibus dixisse mentiuntur, qui sunt a Valentino. Sed hoc vanum est. Edocuit autem Dominus, quoniam Deum scire nemo potest, nisi Deo docente.. hoc ipsum autem cognosci eum, voluntatem esse Patris. Cognoscunt enim eum, quibuscumque revelaverit Filius. Et ad hoc Filium revelavit Pater, ut per eum omnibus manifestetur; & eos qui-
dem,

dem, qui credunt ei justos in incorruptelam, & in æternum refrigerium recipiat, (credere autem ei est facere ejus voluntatem) eos autem qui non credunt, & fugiunt lumen ejus, in tenebras, quas sibi delegerunt, juste recludet. Omnibus igitur revelavit se Pater, omnibus Verbum suum visibile faciens: & rursus Verbum omnibus ostendebat Patrem, & Filium, cum ab omnibus videatur. Et ideo justum judicium Dei super omnes, qui similiter quidem viderunt, non similiter autem crediderunt. Etenim per ipsam conditionem revelat Verbum conditorem Deum, & per mundum, fabricatorem mundi Dominum, & per plasma eum, qui plasmaverit artificem, & per Filium, eum Patrem qui generaverit Filium: & hæc quidem omnia similiter loquuntur, non autem similiter credunt. Per Legem quoque & Prophetas similiter Verbum & semetipsum & Patrem prædicabat: & audivit quidem universus populus similiter, non similiter autem omnes crediderunt. Et per ipsum Verbum visibile & passibile factum Pater ostendebatur Pater.. invisibile enim Filii Pater, visibile 292.) autem Patris Filius. Et propter

292.) Invisibile Filii Pater est, quia quæ natura Divina & invisibilis Patris, eadem prorsus & Filii est: vi-

fibi.

pter hoc omnes Christum loquebantur præsente
eo, & Deum nominabant. Sed & dæmones vi-
dentes Filium dicebant: *Scimus te quis es, Sanctus
Dei* (Marc. i. v. 24.) omnibus quidem videnti-
bus & loquentibus Filium & Patrem, non autem
omnibus credentibus... Non ergo aliis erat, qui
cognoscebatur, & aliis, qui dicebat: *Nemo co-
gnoscit Patrem*; sed unus & idem, omnia subjicien-
te ei Patre, & ab omnibus accipiens testimonium,
quoniam vere homo, 293.) & vere Deus, a Pa-
tre, a Spiritu, ab Angelis, ab ipsa conditione,
ab hominibus, ab apostaticis spiritibus, & novis-
fime ab ipsa morte. Omnia autem Filius admini-
strans Patri perficit ab initio usque ad finem, &
sine illo nemo potest cognoscere Deum. Agnitio
enim Patris Filius, agnitio 294.) autem Filii in
Pa-

sibile autem Patris est Filius, quia per quod cognoscitur
Filius, per idem cognoscitur & Pater, cum Filius imago
Patris sit, & figura substantiæ ejus.

293.) Verum Deum, verumque hominem Christum es-
se, luculentissime iterum prædicat Irenæus: quidni igitur
hæc secundo seculo Ecclesiæ fides fuit?

294.) Agnitio Patris est Filius, & agnitio Filii in Pa-
tre, quia Filius est in Patre, & habet in se Patrem, ut
l. 3. c. 4. Irenæus ajebat, & Christus ipse Joan. 14. v. 10.
ait: *Ego in Patre, & Pater in me est.*, In sese scilicet
ait

Patre , & per Filium revelata : & propter hoc Dominus dicebat : *Nemo cognoscit Filium nisi Pater, neque Patrem nisi Filius , & quibuscumque Filius revelaverit.* *Revelaverit enim non solum in futurum dictum est, quasi tunc inceperit Verbum manifestare Patrem, cum de Maria natus est; sed communiter per totum tempus positum est.* Ab initio enim Filius assistens suo plasmati revelat omnibus Patrem, quibus vult, & quando vult, & quemadmodum vult Pater : & propter hoc in omnibus & per omnia unus Deus Pater , & unum Verbum, & unus Spiritus , & una salus omnibus credentibus in eum. „ 295.)

Ex

ait S. Damascenus l. 1. de Fide c. 11. insunt Divinæ hypostases , non ut confundantur , sed ut invicem hæreant ... ac mutuam in se commemationem habent sine ulla commixtione ; „ quod Græci Theologi *περιχώρησις*, Latini circummissionem vocant. „ Quamvis enim , verba sunt iterum Damasceni l. 3. de Fide c. 5. per se unquamque subsistat , hoc est perfecta sit hypostasis , & suam proprietatem , hoc est existendi modum diversum habeat , tamen unitæ sunt essentiæ , & naturalibus proprietatibus , & eo ipso quod non separatur Filius , neque a Paterna hypostasi recedit , unus Deus & sunt , & esse dicuntur. „

295.) Aperta hæc nifallor Trinitatis Personarum in unitate Divinæ substantiæ confessio est. „ Quis enim , ait Didimus Allexandrinus l. de Spiritu S. juxta edit. Veron.

Ex dictis infert Capite VII. Abrahamum quoque revelante Verbo cognovisse Patrem, & adventum Filii, factarumque illi promissionum hæredes esse, qui fidem illius imitantur, Judæos autem nolentes recipere Verbum Dei, ab hæreditate excidisse. „ Et Abraham ergo a Verbo cognoscens Patrem, qui fecit cœlum & terram, hunc Deum confitebatur, & doctus repræsentatione, quod inter homines homo futurus esset Filius Dei, per cuius adventum semen ejus erat futurum quasi stellæ cœli, concupivit eam diem videre, ut complecteretur Christum, & per Spiritum prophetiæ videns, exultavit.... Bene igitur Dominus noster testimonium reddebat ei dicens: *Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavissus est.* (Joan. 8. v. 56.) Non enim tantum propter Abraham hæc dixit, sed & ut ostenderet, quoniam omnes, qui ab initio cogni-

S. Irenæi Episc. & Mart.

A a tum

an. MDCCXXXV. num. 23. Quis non ex ipsa cogetur veritate suscipere indifferentiam Sanctæ Trinitatis, dum una sit fides in Patre & Filio, & Spiritu Sancto? „ Et num. 24. „ Ex his colligitur, quam indivisa sit substantia Trinitatis, & Patrem vere Filii esse Patrem, & Filium vere Patris Filium, & Spiritum Sanctum vere Patris & Dei Spiritum esse, & insuper Sapientiæ & Veritatis, id est Filii Dei. Hæc est ergo salus credentium, & dispensatio Ecclesiastice disciplinæ in hac Trinitate perficitur. „

tum habuerunt Deum , & adventum Christi prophetaverunt , revelationem acceperunt ab ipso Filio , qui & in novissimis temporibus visibilis & passibilis factus est , & cum humano genere locutus est , ut ex lapidibus excitaret filios Abrahæ.. quemadmodum ait Joannes Baptista : *Potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* (Matt. 3. v. 9.) Hoc autem fecit Jesus , a lapidum religione extrahens nos . . & similem Abrahæ fidem in nobis constituens . Quemadmodum & Paulus testificatur (Rom. 4. & Galat. 4.) dicens nos esse filios Abrahæ secundum similitudinem fidei , & reprobationem hæreditatis... Propter hoc Judæi exceperunt a Deo Verbum ejus non recipientes , sed putantes per seipcos Patrem , sine Verbo , id est sine Filio posse cognoscere ; nescientes eum , qui in figura locutus est humana ad Abraham , & ad Moysen : *Videns vidi vexationem populi mei in Ægypto , & descendit liberare eos.* (Exod. 3. v. 7. & 8.) Hæc enim Filius , qui est Verbum Dei , ab initio præstruebat , non indigente Patre Angelis , ut facerent conditionem , & formarent hominem , propter quem conditio fiebat .. sed habente copiosum & inenarrabile ministerium . 296.) Ministrat enim ei ad

296.) Ministrare quidem Deo Patri Filium & Spiritum

San-

ad omnia , sua progenies , & figuratio sua , id est Filius , & Spiritus sanctus , Verbum , & Sapientia ; quibus serviunt , & subjecti sunt omnes Angeli . ,

Sequentibus Capitibus usque ad XVI. probat tam veteris quam novi Testamenti eundem Deum auctorem esse. Et Capite quidem X. id deducit inde , quod vetus Testamentum Filii Dei saepe ministerit , futurumque ejus in carne adventum multis modis prædicet. , Quomodo inquit , testa-

A a 2 bun-

Sanctum ait Irenæus , sed ministerium hoc copiosum & inenarrabile vocat , distinguitque a ministerio Angelis proprio. Hos enim subjectos esse & servire , non solum Patri , sed & Filio , & Spiritui Sancto dicit , quia a tota simul Divina Triade creati sunt ; creature autem subjectio & servitus erga Creatorem est propria. At non sic Filius & Spiritus Sanctus : nusquam enim hos servos Patris appellat , aut a Divina ejus substantia separat , sed manus Patris , ac proinde ejusdem cum illo substantiae esse docet , cum alibi , tum in Præf. hujus libri ita scribens. , Homo est temperatio animæ & carnis , qui secundum similitudinem Dei formatus est , & per manus ejus plasmatus , hoc est per Filium , & Spiritum , quibus & dixit : *Faciamus hominem.* , Ministrant igitur juxta Irenæum Filius & Spiritus Deo Patri , ut Personæ consubstantiales ab eo originem habentes : ac proinde ministerium hoc non aliud significat , quam quod Filius a Patre per generationem , & Spiritus Sanctus a Patre & Filio per spirationem , naturam Divinam cum attributis omnibus , & ipsam creandi mundum voluntatem accipiat.

buntur de eo Scripturæ , nisi ab uno & eodem es-
fent Patre , præinstruentes homines de adventu Fi-
lli ejus , & prænunciantes salutem quæ est ab eo ?
Si enim crederetis Moyſi inquit , *crederetis & mibi : de*
me enim ille scripsit ; (Joan. 5. v. 46.) scilicet quod
inseminatus est ubique in Scripturis Filius Dei ;
aliquando quidem cum Abraham 297.) loquens ,
aliquando cum Noe .. aliquando quærrens Adam . .
& rursus cum in viam dirigit Jacob , & de rubo
loquitur cum Moyſe. Et non est numerum dice-
re , in quibus a Moyſe ostenditur Filius Dei : cu-
jus & diem passionis non ignoravit , sed figuratim
prænunciavit eam , Pascha nominans ; & in ea-
dem ipsa , quæ ante tantum temporis a Moyſe præ-
dicata est , passus est Dominus adimplens Pascha . .
Jam autem & manifestaverat ejus adventum di-
cens : 298.) *Non deerit Princeps in Juda, neque Dux ex*
fæ-

297.) Existimat S. Pater Personam Filii in assumpta
ad tempus specie corporea Patriarchis veteribus se aspecta-
bilem præbuisse , ut eo pacto Incarnationi suæ præluderet ;
quod etiam Theophilus Antioch. Tertullianus , aliique cen-
suerunt , ut jam alias notavi.

298.) Laudata hic Jacob Patriarchæ prophetia , ver-
bis quidem paulo aliis in Hebræo & Vulgata nostra , sed
eodem sensu legitur , & a Patribus omnibus de Messiæ , seu
Christi adventu deficiente Judæorum Republica futuro in-
tel-

fæmoribus ejus, quo ad usque veniat, cui repositum est, & ipse est spes gentium &c. (Gen. 49. v. 10. & seq.)

A a 3

In-

telligitur: nec Judæi quidquam hactenus excogitare potuerunt, quo in sensum alium sat verosimiliter eam detorquerent. Cum igitur Jesum Nazarenum deficiente, & translatâ in Herodem primum regem alienigenam Judæorum Republica natum esse constet, in eumque alia etiam omnia, quæ de Messia prædicta sunt, convenient, hunc promissum Messiam fuisse, & alium frustra expectari legitime sequitur. Percrebuisse sane vaticinium hoc sub Jesu Nazarenî tempora non tantum inter Judæos, sed & gentes alias docet Svetonius in Vespasiano ita scribens. „ Percrebuerat Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum eventu postea patuit, prædictum, Judæi ad se trahentes rebellarunt, cæloque præposito, legatum insuper Syriae consularem suppetias ferentem, raptâ aquila fugaverunt. „ Josephus Judæus l. 3. de bello Jud. c. 8. illud quidem per fædam adulacionem ad Vespasianum transferre videtur, cum de transfugio ad Romanos cogitans num. 3. de se ipso ait: „ At cum vehementer instaret Nicanor, & hostilis multitudinis minas intelligeret Josephus, animum illius subit somniorum memoria, quæ nocte somniaverat; quibus ei Deus & futuras Judæorum calamitates præsignificabat, quæque regibus Romanorum essent eventura. Quin in somniis interpretandis de iis bene conciebat, quæ Deus ambigue innuerat; porroque *Sacrorum librorum vaticinia* non ignorabat, utpote & ipse Sacerdos,

or-

Inquirant enim , qui omnia scrutari dicuntur , id tempus, in quo defecit Princeps , & Dux ex Juda ; & quis est gentium spes.. & invenient non alium , nisi

ortusque parentibus , qui Sacerdotes fuerant. Is tunc quasi divino afflatu.. preces clam Deo offert hujusmodi verbis : Quandoquidem Judæorum gentem deprimere tibi visum sit , qui eam creasti , fortuna vero omnis ad Romanos migravit , meamque elegeris animam ad futura prædicenda , non invitatus quidem manus do Romanis , & vivere non recuso ; testor autem , quod non proditor , sed tuus minister ad eos transeo . , Et facto iam transfugio coram Vespasiano consistens , Tu quidem Vespasiane , pergit num. 9. putas Josephum duntaxat ipsum captivum cepisse : at ego rerum majorum venio tibi nuncius. Nisi enim a Deo ad te missus essem , Judæorum consuetudinem noyisssem , & quemadmodum duces exercituum mori deceret. Ad Neronem me mittis ? Quid enim ? num qui Neroni usque ad te successuri sunt , tamdiu manebunt ? Tu Cæsar eris Vespasiane , & Imperator , tu & filius iste tuus &c. , Idem tamen Josephus Jesum Nazarenum pro Christo seu Messia habitum esse luculente fatetur I. 20. Antiquit. juxta edit. Cantabrig. an. MDCCXXVI. c. 9. num. 1. ubi ait. , Talis cum esset Ananus , oportunum tempus sibi adesse ratus , eo quod Festus quidem vita cessisset , Albinus vero adhuc in itinere esset , concilium judicium cogit ; adductoque in judicium fratre illius Jesu , qui dicebatur Christus , (Jacobus ei nomen) & cum eo quibusdam aliis , in eos ut Legis violatae reos cum accusationem instituisset , statim lapidandos tra-

di-

nisi Dominum nostrum Jesum Christum annunciatum. Quapropter Moyses increpans populum, quod ingratus existeret. & significans, quoniam qui ab initio condidit eos Verbum, & in novissimis temporibus redimens nos & vivificans, ostenditur in signo, & non credent ei, ait: *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tue.* (Deuter. 28. v. 66.) Et iterum: *Nonne hic idem Pater tuus possedit te, & fecit te, & creavit te?* (Deuter. 32. v. 6.) „ Capite vero XII. id ex eo arguit, quod Christus inductas a Judæis tradiciones Legi veteri repugnantes reprobaverit, & summam præceptorum ejus, quæ in Dei ac proximi dilectione consistit, in novo Testamento confir-

A a 4

ma-

didit. „ Et 1. 18. c. 3. num. 3. „ Eo etiam tempore (quo Pilatus Judæam administrabat) fuit Jesus vir sapiens, si tamen virum eum appellare fas est. Fuit enim mirabilium operum effector, & magister hominum, qui verum cum voluntate accipiunt: multosque Judæos, multos item gentiles ad se pellexit. Hic erat Christus: quem cum Pilatus ab hominum nostrorum primis delatum, crucis supplicio addixisset, eum tamen amare non desierunt, qui primum amaverant. Apparuit enim eis tertio die redivivus, divinis vaticibus & hæc & mille alia de eo miranda effatis: atque ab eo denominata Christianorum natio durat usque ad hunc diem. „ Ita ille ut 1. 20. c. ult. ait, Domitiani anno XIII. idest Christi XCIV.

maverit. „ Seniorum trāditio 299.) quam ex Le-
ge

299.) „ Quatuor apud eos , (Judæos scilicet) ait S. Epiphanius h̄er. 15. & 33. Traditionum, quas δευτερωτες vocabant, fuere genera. Primum Moysis Prophetæ nomine est inscriptum. Secundum Akibæ cuidam magistro, vel Barakibæ tribuunt. Tertium Andani, vel Annani , qui & Judas dicitur. Quarti Assamenæ filios auctores jaſtant. Ex hisce quatuor fontibus manarunt ea , quæ apud illos inani quadam opinione sapientiæ constituta , cum sint inepta pleraque , prædicantur nihilominus , ac tanquam ab excellenti disciplina profecta summa ostentatione celebrantur. „ Et S. Hieronymus Ep. ad Algasiam in Resp. ad Quæst. romam. „ Quantæ inquit traditiones Pharisæorum sint , quas hodie vocant δευτερωτες , & quam aniles fabulæ , evolvere nequeo. Neque enim libri patitur magnitudo , & pleraque tam turpia sunt , ut erubescam dicere. Dicam tamen unum in ignominiam gentis inimicæ. Præpositos habent synagogis sapientissimos quosque fœdo operi delegatos , ut sanguinem virginis , sive menstruatæ , mundum vel immunandum , si oculis discernere non potuerint , gustu probent. Praeterea quia jussum est , ut diebus sabbatorum sedeat unusquisque in domo sua , & non egrediatur , neque ambulet de loco in quo habitat , si quando eos juxta literam cœperimus arctare , ut non jaceant , non ambulent , non stent , sed tantum sedeat , si velint præcepta servare ; solent respondere : Rab Akiba , & Simeon & Hillel magistri nostri tradiderunt nobis , ut bis mille pedes ambulemus in sabbato ; & cætera istiusmodi , doctrinas hominum præferentes doctrinæ Dei &c. „

ge observare fingeabant, contraria erat Legi datae per Moysen. Propter hoc & Esaias ait: *Caupones tui miscent vinum aqua.* (Isai. 1. v. 22.) ostendens quod austero Dei præcepto miscerent seniores aquatam traditionem, id est adulteram, & contrariam Legi; sicut & Dominus fecit manifestum dicens eis: *Quare vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram?* (Math. 15. v. 3.) Non solum enim per prævaricationem frustrati sunt Legem Dei, miscentes vinum aqua, sed & suam legem econtrario statuerunt, quæ usque adhuc Pharisaica vocatur. In qua quedam quidem auferunt, quedam vero addunt, quedam quemadmodum volunt, interpretantur: quas traditio-nes volentes vindicare, Legi Dei instituenti eos ad adventum Christi subjecti esse noluerunt; sed & Dominum arguebant Sabbatis currantem, quod Lex non prohibet. Etenim ipsi secundum aliquid curabant, circumidentes hominem in Sabbato, se autem non redarguebant per prædictam traditionem Pharisaicam, præceptum Dei transgredi-entes, id est dilectionem, quæ est erga Deum. Quoniam autem hoc primum & maximum præceptum est, sequens autem erga proximum, Domi-nus docuit, totam Legem & Prophetas pendere dicens ex ipsis. Et ipse autem majus hoc præcepto

non detulit , sed hoc ipsum renovavit suis discipulis , jubens Deum diligere ex toto corde , & cæteros quemadmodum se.... In Lege igitur & Evangelio cum sit primum & maximum præceptum diligere Dominum Deum ex toto corde , dehinc simile diligere proximum sicut seipsum ; unus & idem ostenditur Legis & Evangelii conditor. Consummatæ enim vitæ præcepta in utroque Testamento cum sint eadem , eundem ostendunt Deum : qui particularia quidem præcepta apta utrisque præcepit , sed eminentiora & summa , sine quibus salvari non est , in utroque eadem suasit &c. „

Capite XVI. Circumcisionem , aliasque Legis veteris ceremonias non habuisse vim causandi veram justitiam , & idcirco a Christo abrogatas esse , præcepta vero Decalogi , quorum observatio ad justitiam est necessaria , non modo confirmasse Christum , sed etiam magis explicasse docet. „ Quoniam inquit , Circumcisionem 300.)

non

300.) An circumcisio vi causandæ interioris justitiae prædita olim fuerit , vel duntaxat ut signum distinctivum a gentibus aliis Abrahæ & posteris ejus præscripta sit ? variare videntur SS. PP. Cum Irenæo sentit S. Justinus Dial. cum Triph. ubi inter alia ait : „ Quod genus muliebre cir-

cum-

non quasi consummatricem justitiæ , sed in signo dedit Deus , ut cognoscibile perseveraret genus Abrahæ , ex ipsa Scriptura discimus . *Dixit enim Deus*

circumcisionis carnalis capax non est , satis id ostendit , in signum datam circumcisionem istam , & non ut justitiæ opus . „ Tertullianus l. adversus Judæos sub init . „ Abraham circumcisus est , sed ante Deo placuit , quam circumcidetur .. Acceperat enim circumcisionem , sed quæ esset in signum temporis illius , non in salutis prærogativam . „ S. Epiphanius hær. 30. num. 30. „ Ne ipsa quidem prima erat perfecta circumcisio , verum signi instar ad eorum , quæ postea consequebantur , recordationem concessa .. Etenim si ingenerandæ Sanctitatis , cœlestisve regni velut hereditario jure conferendi gratia esset instituta , consequens esset , Sarah , Rebeccam , Liam , Rachelem , Jochabetam , ac Mariam Moysis Sororem , cæterasque Sanctas mulieres eo regno esse privatas , nec cœlestem hereditatem posse capessere , propterea quod Abrahami circumcisionem usurpare nequiverint &c. „ Ast aliter S. Augustinus l. 2. de nuptiis & concupisc. c. 11. scribens : „ Ex quo instituta est circumcision in populo Dei , quod erat tunc signaculum fidei , ita ad significationem purgationis valebat in parvulis , originalis veterisque peccati , sicut Baptismus ex illo valere cœpit ad innovationem hominis , ex quo institutus est , „ S. Gregorius Magnus l. 4. Moral. c. 2. „ Quod apud nos valet aqua baptismatis , hoc egit .. pro his , qui ex Abrahæ stirpe prodierunt , mysterium circumcisionis . „ Et Vener. Beda in c. 2. Luce . „ Salutiferæ curationis au-

Deus ad Abraham : Circumcidetur omne masculinum vestrum, & circumcidetis carnem præputii vestri, in signum testamenti inter me & vos. (Gen. 17. v. 9. & seq.) Hoc idem de Sabbatis Ezechiel Propheta ait: *Et Sabbath mea dedi eis, ut sint in signum inter me & ipsos, ut sciant, quoniam ego Dominus, qui sanctifico eos.* (Ezech. 20. v. 12.) In signum ergo data sunt hæc: non autem sine symbolo erant signa, neque ociosa, tanquam quæ a sapiente artifice darentur; sed secundum carnem circumcisio circumcisionem significabat spiritalem.. Sabbath autem perseverantiam totius diei erga Deum deservitionis edocebat.. Manifestabatur quoque quietio Dei, hoc est regnum, in quo requiescens homo, qui perseveravit Deo assistere, participabit de mensa Dei. Et quia per hæc non iusti-

xilium circumcisione in Lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod Baptismus agere revelatae gratiæ tempore consuevit, excepto quod regni cœlestis januam nondum intrare poterant &c. ,, Conciliari tamen non incommode posse dicendo, circumcisionem suapte quidem & vi primæ institutionis signum vacuum fuisse, posteaquam tamen cum fide in Messiam venturum conjungi cœpit, intuitu hujus fidei etiam ad delendum peccatum & causandam ex opere operantis, ut scholæ loquuntur, justitiam valuisse. ,, Fides enim Mediatoris ait loco cit. S. Augustinus, faciebat iustos antiquos, pusillos cum magnis. ,,

stificabatur homo.. ostendit , quod ipse Abraham
sine circumcisione , & sine observatione Sabbato-
rum , credidit Deo , & reputatum est illi ad justitiam ,
& amicus Dei vocatus est . (Jacobi 2. v. 23.) Sed
& Lot sine circumcisione eductus est de Sodomis ,
percipiens salutem a Deo. Item Deo placens Noe
cum esset incircumcisus , accepit mensuras mundi
301.) secundæ generationis. Sed , & Enoch
fi-

301.) Per mensuras mundi , intelligit fors S. Pater
præscriptas a Deo dimensiones Arcæ , qua totus mundus di-
luvio superstes servandus erat ; vel id quod S. Epiphanius
in Ancorato num. 114. scribit in hæc verba . „ Notum o-
mnibus est justum illum Noemum velut mundi reliquias di-
luvio superfuisse. Qui cum una cum tribus filiis superstes
fuerint , utpote justitiae cultor acerrimus , eandem in liberos
probitatem transfundere cupiens , ut ne in easdem calamita-
tes incurrent , non verbis modo hanc eis religionem pro-
posuit , sed & jurejurando fraternæ benevolentie cautionem
a singulis extorsit. Tum velut hæres mundi totius institu-
tus a Deo , totum orbem terrarum in tres filios sortito dis-
tribuit , & unicuique portionem suam assignavit. In primis
Sem primogenito fors illa contigit , quæ quidquid terrarum
est a Perside , & Bastris , & ab India , usque ad Rhinocorurorum
regionem , complectitur. Rhinocorurorum porro
ager Ægyptum inter ac Palæstinam ex adverso rubri maris
jacet. Cham secundo loco natus , quidquid a Rhinocoru-
ris ad Gades in meridiem porrigitur , obtinuit. Japheth
de-

sine circumcisione placens Deo , cum esset homo , legatione 302.) ad Angelos fungebatur,

denique tertio loco nato cessit id omne , quod a Media ad Gades , & a Rhinocorura ad Septemtriones obvertitur. , ,

302.) Complures e veteribus , puta S. Justinus , Athenagoras , Clemens Alexandr. Tertullianus , Lactantius &c. in ea fuerunt opinione ; quod apostatae angeli posteaquam ob peccatum e cœlo in terras præcipites acti sunt , mulierum amore capti stupri consuetudinem cum iis habuerint , gigantes progenuerint , & magiæ , idololatriæ , sceleurumque immanissimorum hominibus auctores fuerint. Induti autem ad id opinandum sunt , cum apocrypho libro , qui sub Henoch nomine primis Ecclesiæ seculis circumferebatur , & fabellam hanc narrabat ; tum LXX. auctoritate , in quorum nonnullis Codicibus Gen. 6. v. 2. ubi Hebræus & Vulgata habet : *Videntes filii Dei filias hominum , legebatur : Videntes Angeli Dei filias hominum , quod essent pulchrae , acceperunt sibi uxores.* Utrumque docet S. Augustinus 1. 15. de Civ. Dei c. 23. , , Canonica inquit Scriptura sic loquitur , *Factum est postquam cœperunt homines multi fieri super terram , & filiae natae sunt illis , videntes angeli Dei filias hominum &c..* Et LXX. quidem Interpretes & angelos Dei dixerunt istos , & filios Dei : quod quidem etiam non habent omnes Codices ; nam quidam nisi filios Dei non habent. , , Et infra: , , Scripsisse nonnulla divina Enoch illum septimum ab Adam , negare non possumus , cum hoc in Epistola Canonica Judas Apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo Canone scripturarum , qui servabatur in templo

tur , & translatus est , & conservatur usque nunc testis judicij Dei : quoniam angeli quidem transgressi deciderunt in terram in judicium ; homo autem placens translatus est in salutem. Sed & reliqua omnis multitudo eorum , qui ante Abraham fuerunt . sine his , & sine lege Moysi justificabantur , quemadmodum ipse Moyses ait ad populum : *Dominus Deus tuus testamentum dispositum in Horeb , & non patribus vestris dispositum testamentum hoc , sed ad vos.* (Deuter. 5. v. 2. & 3.) Quare igitur patribus non dispositum Dominus testamentum ? Quia lex non est posita iustis ; (Timoth. 1. v. 9.) justi autem patres virtutem Decalogi conscriptam habentes in cordibus suis , diligentes scilicet Deum qui fecit eos , & abstinentes erga proximum ab iniustitia : propter quod non fuit ne-

cef-

Hebræi populi succedentium diligentia Sacerdotum. Cur autem hoc ? nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei judicata sunt , nec utrum hæc essent , quæ ille scripsisset , poterat inveniri , non talibus proferentibus , qui ea per seriem successionis reperirentur rite servasse. Unde illa , quæ sub ejus nomine proferuntur , etiam continent istas de gigantibus fabulas , qui non habuerint homines patres &c. , Ad hos igitur mulieros angelos Enochum legatione functum esse ait Irenæus : quia id quoque in Apocrypho illo libro Henoch legebatur , ut videre licet apud Calmet Dissert. de libro Henoch.

cesserat admoneri eos correptoriis literis , quia habebant in semetipſis iustitiam legis. Cum autem haec iustitia , & dilectio erga Deum cefſit in obli- vionem , & extincta eſt in Aegypto , neceſſario Deus propter multam ſuam erga homines benevolentiam ſemetipſum oſtendebat per vocem , & eduxit de Aegypto populum in virtute... & erga Deum dilectionem præcipiebat , & eam , quæ ad proximum eſt , iustitiam iſinuabat.. præſtruens hominem per Decalogum in ſuam amicitiam , & eam quæ circa proximum eſt concordiam... Haec autem glorioſum quidem faciebat hominem , id quod deerat ei impletia , id eſt amicitiam Dei; Deo autem præſtabant nihil : nec enim indigebat Deus dilectione hominis. Deerat autem homini gloria Dei , quam nullo modo poterat percipere , niſi per eam obſequentiam , quæ eſt erga Deum. Propter hoc iterum Moyses ait: *Elige vitam , ut vivas tu & ſemen tuum , diligere Dominum Deum tuum , & exaudire vocem ejus , quoniam haec eſt vita tua , & longitudo dierum tuorum.* (Deuter. 30. v. 19. & 20.) In quam vitam præſtruens hominem , Deca- logi quidem verba ipſe per ſemetipſum omnibus Dominus locutus eſt : & ideo ſimiliter permanent apud nos , extensionem & augmentum , non diſsolutionem accipientia per carnalem ejus adven- tum.

tum. Servitutis autem præcepta separatim per Moysem præcepit populo , quemadmodum ipse Moyes ait : *Mibi præcepit Dominus in tempore illo dicere vobis iustificationes , & judicia.* (Deuter. 4. v. 14.) Hæc ergo , quæ in servitutem & in signum data sunt illis , circumscripsit novo libertatis Testamento. Quæ autem naturalia , & liberalia , & communia omnium , auxit & dilatavit , fine invidia largiter donans hominibus per adoptionem , Patrem scire Deum , & diligere eum ex toto corde , & sine adversatione sequi ejus Verbum , non tantum abstinentes a malis operationibus , sed etiam a concupiscentiis earum. Auxit etiam timorem : filios enim plus timere oportet , quam servos , & majorem dilectionem habere in Patrem . ,

Capite XVII. & XVIII. de Sacrificiis veteris & novæ legis differit , probatque in primis illis nec Deum egisse , nec hominem vere justificari potuisse : tum deinde docet in Lege nova sublimius multo sacrificium institutum esse , in quo Verbum ipsum , ejusque verum corpus & sanguis offertur : istud denique in sola Ecclesia Catholica legitime celebrari demonstrat. „ Quoniam non indigens Deus servitute eorum , sed propter ipsos quasdam observantias in Lege præceperit , plenissime Pro-

phetæ indicant.. Si quando enim negligentes eos justitiam , & abstinentes a dilectione Dei videbat, per sacrificia autem , & reliquas typicas observationes putantes propitiari Deum , 303.) dicebat eis Samuel : *Non vult Deus holocausta & sacrificia, sed vult exaudiri vocem suam.* (1. Reg. 15. v. 22.) David autem ait : *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi , holocausta etiam pro dilecto non postulaisti ;* (Ps. 39. v. 7.) docens eos, quoniam obauditionem vult Deus, quæ servat eos, potius quam sacrificia & holocaustomata , quæ nihil profundt ad justitiam , & novum simul prophetans Testamentum.. Deinde ne quis putet , propterea quod irasceretur , eum recusare hæc , infert : *Immola Deo sacrificia laudis , & redde Altissimo vota tua, & invoca me in die tribulationis tuæ , & eripiam te, & glorificabis me ;* (Psal. 49. v. 14. & 15.) illa quidem , per quæ putabant peccantes propitiare Deum , abnuens : hæc autem , pér quæ justificatur homo , & appropinquat Deo , facere hortatur & admonet... Iterum significans , quoniam non propter hoc eduxit eos ex Ægypto , ut sacrificia ei offerant , sed ut oblii idolatriæ Ægyptio-

303.) Quemadmodum Circumcisio , ita Sacrificia vetera perse quidem ad propitiandum Deum idonea non erant, dum tamen cum fide , pietate , charitate siebant , etiam ad impetrandam peccatorum veniam , & justitiam conducebant.

ptiorum, audire vocem Domini possent, quæ erat eis salus & gloria, per Hieremiam ait: *Hæc dicit Dominus: Holocausta vestra colligite cum sacrificiis vestris, & manducate carnes.* Quoniam non sum locutus ad patres vestros, nec de holocaustis & sacrificiis præcepi eis, qua die eduxi eos de Ægypto; sed sermonem hunc præcepi eis, dicens: *Audite vocem meam, & ero Deus vester, & vos eritis meus populus, & ambulate in omnibus viis meis, quascunque præcepero vobis, ut bene sit vobis.* (Jerem. 7. v. 21. & seq.) Ex quibus omnibus manifestum est, quia non sacrificia & holocausta quærebat ab eis Deus, sed fidem, & obedientiam, & justitiam, propter illorum salutem... Sed & suis discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex his creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum, qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit, dicens: *Hoc est meum Corpus.* (Math. 26. v. 26.) Et Calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum Sanguinem confessus est, & novi Testamenti novam docuit oblationem; 304.) quam

B b 2

Ec-

304.) Eucharistiam non solum Sacramentum, sed & verum ac proprie dictum novæ Legis Sacrificium esse, luculente adeo docet Irenæus, ut nullus tergiversationi locus pateat. Ait enim Christum, dum in cœna ultima Eucha-

ri-

Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo , ei qui alimenta nobis præstat , pri-
mi-

rificiam celebrabat , novam novi Testamenti oblationem docuisse , quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in toto mundo hodieum peragit . Hanc esse purum illud Sacrificium a Malachia prædictum : substitutam esse Legis veteris oblationibus , quæ utique vera & externa Sacrificia erant : Offerri denique Deo per Jesum Christum , qui verus & æternus secundum ordinem Melchisedech Sacerdos est . Unde Ernestus Grubius licet Anglo Calvinianus Annot . in hunc locum non modo ingenue fatetur , hanc Irenæi & Ecclesiæ veteris fidem fuisse , sed hortatur etiam Protestantes , ut deserto hac in parte Lutheri & Calvini errore , abrogatas ab illis Liturgias restituant , & sumnum hunc Divinæ Majestati honorem debite reddant . Idem sane cum Irenæo docent vetustissimi Patres : puta S. Justinus cum Apol . 1 . num. 65. & 66. ubi ritum Sacrificii hujus describit ; tum Dial . cum Tryph . num 41. ubi post laudata Malachiæ verba subdit : „ De iis autem , quæ in omni loco a nobis gentibus offeruntur ei Sacrificiis , hoc est de pane Eucharistiæ , & de calice similiter Eucharistiæ jam tum prædictit , illud etiam addens nomen suum a nobis glorificari , a vobis autem profanari . „ Et S. Cyprianus tota Ep . 23. ad Cæciliūm , ubi inter alia ait : „ Nam si Jesus Christus Dominus & Deus noster ipse est summus Sacerdos Dei Patris , & Sacrificium Patri seipsum primus obtulit , & hoc fieri in sui commemorationem præcepit , utique ille Sacerdos vice Christi vere fungitur , qui id quod Christus fecit , imitatur , & Sacrificium verum & plenum tunc offert in Eccle-
sia

primitias suorum munerum in novo Testamento, de quo in duodecim Prophetis Malachias sic præ significavit: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis ad occasum nomen meum clarificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum: quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens;* (Malach. i. v. 10. & 11.) manifestissime significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessabit offerre Deo; omni autem loco sacrificium offeretur ei, & hoc purum; nomen autem ejus glorificabitur in gentibus. Quod est autem aliud nomen, quod in gentibus glorificatur, quam Domini nostri, per quem glorificatur Pater, & glorificatur homo? Et quoniam proprii Filii ejus est, & ab eo factus est homo, suum illum vocat... Quoniam ergo nomen Filii proprium Patris est, & in Deo omnipotente per Jesum Christum offert Ecclesia, bene ait secundum utraque: *Et in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum.* Incensa autem Jo-

B b 3

an-

fia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videat obtulisse... Quotiescumque ergo calicem in commemorationem Domini & passionis ejus offerimus, id quod constat Dominum fecisse, faciamus &c.,

annes in Apocalypsi *orationes esse* ait *Sanctorum.* (Apoc. 5. v. 8.) Igitur Ecclesie oblatio (professetur Cap. XVIII.) quam Dominus docuit offerri in universo mundo , purum sacrificium reputatum est apud Deum , & acceptum est ei : non quod indigeat a nobis , sed quoniam is qui offert , glorificatur ipse in eo , quod offert... Et non genus oblationum reprobatum est : oblationes enim & illuc , oblationes & hic ; sacrificia in populo , sacrificia in Ecclesia : sed species immutata est tantum , quippe cum jam non a servis , sed a liberis offeratur. Unus enim & idem Dominus ; proprius autem character servilis oblationis , & proprius liberorum , ut & per oblationes ostendatur indicium libertatis... Ab initio respexit Deus ad munera Abel , quoniam cum simplicitate & justitia offerebat : super sacrificium autem Cain non respexit , quoniam cum zelo & malitia , quæ erat adversus fratrem , divisionem habebat in corde , quemadmodum occulta ejus arguens Deus ait : *Nonne si recte offeras , recte autem non dividias , peccasti?* (Gen. 4. v. 7.) quoniam non sacrificio placatur Deus. Si enim quis solummodo secundum quod videtur , munde & recte & legitime offerre tentaverit ; secundum autem suam animam non recte dividat eam , quæ est ad proximum com-

munionem , neque timorem habeat Dei ; non per id quod recte foris oblatum est sacrificium , seduicit Deum , intus habens peccatum ; nec oblatio talis proderit 305.) ei aliquid , sed cessatio mali , quod est intus conceptum ; ne per assimulatam operationem , magis autem peccatum ipsum sibi homicidam faciat hominem . . . Igitur non sacrificia sanctificant hominem ; non enim indiget sacrificio Deus : sed conscientia ejus , qui offert , sanctificat sacrificium , pura existens , & præstat acceptare Deum quasi ab amico . Peccator autem inquit , qui occidit mihi vitulum , quasi occidat canem . (Isai . 66. v. 3.) Quoniam igitur cum simplicitate Ecclesia offert , juste munus ejus purum sacrificium apud Deum deputatum est . Quemadmodum & Paulus Philippensibus ait : Repletus sum acceptis ab Epaphrodito , quæ a vobis missa sunt , odorem sua-

B b 4

vi-

305.) Qui sacrificat cum peccati gravis conscientia , non sanctificatur per sacrificium , sed novo peccato se obstringit , quia Santa non tractat sancte : aliis tamen oblatum etiam a peccatore Sacrificium prodest . „ Nihil enim , ait S. Chrysostomus homil . 8. in 1. ad Corinth . Sacerdos afferit ad ea , quæ sunt proposita , sed universum est opus Dei virtutis , & ille est qui nobis exhibet mysteria . „ Et S. Augustinus Tract . 5. in Joan . „ Si fuerit superbus minister , cum Zabulo computatur , sed non contaminatur dominum Christi , quod per illum fluit purum . „

vitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo. (Philip. 4. v. 18.) Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inveniri fabricatori Deo, in sententia pura, & fide sine hypocrisi, in spe firma, in dilectione ferventi primitias earum, quæ sunt ejus, creaturarum offerentes. Et hanc oblationem Ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creaturis ejus. Judæi autem non offerunt: manus enim eorum sanguine plenæ sunt: non enim receperunt Verbum, 306.) quod offertur Deo. Sed neque omnes

306.) Juxta S. Irenæum in Eucharistia Verbum ipsum offertur Deo; panis in quo gratiæ actæ sunt, Corpus est Domini, & calix Sanguinis ejus; caro nostra, dum Eucharistiam summimus, Corpore Domini & Sanguine alitur. Quidni igitur ex ejus mente Christus cum Corpore, Sanguine, anima, & Divinitate sua, adeoque vere realiter & substantialiter præsens est in Eucharistia? „ Cum Christus ipse affirmet, ait S. Cyrillus Jerosol. Catech. Mystag. 4. atque dicat de pane, *Hoc est Corpus meum*; quis deinceps audeat dubitare? Ac eodem quoque confirmante, *Hic est Sanguis meus*, quis dubitet, & dicat non esse illius Sanguinem? „ Et S. Chrysostomus homil. 83. in Matth., „ Credamus ubique Deo, nec repugnemus ei, etiamsi sensui & cogitationi nostræ absurdum esse videatur, quod dicit.... Nam verbis ejus defraudari non possumus, sensus vero noster deceptu facillimus est: illa falsa esse non possunt, hic

omnes hæretorum Synagogæ. Alii enim alterum præter fabricatorem dicentes Patrem, ea quæ secundum nos creata sunt, offerentes ei, cupidum alieni ostendunt eum, & aliena concupiscentem. Qui vero ex defectione, ignorantia, & passione facta dicunt ea, quæ sunt secundum nos, ignorantiae, passionis, & defectionis fructus offerentes peccant in Patrem suum, contumeliam magis facientes ei, quam gratias agentes. Quomodo autem constabit eis, eum panem, in quo gratiæ actæ sunt, Corpus esse Domini sui, & calicem Sanguinis ejus, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est Verbum ejus, per quod lignum fructificat, & defluunt fontes, & terra dat primum quidem fœnum, post spicam, deinde plenum triticum in spica? Quomodo rursus dicunt carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam, quæ Corpore Domini & Sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutent, aut abstineant offerendo, quæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, 307.)

B b 5 &

sæpius atque sæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit, *Hoc est Corpus meum*, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perspiciamus &c. , ,

307.) Marcionitæ, Valentiniani, aliique Gnostici, ut supra vidimus, dicebant Christum non esse Dei Creatoris

Fin.

& Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei , 308.) quæ sunt ejus , congruenter communicationem & unitatem
præ-

Filiū , nec verū ac terrenū Corpus assump̄isse , nec corpora hominū , sed animas solas salvatum iri . Complures nihilominus ex illis Eucharistiam licet fœdis ritibus celebrabant , in eaque Corpus ac Sanguinem Christi contineri admittebant . Hinc eos merito redarguit Irenaeus , quod sibi ipsis luculente contradicant . At nostra inquit Catholiconum de Christo & resurrectione corporum sententia consonat doctrinæ de Eucharistia , & hæc vicissim confirmat illam : quia sicut Christum Patris Verbum & Dei creatoris Filium esse , verumque ac terrenum Corpus ex Maria Virgine assump̄isse , & nostra etiam corpora resuscitatum ac salvatum iri credimus ; ita Eucharistiam ex duabus rebus , terrena & cœlesti constare confitemur , cum ex terreno pane & vino in Christi Corporis & Sanguinis substantiam vere conversis , & transubstantiatis fieri verum Corpus Christi , verumque Sanguinem , & utriusque ipsum Verbum Divinum , Unigenitum Patris Filium hypostatice uniri asserimus .

308.) Græce apud S. Damascenum in Parallelis textus hic ita legitur : Προσφέρομεν δε ἀυτῷ τὰ ιδία , ἔμμελῶς κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀπαγγέλλοντες , καὶ σύμπλογοντες σάρκος καὶ πνεύματος ἔχεσσιν . Offerimus autem ei quæ sunt ejus , congruenter communicationem & unionem (Verbi cum natura humana) prædicantes , confitentes corporis ac animæ resurrectionem . Quod cum supra dictis omnino consentit .

prædicantes carnis & spiritus. Quemadmodum enim qui est a terra panis , percipiens invocationem Dei , jam non communis panis est , sed Eucharistia , ex duabus rebus constans , terrena & cœlesti ; sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam , jam non sunt corruptibilia , spem resurrectionis habentia. Offerimus autem ei non quasi indigenti , sed gratias agentes dominationi ejus , & sanctificantes creaturam. Quemadmodum enim Deus non indiget eorum quæ a nobis sunt , sic nos indigemus offerre aliquid Deo ; sicut Salomon ait : *Qui miseretur pauperi , fenerat Deo.* (Prov. 19. v. 17.) Qui enim nullius indigens est Deus , in se assummit bonas operationes nostras , ad hoc 309.) ut præstet nobis retributionem bonorum suorum , sicut Dominus noster ait : *Venite benedicti Patris mei , percipite præparatum vobis regnum. Esurivi enim , & dedistis mibi manducare : sitivi , & potastis me &c.* (Matth. 25.v. 34. & seq.) Sicut igitur non his indigens , vult tamen a nobis propter nos fieri , ne simus infructuosi : ita id ipsum Verbum dedit populo præceptum faci-

309.) Si Deus bonas nostras operationes assummit ad hoc , ut retributionem bonorum suorum nobis præstet , haud dubie bona opera nostra veram meriti rationem coram Deo habent.

ciendarum oblationum, quamvis non indigeret eis, ut disceret Deo servire; & ideo nos quoque offerre voluit munus ad altare frequenter sine intermissione. Est ergo altare 310.) in cœlis (illic enim preces nostræ & oblationes diriguntur) & templum, quemadmodum Joannes in Apocalypsi ait: *Et apertum est templum Dei* (Apoc. 11. v. 19.) & tabernaculum: *Ecce enim inquit, tabernaculum Dei, in quoabitabit cum hominibus.* (Apoc. 21. v. 3.) ,

Capite XX. docet in primis Deum Patrem non per Angelos, sed per Verbum & Spiritum sanctum omnia creasse: deinde Deum quidem perfecte & comprehensive cognosci omnino non posse, nec a nobis in hac vita intuitive videri, ignotum tamen non esse, multisque modis videndum se Patriarchis & Prophetis præbuisse. „ Secundum magnitudinem inquit, non est cognoscere Deum; impossibile est enim mensurari Patrem: secundum autem dilectionem ejus, quæ nos per Verbum ejus per-

310.) Christus quidem quemadmodum Sacerdos principalis, ita & altare est, at id quemadmodum non obstat, quominus in terris Sacerdotes ejus vicarii sint, ita nec quominus altaria habeamus, cum ex mente Irenæi Eucharistiam sine intermissione a nobis Deo in altari offerri, Christus ipse jufferit.

perducit ad Deum, obedientes ei semper discimus, quoniam ipse est tantus Deus, & ipse est, qui per semetipsum constituit, & elegit, & adornavit, & continet omnia: in omnibus autem & hunc mundum, qui est secundum nos.. Et hic est, de quo Scriptura ait: *Plasmavit Deus hominem, limum terræ accipiens, & inflavit in faciem ejus flatum vitæ.* (Gen. 2. v. 7.) Non ergo Angeli fecerunt nos.. neque potuerunt facere imaginem Dei, nec virtus longe absistens a Patre universorum. Nec enim indigebat horum Deus ad faciendum, quæ ipse apud se prædefinierat fieri, quasi ipse suas non haberet manus. 311.) Adebat enim ei semper Verbum

311.) Tria hic Irenæus afferit, ex quibus Filius & Spiritus Sanctus Deo Patri ὄμοισις seu consubstantiales esse evincuntur. I. scilicet eos manus esse Dei Patris ait: manus autem ejusdem cum trunco corporis substantiae sunt; igitur Filius quoque & Spiritus Sanctus ejusdem cum Patre substantiae & naturæ. II. Filium & Spiritum S. semper Patris adesse dicit: coæternos proinde cum illo fatetur. At nulla certe distincta a Deo substantia illi coæterna est, cum ex mente Irenæi libere, sponte, & in tempore quo mundum constituebat, factæ sint: una itaque & eadem Dei Patris, Filii, & Spiritus S. substantia sit oportet. III. Deus Pater juxta Irenæum non per Angelos, nec per virtutem aliquam se inferiorem, sed per semetipsum, & per Filium

bum & Sapientia , Filius & Spiritus , per quos & in quibus omnia libere & sponte fecit , ad quos & loquitur dicens : *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* ; (Gen. i. v. 26.) ipse a semetipso substantiam creaturarum , & exemplum factorum , & figuram in mundo ornamentorum accipiens . Bene ergo pronunciavit Scriptura , 312.) quæ dicit : *Primo omnium crede , quoniam unus*

ac Spiritum S. fecit omnia , hosque allocutus est dicendo : *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Eadem ergo vis & potestas creandi est in Patre , Filio , & Spiritu Sancto , eadem omnium trium imago & similitudo . Quis autem vim & potestatem eandem in disparibus naturis esse , aut eadem imagine diversas naturas referri posse dicat ? Sicut igitur per Irenæum una eademque Patris , Filii , & Spiritus Sancti potestas , una & eadem imago ac similitudo est ; ita una eademque in tribus Personis natura , substantia & Divinitas . „ Non dixit ad imaginem meam , ait S. Epiphanius in Ancorato num. 27. vel ad imaginem tuam , sed Patris , & Filii , & Spiritus Sancti unam substantiam Divinitatemque monstravit . Dixit enim ad imaginem nostram & similitudinem : ut eadem intelligatur esse Patris , Filii , & Spiritus Sancti Divinitas , ad cuius imaginem homo sit expressus . „

312.) Scripturæ nomine Hermæ Pastorem hic laudat Irenæus . In eo enim allegata verba 1. 2. Mandato I. leguntur . Unde vides , quanti Opus illud S. Pater fecerit .

Ne-

unus est Deus, qui omnia constituit & consummavit, & fecit ex eo quod non erat, ut essent omnia; omnium capax, & qui a nemine capiatur. Bene & in Prophetis Malachias: *Nonne unus Deus, qui constituit nos? Nonne Pater unus est omnium nostrum?* (Malach. 2. v. 10.) . . Similiter autem Dominus: *Omnia mihi, inquit, tradita sunt a Patre meo;* (Math. 11. v. 27.) manifeste ab eo qui omnia fecit; non enim aliena sed sua tradidit ei. In omnibus autem nihil subtractum est; & propter hoc idem est iudex vivorum & mortuorum.. ab eodem, qui omnia Verbo fecit, & Sapientia adornavit, accipiens omnium potestatem, quando Verbum Caro factum est: ut quemadmodum in cœlis principatum habuit Verbum Dei, sic & in terra haberet principatum, quoniam homo justus... Et quoniam Verbum, id est Filius semper cum Patre erat, per multa demonstravimus. Quoniam au-

tem

Neque id mirum, cum teste S. Hieronymo 1. de Vir. illustr. c. 10. apud quasdam Græciæ Ecclesiæ publice etiam legi consueverit, & complures veteres præsertim Græci ejus testimoniis utantur. Ejus tamen auctoritatem jam olim in dubium vocatam esse scribit Eusebius 1. 2. Hist. Eccles. c. 3. Apud Latinos pene ignotum fuisse ait S. Hieronymus loco cit. A Gelasio denique inter apocrypha rejicitur: quod neque de auctore, nec de integritate ejus satis constet.

tem & Sapientia , quæ est Spiritus , erat apud eum ante omnem constitutionem , 313.) per Salomonem ait : 314.) *Deus sapientia fundavit terram , paravit celum prudentia..* (Prov. 3. v. 19.) Et rursus : *Dominus creavit 315.) me principium viarum sua-*

313.) Si Spiritus Sanctus ante omnem constitutionem seu creaturam erat , inter res creatas numerari utique non potest : sed neque pro energia mera & virtute non subsistente haberi , cum Deus Pater perinde ad eum ac ad Filium dixerit : *Faciamus hominem ad imaginem nostram ; subsistens igitur Persona , a Patre & Filio distincta , eademque Deus verus est.*

314.) Hunc & sequentem textum Patres alii de Verbo Divino fere intelligunt , quia illud Sapientiae nomine indigitari passim solet. At cum Irenæus , & Theophilus Antiochenus Spiritum Sanctum Sapientiam appellant , de eo etiam extus hos intelligi nil vetat. Reapse , ut observat S. Epiphanius in Ancorato num. 70. , , Sapientia totus est Deus. Igitur Sapientia est e Sapientia Filius , in quo sapientiae sunt omnes thesauri reconditi. Vita totus est Deus. Ergo Vita est e Vita Filius.. At Spiritus Sanctus ab ambobus oritur , Spiritus e Spiritu ; Spiritus quippe Deus est. Idem & cœlestium donorum largitor est verissimus , lucis efficax , Consolator , Consiliorum Patris interpres ac nuncius &c. , Unde is quoque Sapientia dici citra absurdum potest.

315.) Verba hæc adversus Divinitatem Filii oggerere solebant Ariani , quos ita refellit S. Epiphanius in Ancorato num. 42. Scriptum est inquit , *Dominus creavit me ini-*

suarum in opera sua, ante secula fundavit me &c.
(Prov. 8. v. 22.) Unus igitur Deus, qui Verbo,

S. Irenæi Episc. & Mart.

Cc &

initium viarum suarum. Sed vanissimi homines primum o-
mnia libri inscriptionem ignorant. Nam liber ille Pro-
verbia Salomonis inscribitur. Quidquid vero Proverbii mo-
re dicitur, non idem est cum vi ac proprietate verborum...
Addo quod liquido nescimus, utrum Proyerbiornm auctor
Salomon de Dei Filio illa verba protulerit. Quippe non
unum Sapientiæ genus est. „ Et num. 43. „ Si de Chri-
sto inquit, quæ in illo loco dicuntur, accipienda sunt, ad
illius incarnationem referuntur... Quippe Evangelicæ justi-
tæ viarum initium istud est: Verbum caro in Maria factum
est &c. „ Denique num. 44. Proprie loqui si velimus, a-
pud Interpretes non ita lectio ista concipitur. Nam Aqui-
*la sic reddidit *κύριος ἐντησσατόμε*, Dominus acquisivit me.*
Quandoquidem in Hebræo sic legitur קָנַנִי יהוָה Adonai
Kanani. Quod ita ut diximus, interpretari possumus. „ S.
Hilarius Pictav. vero l. de Synodis permissa etiam LXX.
versione, nihil inde Arianos inferre posse docet. „ Quia
inquit Dei Filius non corporalis partitudinis est genitus ex-
emplo, sed ex perfecto Deo perfectus Deus natus est, id-
circo ait creatam se esse Sapientia, omnes in generatione
sua corporales passiones excludens. At vero ut ostenderet
non creationis in se, sed nativitatis naturam esse, subjecit
(eodem c. v. 25. etiam juxta LXX.) & genitam: Ut cum
creatam se & genitam confitetur, absolutam nativitatis suæ
intelligentiam præstaret: dum & indemutabilem Patris na-
turam in creatione significat, & legitimam ac propriam ex

Deo

& Sapientia fecit , & aptavit omnia : hic est autem Demiurgus , qui & mundum hunc attribuit humano generi : qui secundum magnitudinem quidem ignotus est omnibus his, qui ab eo facti sunt.. secundum autem dilectionem cognoscitur semper per eum, per quem constituit omnia. Est autem hic Verbum ejus , Dominus noster Jesus Christus , qui novissimis temporibus homo in hominibus factus est, ut finem conjungeret principio , id est hominem Deo. Et propterea Prophetæ ab eodem Verbo propheticum accipientes charisma , prædicaverunt ejus secundum carnem adventum , per quem commixtio & communio Dei & hominis secundum placitum Patris facta est , ab initio prænunciante Verbo Dei , quoniam videbitur Deus ab hominibus , & conversabitur cum eis super terram .. faciens nos servire sibi in sanctitate & justitia , ut complexus homo Spiritum Dei , in gloriam cedat Patris. Hæc prophetice significabant Prophetæ.. Nam prophetica est prædictio futurorum.. Præfigni.

Deo Patre genitæ naturæ suæ ostendit esse substantiam. Atque ita perfectæ nativitatis intelligentiam creationis & generationis attulit sermo ; cum alterum sine demutatione , alterum in proprietate naturæ est &c. ,, Quod etiam Spiritui Sancto aptari potest nativitate in processionem mutata , si de eo laudatus textus cum Irenæo intelligatur.

gnificabant igitur Prophetæ , quoniam videbitur Deus ab hominibus ; quemadmodum & Dominus ait : *Beati mundo corde , quoniam ipsi Deum videbunt.* (Matth. 5. v. 8.) Sed secundum magnitudinem quidem ejus & mirabilem gloriam , *nemo videbit Deum , & vivet ;* (Exod. 33. v. 20.) incapabilis enim Pater : secundum autem dilectionem & humanitatem etiam hoc concedit iis , qui se diligunt , id est videre Deum.. Quoniam *que impossibilia apud homines , possibilia apud Deum.* (Luc. 18. v. 27.) Homo enim a se non videt Deum , ille autem volens videtur , quibus vult , quando vult , & quemadmodum vult. Potens est enim in omnibus Deus : visus quidem tunc per Spiritum prophetiæ , visus & per Filium adoptive , videbitur autem & in regno cœlorum paternaliter : 316.) Spiritu præparante hominem in Filio Dei , Filio adducente ad

Cc 2 Pa-

316.) Triplicem hic Dei visionem distinguit S. Pater : quarum una est Prophetica , dum scilicet per similitudines quasdam claritatis Divinæ , ut infra ait , ac proinde juxta Scholasticum loquendi morem , abstractive duntaxat videtur Deus ; altera intuitiva , qualem habent beati in gloria Patris ipsam Dei essentiam ut in se est intuentes : tercia inter utramque media , qualem fideles habebant , dum Verbum incarnatum , per quod in filios adoptamur , in hoc mundo agebat : ii enim humanitatem Christi intuebantur , clare , Divinitatem autem per fidem tantum & obscure .

Patrem, Patre autem incorruptelam donante in
æternam vitam, quæ unicuique evenit ex eo quod
videat Deum. Quemadmodum enim videntes lu-
men intra lumen sunt, & claritatem ejus percipiunt;
sic & qui vident Deum, intra Deum sunt,
percipientes ejus claritatem. Vivificat autem cla-
ritas: percipiunt ergo vitam, qui vident Deum.
Et propter hoc incapabilis & incomprehensibilis
& invisibilis, visibilem se & comprehensibilem &
capacem hominibus præstat, ut vivificet percipientes &
videntes se. Quemadmodum magnitudo
ejus investigabilis est, sic & benignitas ejus ine-
narrabilis: per quam visus vitam præstat iis, qui
vident eum. Quoniam vivere sine vita impossi-
bile est: subsistentia autem vitæ de Dei partici-
patione venit: participatio autem Dei est videre
Deum, & frui benignitate ejus. Homines igitur
videbunt Deum, per visionem immortales facti,
& pertingentes usque ad Deum. 317.) Quod per
Prophetas figuraliter manifestabatur.. Quidam e-
nim eorum videbant Spiritum Propheticum, &
operationes ejus in omnia genera charismatum ef-
fusas, alii adventum Domini.. alii & glorias Pa-
ternas temporibus aptas.. Sic igitur manifesta-
ba-

317.) Cum enim apparuerit, similes ei erimus, quoni-
am videbimus eum sicuti est. 1. Joan. 3. v. 2.

batur Deus: per omnia enim hæc Deus Pater ostenditur: Spiritu quidem operante, Filio ministrante, Patre comprobante, homine vero consummato ad salutem.... Quoniam ergo Spiritus Dei per Prophetas futura significavit, præformans ad id, ut subditi Deo simus, futurum autem erat, ut homo per sancti Spiritus beneplacitum videret; necessario oportebat eos, per quos futura prædicabantur, videre Deum.. Non enim solo sermone prophetabant, sed & visione, & actibus quos faciebant, secundum quod suggerebat Spiritus.... Et Verbum quidem loquebatur Moysi apparens in conspectu, quemadmodum si quis homo loquatur ad amicum suum. (Exod. 33. v. 11.) Moyses vero cupiebat manifeste videre, & dictum est ei: *Sta in loco alto petræ, & manu mea contegam super te. Quando vero transierit claritas mea, tunc videbis quæ sunt posteriora mea; facies autem mea non videbitur tibi: non enim videbit homo faciem meam, & vivet.* (Ibid. v. 21. & seq.) utraque significans, quoniam & impossibile est homini videre Deum, 318.) &

C c 3 per

318.) Idem docet S. Augustinus Ep. 112. quæ est ad Paulinam cap. 5. ita scribens: „Ipse erat in ea specie, qua apparere voluerat, non autem ipse apparebat in natura propria, quam Moyses videre cupiebat. Ea quippe promitti.

per sapientiam Dei in novissimis temporibus videbit eum homo in altitudine petræ , hoc est in eo, qui est secundum hominem ejus adventu.. Quemadmodum & Heliæ dicebatur : *Exies cras , & stabis in conspectu Domini , & Dominus transiet , & ecce spiritus magnus & fortis ; & non in spiritu Dominus : & post spiritum terræ motus ; & non in terræ motu Dominus : & post terræ motum ignis ; & post ignem vox auræ tenuis.* (3. Reg. 19. v. 11. & 12.) ... Manifestius adhuc per Ezechielem factum est , quoniam ex parte dispositiones Dei, sed non ipsum videbant Prophetæ proprie Deum. Hic enim cum vidisset visionem , & Cherubim , & rotas eorum , & universæ progressionis mysterium , & super thronum quasi similitudinem figuræ hominis .. ne quis putaret forte eum in his proprie

vi-

titur Sanctis in alia vita. Unde quod responsum est Moysi ; *Non videbit me homo & vivet*; verum est : quia nemo potest faciem Dei videre & vivere , id est nemo potest in hac vita vivens eum videre sicuti est. ,,, Et S. Hieronymus 1. 3. contra Pelagian. Num. 12. ,,, Sin ab his qui sunt mundo corde in hoc seculo putas videri Deum, quare Moyse , qui prius dixerat : *Vidi Dominum facie ad faciem , & salua facta est anima mea* ; (Gen. 32.) postea deprecatur , ut eum videat cognoscenter ? quem quia dixerat se vidisse , audit a Domino : *Non potes videre faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam & vivet.* &c.

vidisse Deum , intulit : *Hæc visio similitudinis gloriae Domini.* (Ezechiel. 2. v. 1.) Igitur si neque Moses vidit Deum , nec Elias , nec Ezechiel , qui multa de cœlestibus viderunt ; quæ autem ab his videbantur , erant similitudines claritatis Domini , & prophetiæ futurorum : manifestum est , quoniam Pater quidem invisibilis , 319.) de quo &

Cc 4 Do-

319.) Invisibilem esse Patrem ex dictis infert , non quod eum Filio & Spiritu Sancto excellentiorem putet , sed quia ne in aliena quidem specie unquam se videndum præbuit , quemadmodum videndos se juxta illum Patriarchis & Prophetis præbuerunt Filius & Spiritus Sanctus . Cum enim omnis apparitio Personæ Divinæ sit quædam ejus missio , missio autem in Divinis simul originem missi a mittente indicet ; Pater sicut originem a nullo habet , ita nec mitti , ac proinde nec apparere in Persona propria per Irenæum potest . Cæterum ut Cap. VI. hujus libri ajebat , nobis perinde in hac vita intuitive , & comprehensive etiam in futura , invisibilis est Filius , ac Pater : quia nemo novit Patrem nisi Filius , neque Filium nisi Pater . Idemque est de Spiritu Sancto , eo ipso quod consubstantialis sit Patri & Filio . Unde S. Epiphanius in Ancorato num. 73. , Quemadmodum inquit , nemo novit Patrem nisi Filius , neque Filium nisi Pater ; ita dicere audeo , neque Spiritum novit quispiam , nisi Filius , a quo accepit , & Pater a quo procedit , neque Filium & Patrem novit aliquis , nisi Spiritus Sanctus , qui docet omnia , qui de Filio testimonium dicit , qui a Patre & a Filio procedit , so-

lus

Dominus dixit : *Deum nemo vidit unquam.* (Joan. 1. v. 18.) Verbum autem ejus quemadmodum volebat , claritatem monstrabat Patris , & dispositiones exponebat , quemadmodum ait : *Unigenitus Deus , qui est in simu Patris , ipse enarravit* (Ibid.). Non solum autem per visiones , & per sermones , sed & in operationibus visus est Prophetis , ut per eas præfigurarent futura. Propter quod Osee Prophetæ accepit uxorem *fornicationis* , per operationem prophetans , quoniam *fornicando fornicabitur terra a Domino* , (Osee 1. v. 2. & 3.) hoc est , qui super terram sunt homines ; & de hujusmodi hominibus beneplacitum habebit Deus assumere Ecclesiam sanctificandam communicatione Filii ejus , sicut illa sanctificata est communione Prophetæ. Et propter hoc Paulus *sanctificatam* ait *infidelem mulierem in viro fidi*. (2. Corinth. 7. v. 14.) Sic & Rahab fornicaria semetipsam quidem condemnans , quoniam esset gentilis , omnium peccatorum rea , suscepit autem tres 320.) speculatorum res ,

Ius veritatis dux , sanctorum legum interpres , spiritalis legis enarrator , Prophetarum magister , Apostolorum præceptor , Evangelicorum dogmatum fax & sydus , Sanctorum elector , verum lumen e lumine &c. ,

320.) Si tres Speculatores a Rahab suscepti juxta Ire-

res, qui speculabantur universam terram, & apud se abscondit, Patrem scilicet, & Filium, cum Spiritu Sancto. Et cum universa civitas, in qua habitabat, concidisset in ruinam.. Rahab conservata est cum universa domo sua, fide signi coccini. Sicut & Dominus dicebat his, qui adventum ejus non excipiebant, Phariseis scilicet, & coccini signum nullificabant, quod erat Pascha 321.) redemptio & exodus populi ex Ægypto: *Publicani, & meretrices præcedunt vos in regno cælorum.* (Matth. 21. v. 31.) ,,

Cc 5

In-

næum significant Patrem & Filium cum Spiritu Sancto, quidni is Divinam Triadem consubstantialem esse credit, non secus ac speculatores illi inter se consubstantiales erant?

321.) Paulo luculentius hæc explicat S. Justinus Dial. cum Tryph. num. 111. ubi ait. „ Quemadmodum eos, qui in Ægypto erant, sanguis Paschæ servavit; sic & eos qui crediderint, liberabit a morte Sanguis Christi. Deus ergo hallucinaturus erat, nisi hoc signum super foribus extitisset? Non sane id ego dixerim. Sed prænunciatam ab eo futuram humani generis per Sanguinem Christi salutem. Nam & signum funiculi coccinei, quod Jerichunte dederunt meretrici Rahab exploratores a Jesu Nave missi, fenestræ, per quam eos demisit, alligari jubentes, similiiter signum exhibebat Sanguinis Christi, per quem ex omnibus gentibus, qui olim moechi & iniqui erant, salvantur, remissionem peccatorum adepti, nec jam amplius peccantes. „

Interjectis post hæc nonnullis , quæ commemo-
rare nihil refert , Cap. XXVI docet thesaurum
in Scripturis absconditum esse Christum , adventu
& cruce ejusdem patefactum , sinceram vero Scri-
pturarum expositionem non aliunde , quam ab E-
piscopis Apostolorum successoribus peti oportet.
,, Si quis intentus legat Scripturas , inveniet
in iisdem de Christo sermonem , & novæ voca-
tionis prædicationem. Hic est enim *thesaurus abs-
conditus in agro* , id est in isto mundo. *Ager qui-
pe mundus est* , (Matth. 13. v. 38. & 44.) abscon-
sus vero in Scripturis thesaurus Christus , quo-
niam per typos & parabolas significabatur. Unde
non poterat hoc intelligi , priusquam consumma-
tio veniret , quæ est adventus Christi. Propter
hoc Danieli Prophetæ dicebatur : *Muni sermones,
& signa librum* , usque ad tempus consummationis &c.
(Daniel. 13. v. 4. & seq.) Sed & Hieremias ait:
In novissimis diebus intelligent ea. (Jerem. 23. v. 20.)
Omnis enim prophetia priusquam habeat effectum ,
ænigmata & ambiguitates sunt hominibus. Cum
autem evenerit , quod prophetatum est , tunc pro-
phetæ habent liquidam & certam expositionem.
Et propter hoc quidem Judæis cum legitur Lex ,
fabulæ similis est: non enim habent expositionem
omnium rerum pertinentem ad adventum Domini ,
qui

qui est secundum hominem : a Christianis vero cum legitur , thesaurus est absconditus in agro ; cruce vero Christi revelatus & explanatus , ditans sensus hominum , & ostendens sapientiam Dei , & eas quæ sunt erga hominem , dispositiones ejus manifestans , & Christi regnum præformans , & hæreditatem sanctæ Hierusalem prævangelizans.... Quapropter eis , qui in Ecclesia sunt , Presbyteris obaudire oportet , qui successionem habent ab Apostolis , 322.) qui cum Episcopatus successione
cha-

322.) Continuatam ab Apostolis usque ad hæc tempora Episcoporum successionem , vera Ecclesiæ notam esse ita , ut quæcumque secta successionem ejusmodi non habet , pro Ecclesia Christi haberi non possit , cum Irenæo consentiunt Patres alii . Exempli gratia Tertullianus I. de Præscript. num. 11. , Edant inquit origines Ecclesiarum suarum , evolvant ordinem Episcoporum suorum , ita per successiones ab initio decurrentem , ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis , vel Apostolicis viris , qui tamen cum Apostolis perseveraverit , habuerit auctorem & antecessorem . Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt : sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum ab Joanne colloçatum refert ; sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit : proinde utique & cæteræ exhibent , quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos Apostolici seminis traduces habeant . Confingant tale aliiquid hæretici . , Et S. Hieronymus Dial. advers. Lucifer.

charisma veritatis certum , secundum placitum Pa-
tris acceperunt : reliquos vero , qui absunt a
principal i successione , & quocunque loco colli-
gunt , suspectos habere , vel quasi hæreticos &
malæ sententiæ ; vel quasi scindentes , & elatos ,
& sibi placentes ; aut rursus ut hypocritas , qua-
stus gratia & vanæ gloriæ operantes . Omnes au-
tem hi deciderunt a veritate . Et hæretici qui-
dem alienum ignem afferentes ad altare Dei , id
est alienas doctrinas , a cœlesti igne consummen-
tur , quemadmodum Nadab & Abiud . Qui vero
exurgunt adversus veritatem , & alios adhortan-
tur adversus Ecclesiam Dei , remanent apud in-
fe.

in fine . „ Brevem tibi apertamque animi mei sententiam
proferam , in illa esse Ecclesia permanendum , quæ ab Apo-
stolis fundata usque ad diem hanc durat . Sicubi audieris
eos , qui dicuntur Christi , non a Domino Jesu Christo , sed
a quoquam alio nuncupari , ut puta Marcionitas , Valen-
tianos , Montenses , sive Campitas (Lutheranos , Calvi-
nianos , Protestantes , Reformatos &c .) Scito non Eccle-
siam Christi , sed antichristi esse synagogam . Ex hoc e-
nim ipso quod postea instituti sunt , eos se esse indicant ,
quos futuros Apostolus prænunciavit . Nec sibi blandian-
tur , si de Scripturarum capitulo videntur sibi affirmare
quod dicunt : quum & diabolus de Scripturis aliqua sit
locutus , & Scripturæ non in legendo coistant , sed in
intelligendo &c . „

feros, voragine terræ absorpti, quemadmodum qui circa Chore, Dathan, & Abiron. Qui autem scindunt, & separant unitatem Ecclesiæ, eandem quam Hieroboam, poenam percipiunt a Deo. Qui vero crediti quidem a multis sunt esse Presbyteri, serviunt autem suis voluptatibus, & non præponunt timorem Dei in cordibus suis, sed contumeliis agunt reliquos, & principalis concessio-
nis tumore elati sunt, & in absconsis agunt ma-
la.. redarguentur a Verbo.. & audient eas, quæ
sunt a Daniele Propheta, voces : 323.) *Semen Cha-
naan, & non Juda, species seduxit te, & concu-
piscentia evertit cor tuum &c.* (Daniel. 13. v. 20. &
seq.) Ab omnibus igitur talibus absistere oportet,
adhærere vero his, qui & Apostolorum, sicut
prædiximus, doctrinam custodiunt, & cum Pres-
by-

323.) Verba hæc in Sufannæ historia loco cit. legun-
tur : pro genuina igitur Danielis libri parte historiam illam
habuit Irenæus. Quemadmodum & Cyprianus Ep. 40. ubi
ait : „ Nec ætas vos eorum, nec auctoritas fallat, qui ad
duorum Presbyterorum veterem nequitiam respondentes, sic-
ut illi Sufannam pudicam corrumpere, & violare conati
sunt ; sic & hi adulterinis doctrinis Ecclesiæ pudicitiam cor-
rumpere, & veritatem Evangelicam violare conantur. „ Et
Tertullianus 1. de Corona militis, num. 3. „ Si & Sufan-
na in judicio revelata argumentum velata præstat, possum
dicere & hic velamen arbitrii fuit &c.

byterii ordine sermonem sanum , & conversatio-
nem sine offensa præstant , ad confirmationem &
correptionem reliquorum... Quemadmodum Pau-
lus cum esset bonæ conscientiæ , dicebat ad Co-
rinthios : *Non sumus sicut plurimi, adulterantes ver-
bum Dei , sed ex sinceritate , sicut ex Deo , coram
Deo in Christo loquimur : nemini nocuimus , neminem
corrupimus.* (2. Corinth. 2. v. 17. & c. 7. v. 2.) Tales
Presbyteros nutrit Ecclesia , de quibus Prophe-
ta ait : *Dabo principes tuos in pace , & episcopos tuos
in iustitia.* (Isai. 60. v. 17.) .. Ubi igitur cha-
rismata Domini posita sunt , ibi discere oportet
veritatem , apud quos est ea , quæ est ab Aposto-
lis successio , & id quod est sanum & irreproba-
bile conversationis , 224.) & inadulteratum &
in-

324.) Quemadmodum doctrina vera , ita vera sancti-
monia in sola Ecclesia Catholica reperitur. Nam ut l. 3.
c. 24. ajebat Irenæus , Apud hanc solam est fides , quam
perceptam ab Ecclesia custodimus , & quæ semper a Spi-
ritu Dei , quasi in vase bono eximum quoddam depositum
juvenescit , & juvenescere facit ipsum vas in quo est. Hoc
enim Ecclesiæ creditum est Dei munus , quemadmodum in-
spiratio plasmationi ad hoc , ut omnia membra vivificantur ;
& in ea disposita est communicatio Christi , id est Spi-
ritus Sanctus , arrha incorruptæ , & confirmatio fidei no-
stræ , & scala ascensionis ad Deum. In Ecclesia inquit , po-
suit

incorruptibile sermonis constat. Hi enim & eam, quæ est in unum Deum , qui omnia fecit , fidem nostram custodiunt : & eam quæ est in Filium Dei, dilectionem adaugent.. & Scripturas sine periculo nobis exponunt , neque Deum blasphemantes, neque Patriarchas exhonorantes , neque Prophetas contemnentes. ,,

Capite XXVII. probans veterum lapsus ad nostram institutionem in Scriptura referri, inter alia docet Christum descendisse ad inferos , piisque Testamenti veteris fidelibus peccata remisisse. ,, Salomon inquit , servus erat , Christus vero Filius Dei , & Dominus Salomonis. Cum igitur sine offensa serviret Deo , & ministraret
dispo-

suit Deus Apostolos , Prophetas , Doctores , (1. Corinth 12. v. 28.) & universam reliquam operationem Spiritus , cuius non sunt participes omnes , qui non currunt ad Ecclesiam , sed semetipos fraudant a via per sententiam malam , & operationem pessimam. Ubi enim Ecclesia , ibi & Spiritus Dei ; & ubi Spiritus Dei , illic Ecclesia , & omnis gratia: Spiritus autem veritas. Quapropter qui non participant eum , neque a mamillis matris nutriuntur in vitam , neque percipiunt de corpore Christi procedentem nitidissimum fontem: sed effodiunt sibi lacus detritos de fossis terrenis , & de cœno putidam bibunt aquam , effugientes fidem Ecclesiae ne traducantur , rejicientes vero Spiritum , ut non erudiantur. ,,

dispositionibus ejus ; tunc glorificabatur : cum autem uxores accipiebat ab universis gentibus , & permittebat eis erigere idola in Israel , dixit Scriptura de eo : *Iratus est Dominus in Salomon : non enim erat cor ejus perfectum in Domino , secundum cor David patris ejus.* (3. Reg. 11. v. 9.) Sufficienter increpavit eum Scriptura , sicut dixit Presbyter , 325.) ut non glorietur universa caro in conspectu Domini . Et propter hoc Dominum in ea , quæ sunt sub terra , descendisse , evangelizantem & illis adventum suum , remissione peccatorum existente his qui credunt in eum . Crediderunt autem omnes in eum , qui sperabant in eum , id est qui adventum ejus prænunciaverunt , & dispositionibus ejus servierunt , justi , & Prophetæ , & Patriarchæ : quibus similiter ut nobis remisit peccata , quæ non oportet nos imputare his , si quominus contemnimus gratiam Dei . Quemadmodum enim illi non imputabant nobis incontinentias nostras , quas operati sumus , priusquam Christus in nobis manifestaretur ; sic & nos non est justum imputare ante adventum

325.) Seniorem hunc seu Presbyterum saepe commemorat Irenæus , nuspia nomen profert : unde Papiam , an alium Apostolorum discipulum intelligat , in obscurio est .

tum Christi his, qui peccaverunt. *Omnes enim homines egent gloria Dei,* (Rom. 3. v. 23.) iustificantur autem non a semetipſis, sed a Domini adventu, qui intendunt lumen ejus. In nostram autem correptionem conscriptos esse actus eorum, ut sciremus primum quidem quoniam unus est Deus noster & illorum, cui non placeant peccata, etiamsi a claris fiant; deinde ut abstineamus a malis. Si enim hi, qui præcesserunt nos in charismatibus veteres, propter quos nondum Filius Dei passus erat, delinquentes in aliquo, & concupiscentiæ carnis servientes tali affecti sunt ignominia; quid passuri sunt, qui nunc contempserint adventum Domini, & deservierint voluptatibus suis? Et illis quidem curatio & remissio peccatorum mors Domini fuit: 325.)

S. Irenæi Episc. & Mart.

D d pro-

326.) S. Petrus in prima sua Epistola c. 3. v. 18. & seqv. scribit: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu.* In quo & bis, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit: *Qui increduli fuerant aliquando, quando expelabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca.* Unde nonnulli e veteribus existimarent, ante Christi adventum in defunctos peccatores non fuisse latam damnationis sententiam absolute, sed quicunque ex illis Christo ad inferos descendente cre-
di.

propter eos vero qui nunc peccant, Christus non jam moritur, jam enim mors non dominabitur ejus; sed veniet Filius in gloria Patris, exquirens

ab

diderunt, & pœnitentiam egerunt, veniam & salutem consecutos esse. Ita enim Clemens Alexandr. l. 6. Strom. ante medium. „ Si Dominus nulla alia de causa descendit ad inferos, quam ut annunciatum Evangelium, sicut descendit: aut descendit, ut annunciatum omnibus, aut solis Hebreis. Atque si omnibus quidem, salvi erunt omnes qui crediderint, etiam si sint ex gentibus, cum jam illic confessi fuerint. Sunt enim salutares, & quæ erudiant Dei castigationes, adducentes ad conversionem, & potius pœnitentiam eligentes quam mortem: idque cum possint animæ purius perspicere, quæ sunt liberæ a corporibus, etiam si obscurantur viciis & perturbationibus, eo quod non se amplius eis opponat caruncula. Sin autem Judæis solum annunciatum Evangelium, quibus defuit ea, quæ est per Servatorem agnitione & fidem; ciarum est utique, quod cum apud Deum nullus sit personarum respectus, Apostoli quoque sicut hic, ita etiam illic annunciarunt Evangelium iis, qui ex gentibus erant apti ad conversionem. Et recte dictum est a Pastore: Descenderunt ergo in aquam, sed hi quidem descenderunt viventes, & viventes ascenderunt; illi autem qui prius dormierant, mortui descenderunt, vivi autem ascenderunt.. Fuit ergo generalis quidam motus, & translatio per Servatoris dispensationem &c. „ An Irenæus quoque de Judæis saltem simile quid isthic innuat? dubitari posset, cum præsertim de Salomone loquatur, quem in vivis pœnituisse

non

ab actoribus & dispensatoribus suis pecuniam, quam eis credidit, cum usuris: & quibus plurimum dedit, plurimum ab eis exiget. Non debemus ergo, inquit ille senior, superbi esse, neque reprehendere veteres; sed ipsi timere, ne forte post agnitionem Christi agentes aliquid, quod non placeat Deo, remissionem ultra non habeamus delictorum, sed excludamur a regno ejus. ,,

Quinque sequentibus capitibus adversus Marcionitas disputat, , & nonnullas eorum objectiones dissolvit. Exempli causa, cum hæretici illi Deum Veteris Testamenti malorum causam, malumque esse arguerent ex induratione Pharaonis, id ita diluit S. Pater Capite XXIX. , Sed induravit, inquiunt, Deus cor Pharaonis, & famulorum ejus. Qui ergo hæc imputant, non legunt in Evangelio, ubi discipulis dicentibus: *Quare in parabolis loqueris eis?* respondit Dominus:

D d 2

Quo-

non constat. Verosimilius tamen plus non voluit, quam quod Salomon a Deo in vivis castigatus resipuerit, pœnitensque decesserit; & idecirco Christus ad inferos descendens illi, aliisque veteris Testamenti Patriarchis, Prophetis & iustis plenam remissionem peccatorum impertiverit, referato etiam Cœlo, quod eatenus ob peccatum originarium clausum fuerat: ut ea quæ sequuntur, indicant.

Quoniam vobis est datum nosse mysterium regni cœlorum; illis autem in parabolis loquor, ut videntes non videant, & intelligentes non intelligent, ut impleatur erga eos prophetia Esaiæ dicens: Incrasa cor populi hujus, & aures eorum obtura, & oculos eorum excæca. (Matth. 13. v. 10. & seqv.) Unus enim & idem Deus, his quidem qui non credunt, sed nullificant eum, infert cœcitatem;³²⁷⁾ quemadmodum sol creatura ejus, his qui propter aliquam infirmitatem oculorum non possunt contemplari lumen ejus: his autem qui credunt ei, & sequuntur eum, pleniorē illuminationē mentis præstat. Secundum hunc sermonem & Apostolus ait in secunda ad Corinthios: *In quibus Deus, seculi hujus excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Evangelii gloriæ Christi.* (2. Corinth. 4. v. 4.) Et ad Romanos: *Quemadmodum non probarunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum facere quæ non conveniunt.* (Rom. 1. v. 28.) In secunda autem ad Thessalonenses manifeste ait de antichristo: *Ideo mittet eis*

327.) „ Cœcitas & duritia cordis, ait S. Augustinus 1. 5. contra Julianum c. 3. & peccatum est, quo in Deum non creditur, & pœna peccati, qua cor superbum digna animadversione punitur, & causa peccati, cum mali aliquid cœci cordis errore committitur. „

eis Deus operationem erroris, ut credant mendacio: ut judiceatur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. (2. Thessal. 2. v. 10. & 11.) Si igitur & nunc quotquot scit non credituros Deus, cum sit omnium præcognitor, tradidit eos infidelitati eorum, & avertit faciem ab hujusmodi, relinquens eos in tenebris, quas ipsi sibi elegerunt; quid mirum, si & tunc nunquam crediturum Pharaonem, cum his qui cum eo erant, tradidit eos suæ infidelitati. 328.) Quemadmodum Verbum ait de rubo ad Moysen: *Ego scio, quoniam non dimittet vos Pharao rex Ægypti abire, nisi in manu validu.* (Exodi 3. v. 19.) Et qua ratione Dominus in parabolis loquebatur, & cœcitatem faciebat Israeli.. eadem ratione & cor Pharaonis indurabat, ut videns quoniam digitus Dei est, qui educit populum, non crederet, sed in infidelitatis præcipitaretur pelagus; per magicam operationem opinatus fieri exitum illorum, & rubrum mare non ex virtute Dei trans-

D d 3 itum

328.) „Non obdurat scilicet Deus, ut rursus Augustinus Ep. 105. ad Sextum, impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. „Et l. 1. ad Simplician. q. 2. „Obduratio Dei est nolle misereri, ut non ab illo erogetur aliquid, quo homo sit deterior, sed tantum quo sit melior, non erogetur. „

itum præstisſe populo ; ſed naturaliter ſic ſe habere. „

Id ipsum arguentes ex Ægyptiorum ſpoliatione, ſic refellit Capite XXX. „ Qui vero exprobrant, quod profecturus populus juffu Dei vasa omnis generis, & vefimenta acceperit ab Ægyptiis, ex quibus & Tabernaculum factum eſt in eremo; ignorantes justificationes Dei, ſemetipſos arguunt, ſicut & Presbyter dicebat. Si enim non in typica profectione hoc conſenſiſſet Deus, hodie in vera noſtra profectione, id eſt in fide, in qua ſumus conſtituti, per quam de numero gentilium exempti ſumus, nemo poterat falvari. Omnes enim nos aut modica, aut gran-dis ſequitur poffeffio, quam ex Mammona iniqutatis acquifivimus. Unde enim domus, in quibus habitamus, & vefimenta, quibus induimur, & vafa quibus utimur, & reliqua omnis ad diurnam vitam noſtram ministratio, niſi ex hiſ, quæ cum ethnici eſſemus, de avaritia acquifivimus, vel ab ethnicis parentibus aut cognatis, aut amicis de iuſtitia 328.) acquirentibus percepimus?

329.) Rem iuſte a Majoribus acquifitam, ſucceſſori etiam poſſidere non licet cum conſcientia iuſtæ acquiſitionis; quia perinde eſt, ſeu tu rem alienam iuſte auferas, ſeu

mus? Ut non dicamus, quia & nunc in fide existentes acquirimus. Quis enim vendit, & non lucrari vult ab eo qui emit? Quis emit, & non vult utiliter secum agi ab eo qui vendit? Quis negocians non propterea negotiatur, ut inde alatur? Quid autem & hi, qui in regali aula sunt fideles, nonne ex eis, quæ Cæsaris sunt, habent utensilia, & his qui non habent, unusquisque eorum secundum virtutem præstat? Ægyptii populo Israel erant debitores non solum rerum, sed & vitæ suæ, propter Patriarchæ Joseph præcedentem benignitatem: nobis autem secundum quid debitores sunt ethnici, a quibus lucra & utilitates perceperimus? Ad hæc populus pessimam servitutem serviebat Ægyptiis.. & ædificaverunt eis civitates munitas multum laborantes, & augentes eorum substantias annis multis, & per omnem modum servitutis, cum illi non solum ingrati essent adversus eos, verum & universos perdere vellent. Quid igitur injuste gestum est, si

D d 4

ex

seu gnarus ab alio sic ablatam fuisse, ad te pertrahas. Quia tamen posteris de injusta Majorum acquisitione saepe non constat, multa citra dubium bona fide possidentur, quæ injuste primum acquisita fuerant. Unde vel de hujusmodi possessoribus loquitur S. Pater, vel injustitiam non stricte, sed latius accipit, ut ea quæ sequuntur, indicant.

ex multis pauca sumpserunt , & qui potuerunt multas substantias habere , si non servissent eis , & divites abire , paucissimam mercedem pro magna servitute accipientes inopes abierunt ? 330.)

Quem-

330.) Eodem fere modo hanc Marcionitarum objectio-
nem diluit Tertullianus 1. 2. contra Marcion. num. 16.
,, Sed & per istas caligines inquit , sequemur nequitiam , & in lucem extrahemus ingenia tenebrarum , objicientia Creatori , vel maxime fraudem illam , & rapinam auri & argenti mandatam ab illo Hebræis in Ægyptios. Age in felicissime hæretice , te ipsum expostulo arbitrum , cognosce in utramque gentem prius , & ita de auctore præcepti judicabis. Reposcunt Ægyptii de Hebræis vasa aurea & argentea ; contra Hebræi mutuas petitiones instituunt , allegantes sibi quoque eorundem patrum nomine , ex eodem Scripturæ instrumento mercedes restitui oportere illius operariæ servitutis , pro laterinis deductis , pro civitatibus & villis ædificatis. Quid judicabis optimi Dei elector ? Hebræos fraudem agnoscere debere , an Ægyptios compensationem ? Nam & ajunt ita actum per legatos utrinque , Ægyptiorum quidem repetentium vasa , Judæorum vero reponcentium operas suas : & tamen hac iustitia renunciaverunt sibi Ægyptii. Hodie adversus Marcionitas amplius allegant Hebræi , negantes compensationi satis esse , quantumvis illud auri & argenti , si sexcentorum millium operæ per tot annos vel singulis nummis diurnis æstimentur .. Querela ergo major Ægyptiorum ; an gratia Hebræorum ? Ut solo injuriarum titulo Hebræi Ægyptios repercuterent , li-

be-

Quemadmodum si quis liber abductus ab aliquo per vim , & serviens ei annis multis , & augens substantiam ejus , post deinde aliquod adminiculum consecutus , putetur quidem modica quædam ejus habere , revera autem ex multis laboribus suis , & ex acquisitione magna , pauca percipiens discedat , & hoc ab aliquo imputetur ei , quasi non recte fecerit ; ipse magis injustus iudex apparebit . . Sic ergo sunt & hujusmodi , qui imputant populo parva de multis accipienti sibi , & ipsis non imputant , qui nullam gratiam ex merito parentum debitam reddiderunt , imo & in gravissimam servitutem redigentes , maximam ab eis consecuti sunt utilitatem : & illos quidem non signatum aurum & argentum in paucis vasculis accipientes injuste fecisse dicunt ; semetipsoſ au-

D d 5 tem ,

beri homines in ergastulum subacti : ut solas scapulas suas , scribæ eorum apud subsellia sua ostenderent , flagellarum contumeliosa atrocitate laceratas : non paucis lancib⁹ & scyphis , pauciorum utique divitum ubique , sed totis & ipsorum facultatibus , & popularium omnium collationibus satisfaciendum , Hebræus pronunciaſſet . Igitur si bona Hebræorum causa , bona jam & causa id est mandatum Crea- toris , qui & Aegyptios gratos fecit nescientes , & suum populum in tempore expeditionis angusto , aliquo solatio tacita compensationis expunxit . Plane minus exigi jussit . Hebræis enim etiam filios Aegyptii restituere debuerant &c . ,

tem , ex alienis laboribus insigne (seu signatum) aurum , & argentum , & æramentum , cum inscriptione & imagine Cæsaris , in zonis suis ferentes juste facere dicunt . Si autem comparatio fiat nostra & illorum , qui justius apparebunt acceptisse ? utrumne populus ab Ægyptiis , qui erant per omnia debitores ; an nos a Romanis , & reliquis gentibus , a quibus nihil tale nobis debetur . Sed & mundus pacem habet per eos , & nos sine timore in viis ambulamus , & navigamus , quo- cunque voluerimus . Adversus igitur hujusmodi aptus erit sermo Domini : *Hypocrita exime primo trabem de oculo tuo , & tunc perspicies auferre festu- sam de oculo fratris tui.* (Matth. 7. v. 5.) , ,

Capite vero XXXIII. germanum Christi discipulum describens , veram agnitionem , & charitatem , verosque Martyres in sola Ecclesia Catholica dari hisce docet . , , Agnitio vera est Apostolorum doctrina , & antiquus Ecclesiæ status in universo mundo , & character corporis Christi secundum successiones Episcoporum , quibus illi eam , quæ in unoquoque loco est , Ecclesiam tradi- derunt : quæ pervenit usque ad nos , custoditione sine fictione , Scripturarum tractatio plenissima , 331) ne-

331.) De authentia , integritate , & sensu Scripturae
sa-

neque additamentum, neque ablationem recipiens; & lectio sine falsatione, & secundum Scripturas expositio legitima, & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia: & præcipuum dilectionis munus, quod est preciosius, quam agnitus, gloriosius quam prophetia, omnibus reliquis charismatibus supereminenter. Quapropter Ecclesia omni in loco ob eam, quam habet erga Deum dilectionem, multitudinem Martyrum in omni tempore præmittit ad Patrem; reliquis autem omnibus non tantum non habentibus hanc rem ostendere apud se, sed nec quidem necessarium esse dicentibus tale martyrium.. nisi si unus aut duo per omne tempus, ex quo Dominus apparuit in terris, cum Martyribus nostris, quasi & ipse misericordiam consecutus, opprobrium simul baulavit nominis, & cum eis ductus est, velut adjecatio quædam donata eis. Opprobrium enim eorum, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, & omnes poenas sustinent, & mortificantur propter eam, quæ est erga Deum dilectionem,

&

sacræ non aliunde, quam ex Ecclesiæ auctoritate certi reddimur. Unde S. Augustinus l. contra epistolam Fundamenti seu Manichæi c. 5., Ego inquit Evangelio non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoveret auctoritas.,

& confessionem Filii ejus, sola Ecclesia pure sustinet.. 332.) Quod quidem & Prophetæ cūm reliquis prophetaverunt, quoniam super quoscunque requieverit Spiritus Dei, & obediverint Verbo Patris, & secundum virtutem servierint ei, persecutionem patientur, & lapidabuntur, & occidentur &c. ,

Nonnullis rursum adversus Marcionitas & Gnosticos interjectis, Capite XXXVII. hominem liberum & eligendi facultate præditum esse, ac proinde nullum natura bonum, aut malum esse probat. , Illud quod ait : *Quoties volui colligere filios tuos, & noluisti?* (Matth. 23. v. 37.) veterem legem libertatis hominis manifestavit : quia liberum eum Deus fecit ab initio, habentem suam potestatem, sicut & suam animam, ad utendum sententia Dei voluntarie, & non coactum a Deo.

Vis

332.) Sicut vera & perfecta Dei dilectio, ita & verum ac salutare martyrium in sola Ecclesia Catholica reputatur. Unus igitur ille aut duo ex sectis aliis, quos cū Martyribus Catholicis, velut adjectionem quandam eis donatam, propter Christum passos esse ait S. Pater, haud dubie prius sectis suis renunciaverint, & fidem Ecclesiæ amplexi fuerint. Nam *sine fide impossibile est placere Deo.* Hebr. 11. v. 6. *Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mibi prodest.* 1. Corinth. 13. v. 3.

Vis enim a Deo non fit , sed bona sententia adest illi semper. Et propter hoc consilium quidem bonum dat omnibus , posuit autem in homine potestatem 333.) electionis , quemadmodum & in Angelis : (etenim Angeli rationabiles) ut hi quidem qui obedissent , juste bonum sint possidentes , datum quidem a Deo , servatum vero ab ipsis . Qui autem non obedierunt , juste non invenientur cum bono , & meritam poenam percipient : quoniam Deus quidem dedit benigne bonum , ipsis vero non custodierunt diligenter illud , neque preciosum arbitrati sunt , sed supereminentiam bonitatis contempserunt. Abjicientes igitur bonum , & quasi respuentes , merito justum judicium incident Dei , quemadmodum & Apostolus Paulus testificatur in Epistola ad Romanos (c. 2. v. 7. & seq.) quoniam qui operantur quidem , gloriam & honorem percipient , quoniam operati sunt bonum , cum possint non operari illud ; hi autem qui illud non operantur , judicium justum excipient Dei , quoniam non sunt operati bonum , cum possint operari illud. Si autem naturaliter quidam boni ,

qui-

333.) Si Deus potestatem electionis in homine posuit , non solum a coactione , sed a simplici etiam necessitate libertatem immunem nobis contulit. Ubi enim necessitas ineluctabilis urget , quis electioni locus esse potest ?

quidam vero mali facti fuissent, neque hi laudabiles essent qui boni sunt, tales enim facti fuerant; sed neque illi vituperabiles, & ipsi enim tales fuerant instituti. Sed quoniam omnes ejusdem sunt naturæ, & potentes retinere & operari bonum, & potentes rursum amittere id & non facere; iuste etiam apud homines sensatos (quanto magis apud Deum) alii quidem laudantur, & dignum percipiunt testimonium electionis bonæ & perseverantiarum; 334.) alii vero accusantur, & dignum percipiunt damnum, eo quod justum & bonum reprobaverint. Et ideo Prophetæ hortabantur homines justitiam agere, bonumque operari. . . . Propter hoc autem & Dominus: *Luceat lumen vestrum, dicebat, coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in cælis est.* (Matth. 5. v. 15.) Et: *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & sollicitudinibus secularibus.* (Luc. 21. v. 34.) . . .

Et

334.) Idem docet S. Hieronymus I. 2. advers. Jovianum 3. „ Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad via necessitate trahimur. Alioquin ubi necessitas, nec corona. Sicut in bonis operibus perfector est Deus; non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis & adjuvantis Dei, ut pervenire valeamus ad calcem sic in malis atque peccatis semina nostra sunt incentiva, & perfectio diaboli &c. „

Et omnia talia , quæ liberum & suæ potestatis ostendunt hominem , & quia consilio instruat Deus , adhortans nos ad subjectionem sibi , & avertens ab incredulitate , non tamen de violentia cogens. Etenim ipsum Evangelium si noluerit quis sequi , licet quidem ei , non tamen expedit. Inobedientia enim Dei , & amissio boni est quidem in hominis potestate , læsionem autem & damnum non modicum infert. Propter hoc Paulus ait : *Omnia licent , sed non omnia expedient.* (1. Corinth. 6. v. 12.) & libertatem referens hominis , qua propter *omnia licent* , non cogente eum Deo ; & id *Non expedit* , ostendens , ut non ad velamentum malitiæ abutamur libertate.... Et non tantum in operibus , sed etiam in fide liberum , & suæ potestatis arbitrium hominis servavit Dominus dicens : *Secundum fidem tuam fiat tibi.* (Matth. 9. v. 29.) Et iterum : *Omnia possibilia sunt credenti.* (Marc. 9. v. 22.) Et propter hoc is , qui credit ei , habet vitam æternam ; qui autem non credit Filiō , non habet vitam æternam , sed ira Dei manebit super ipsum. (Joan. 3. v. 36.) Secundum hanc igitur rationem , & suum proprium bonum ostendens Dominus , & sui arbitrii , ac suæ potestatis hominem significans , dicebat ad Hierusalem : *Quoties volui congregare filios tuos , quemadmodum*

gal.

gallina pullos suos sub ascellas, & noluisti? Quapropter relinquetur vobis domus vestra deserta. (Math. 23. v. 37.) ,,

Capite XXXVIII. causam reddit, cur Deus hominem in bono immobilem ab initio non fecerit. „ Si dicat aliquis : Quid enim ? Non poterat ab initio Deus perfectum fecisse hominem ? Sciat, quoniam Deus quidem cum semper sit idem, & innatus, quantum ad ipsum est, omnia possibilia ei. Quæ autem facta sunt ab eo, secundum quod postea facturæ initium habuerunt, secundum hoc & minora esse oportuit eo, qui se fecerit: nec enim poterant infecta esse, quæ nuper facta sunt. Propter quod autem non sunt infecta, propter hoc & deficiunt a perfecto. Secundum enim quod sunt posteriora, secundum hoc & infantilia; & secundum quod infantilia, secundum hoc & inexercitata ad perfectam disciplinam. Quemadmodum enim mater potest quidem perfectam escam præstare infanti, ille autem adhuc non potest robustiorem se percipere cibum ; sic & Deus ipse quidem potens fuit homini præstare perfectionem ab initio, homo autem impotens percipere illam: infans enim fuit. Et propter hoc Dominus noster in novissimis temporibus recapitulans in semetipso omnia

ve-

venit ad nos , non quomodo ipse poterat , sed quomodo illum nos videre poteramus . Ipse enim in sua inenarrabili gloria ad nos venire poterat , sed nos magnitudinem gloriae ipsius portare non poteramus . Et propter hoc quasi infantibus ille , qui erat panis perfectus Patris , lac nobis semetipsum praestitit , quod erat secundum hominem ejus adventus : ut quasi a mamilla carnis ejus enutriti , & per talem lactationem affuenti manducare & bibere Verbum Dei , & eum qui est immortalitatis panis , qui est Spiritus Patris , in nobis ipsis continere possimus..... Per hanc igitur ordinationem , & hujus modi convenientiam factus & plasmatus homo , secundum imaginem & similitudinem constituitur infecti Dei : Patre quidem bene sentiente & jubente , 335.) Filio mi-

S. Irenæi Episc. & Mart.

E e n i

335.) Cum patrem jubere , Filium ministrare audis , monet S. Epiphanius in Ancor. num. 28. „ Cave , ne te tua mens in errorem inducat , ut ad Filium tanquam ad servum , non ad verum ac legitimum Dominum accedas . Nam si servus , non verus esset Dominus , servi formam quando tandem induisset is , qui in forma Dei erat ? (Philippens. 2. v. 6.) aut quomodo se cum illo rerum omnium opificem diceret , nisi perfecta esset Divinitate praeditus ? „ Non alio igitur sensu jubere Pater dicitur , quam quod dignando Filium ei Divinam essentiam una cum voluntate & attributis omnibus communicet , quam itidem Pater &

F.

nistrante & formante , Spiritu nutriente & au-
gente , homine vero paulatim proficiente , & per-
veniente ad perfectum , id est proximum infecto
fieri . Perfectus enim est infectus : hic autem est
Deus . Oportuerat autem hominem primo fieri ,
& factum augeri , & auctum corroborari , & cor-
roboratum multiplicari , & multiplicatum con-
valescere , convalescentem vero glorificari , &
glorificatum videre suum Dominum . Deus enim
est , qui habet videri : visio autem Dei efficax est
incorruptæ , 336.) incorruptela vero proximum facit
esse

Filius per spirationem ex æterno communicant Spiritui Sancto . Cæterum , Christus a Patre mittitur ; mittitur & Spiritus Sanctus : ait iterum Epiphanius 1. cit. num 68. Christus in Sanctis loquitur ; loquitur & Spiritus Sanctus : sanat Christus ; sanat & Spiritus Sanctus : Sanctificat Christus ; Sanctificat & Spiritus Sanctus : baptizat in suo nomine Christus ; baptizat & Spiritus Sanctus . Itaque Filius & Spiritus Sanctus cum Patre agunt communiter . , Et Didimus 1. de Spiritu Sancto num. 32. , Cum Spiritus Sanctus Patri Filioque so-
ciatus eadem potestate creaverit omnia , quæ Pater creavit
& Filius ; Emitte enim ait Spiritum tuum , & creabuntur ;
(Pf. 103. v. 30.) ostendimus ejusdem esse operationis Spi-
ritum Sanctum , cuius est Pater & Filius , & in eadem o-
peratione unam esse substantiam : & reciproce eorum , quæ
sibi omnes sunt , operationem quoque non esse diversam &c. ,
336.) Textus hujus pars prior paulo aliter legitur lo-

esse Deo. (Sap. 6. v. 19. & 20.) Irrationabiles
igitur omni modo, qui non expectant tempus au-

E e 2 gmen-

co cit. nempe: *Custoditio legum consummatio incorruptionis*
est, & in Greco: περοχὴ νόμων Βεβαλωσις ἀφθαρτια.
At secunda iisdem fere verbis: *Incorrumpit autem facit esse*
proximum Deo. ἀφθαρτος δὲ ἐγγὺς ἐναι ποιεῖ Θεός.
Unde manifestum est librum Sapientiae notum probatumque
Irenæo fuisse, quamvis eum Scripturæ nomine diserte non
laudet, cum nonnulli præsertim Orientales eum in Canonem
Scripturarum recipiendum non putaverint. A plerisque ta-
men cum primis Occidentalibus olim etiam pro Canonicō
habitum esse testatur S. Augustinus l. 17. de Civ. Dei c.
20. ubi ait., Salomon.. bonis iniisi malos exitus habuit.
Quippe secundæ res, quæ sapientium animos fatigant, ma-
gis huic obfuerunt, quam profuit ipsa sapientia, etiamnum
& deinceps memorabilis, & tunc longe lateque laudata.
Prophetasse ipse etiam reperitur in suis libris, qui tres re-
cepti sunt in auctoritatem Canonicam: Proverbia, Eccle-
siastes, Canticum Cantorum. Alii vero duo, quorum unus
Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquii non-
nullam similitudinem, ut Salomonis dicantur, obtinuit con-
fuetudo: non autem esse ipsius non dubitant doctiores. Eos
tamen in auctoritatem maxime Occidentalis antiquitus re-
cepit Ecclesia. „Et vero pro Scriptura Divina Sapientiae
librum laudat Tertullianus l. 3. contra Marcion. num. 15.
ubi ait: A persona justitiae sublatus est justus: quis nisi
Christus? Venite inquietum, auferamus justum, quia inutilis
est nobis. (Sap. 2. v. 12.) Præmittens itaque & subjungens

pas-

gmenti, & suæ naturæ infirmitatem adscribunt
Deo. Neque Deum, neque se netipos scientes,
insatiabiles & ingrati, nolentes primum esse hoc
quod facti sunt, homines passionum capaces, sed
supergredientes legem humani generis, antequam
fiant homines, jam volunt similes esse factori
Deo, plus irrationales, quam muta animalia. Hæc
enim non imputant Deo, quoniam non homines
fecit ea, sed unumquodque quoniam factum est,
gratias agit. Nos autem imputamus ei, quoni-
am non ab initio dii facti sumus, sed primo
quidem homines, tunc demum dii. Quamvis
Deus secundum simplicitatem bonitatis suæ hoc
fecerit, ne quis eum putet invidiosum. *Ego di-
xi, dii es̄tis, & filii Excelſi omnes.* (Pſ. 81. v.
6.) Nobis autem potestatem divinitatis bajulare
non sustinentibus: *Vos autem inquit, ſicut homines
moriemini;* (Ibid. v. 7.) utraque referens, &
illud quod est benignum suæ donationis, & in-
firmitatem nostram, & quod effemus nostræ po-
te-

passum etiam Christum, & que justos ejus eadem passuros,
tam Apostolos, quam & deinceps omnes fideles propheta-
vit. „ Pariter S. Cyprianus Ep. 52. ad Antonianum. „ Cum
scriptum sit, *Deus mortem non fecit, nec deleſtatur in per-
ditione vivorum* (Sap. 1. v. 13.) utique qui neminem vult
perire, cupit peccatores pœnitentiam agere. &c. „

testatis. Secundum enim benignitatem suam bene dedit bonum, & similes sibi suæ potestatis homines fecit: secundum autem providentiam scivit hominum infirmitatem, & quæ ventura essent ex ea; secundum autem dilectionem & virtutem vincet factæ naturæ substantiam. Oportuerat autem primo naturam apparere, post deinde vinci, & absorberi mortale ab immortalitate, & corruptibile ab incorruptibilitate. ,,

Idem argumentum prosequitur Capite XXXIX. & libertatem hominis uberior explicat.

„ Agnitionem inquit, accepit homo boni & mali. Bonum est autem obedire Deo, & credere ei, & custodire ejus præceptum, & hoc est vita hominis: quemadmodum non obedire Deo malum, & hoc est mors ejus. Magnanimitatem igitur præstante Deo, cognovit homo & bonum obediens, & malum innobedientia: ut oculus mentis utrorumque accipiens experimentum, electionem meliorum cum judicio faciat, & nunquam segnis, neque negligens præcepti Dei fiat... Quemadmodum enim lingua per gustum accipit experimentum dulcis & amari, & oculus per visionem discernit nigrum ab albo; sic & mens per utrorumque experimentum disciplinam boni accipiens, firmior ad conservationem ejus efficitur ob-

ediens Deo.. 337.) Quemadmodum igitur erit deus . qui nunquam factus est homo ? quomodo perfectus nuper effectus ? quomodo immortalis , qui in natura mortali non obedivit factori ? Oportet te primo ordinem hominis custodire , tunc deinde participari gloriae Dei . Non enim tu Deum facis , sed Deus te facit . Si ergo opus Dei es , manum artificis tui expecta , oportune omnia facientem .. Præsta autem ei cor tuum molle & tractabile , & custodi figuram , qua te figuravit artifex .. ne induratus amittas vestigia digitorum ejus : & liniet te ab intus & a foris auro puro , & argento , & in tantum ornabit te , ut & ipse Rex concupiscat speciem tuam .. Facere enim proprium est benignitatis Dei , fieri autem pro-

pri-

337.) In eundem sensum Lactantius I. de Ira Dei c. 13. Deus inquit , cum formasset hominem , veluti simulacrum suum , quod erat Divini opificii summum , inspiravit ei sapientiam soli , ut omnia imperio ac ditioni sue subjugaret , omnibusque mundi commodis uteretur ; proposuit autem ei & bona & mala , quia sapientiam dedit , cuius omnis ratio in discernendis bonis ac malis posita est . Non potest enim quisquam eligere meliora , & scire quid bonum sit , nisi sciat simul rejicere ac vitare , quæ mala sunt .. Propositis bonis malisque , tum demum opus suum peragit sapientia , & quidem bonum appetit ad utilitatem , malum rejicit ad salutem &c . ,

prium hominis naturæ. Si igitur tradideris ei, quod est tuum, id est fidem in eum, & subjectionem; recipies ejus artem, & eris perfectum opus Dei. Si autem non credideris ei, & fugeris manus ejus, erit causa imperfectionis in te, qui non obedisti, non in illo, qui vocavit. Ille enim misit, qui vocarent ad nuptias; qui autem non obedierunt ei, semetipos privaverunt regia cœna. Non igitur ars deficit Dei; potens est enim de lapidibus suscitare filios Abrahæ: sed ille qui non consequitur eam, sibi met suæ imperfectionis est causa. Nec enim lumen deficit propter eos, qui semetipos excoecaverunt; sed illo perseverante quale est, excoecati per suam culpam in caligine constituuntur. Neque lumen cum necessitate subjicit sibi quenquam: neque Deus cogit eum, qui nolit continere ejus artem. Qui igitur abstiterunt a Paterno lumine, & transgressi sunt legem libertatis; per suam abstiterunt culpam, liberi arbitrii & suæ potestatis facti.

338.) Deus autem omnia præsciens, utrisque

E e 4

aptas

338.) „ Bonus natura Deus solus, ait Tertullianus 1. 2. contra Marcion. num 5. homo autem, qui totus ex institutione est, habens initium, cum initio fortitus est formam, qua esset: atque ita non natura in bonum dispositus est,

aptas præparavit habitationes : eis quidem qui inquirunt lumen incorruptibilitatis , & ad id recurrunt , benigne donans hoc , quod concupiscunt lumen ; aliis vero id contemnentibus , & avertentibus se ab eo , & quasi semetipos excoecantibus , congruentes præparavit tenebras .. Cum autem apud Deum omnia sint bona , qui ex sua sententia fugiunt Deum , semetipos omnibus fraudant bonis : fraudati autem omnibus erga Deum bonis , consequenter in Dei justum judicium incident . Quemadmodum autem in hoc temporali

lu-

est , sed institutione , secundum institutorem bonum , scilicet bonorum Conditorem . Ut ergo bonum jam suum haberet homo emancipatum sibi a Deo , & fieret proprietas boni in homine .. adscripta est illi quasi libripens emancipati a Deo boni libertas , & potestas arbitrii , quæ efficeret bonum ut proprium jam sponte præstari ab homine .. proinde ut & contra malum (nam & illud Deus utique prævidebat) fortior homo prætenderet , liber scilicet & suæ potestatis .. Tota ergo libertas arbitrii in utramque partem concessa est illi , ut sui dominus constanter occurreret & bono sponte servando , & malo sponte vitando .. Ceterum nec boni , nec mali merces jure pensaretur ei , qui aut bonus , aut malus necessitate fuisset inventus , non voluntate . In hoc & lex constituta est , non excludens , sed probans libertatem de obsequio sponte præstando , vel transgressione sponte committenda : ita in utrumque exitum libertas patuit arbitrii . , ,

lumine, qui fugiunt illud, ipsi se tenebris mancipant; ita ut ipsi sibi causa fiant, quod destituantur lumine, & inhabitant tenebras, & non lumen causa est eis hujusmodi conversationis: sic qui æternum Dei fugiunt lumen, quod continet in se omnia bona, ipsi sibi causa sunt, ut æternas inhabitent tenebras, destituti omnibus bonis. ,,

Capite XL ab uno eodemque Deo & electis proœmia tribui, & reprobis pœnas infligi his docet. „ Unus & idem Deus Pater, qui concupiscentibus ejus communicationem, & perseverantibus in subjectione, quæ sunt apud se præparat bona; principi autem abscessione diabolo, & qui cum eo abscesserant, angelis æternum ignem: in quem mittentur, inquit Dominus, illi qui in sinistra separati sunt. Et hoc est, quod a Prophetâ dictum est: *Ego Deus zelans, faciens pacem, & condens mala;* (Isai. 45. v. 6. & 7.) in eos qui dem, qui pœnitentiam habent, & convertuntur ad eum, faciens pacem & amicitiam; super eos vero, qui pœnitentiam non agunt, sed refugiunt ejus lumen, ignem æternum & exteriores tenebras præparans, quæ quidem sunt mala his, qui incidunt in ea. Si autem alius esset, qui requiem donat Pater, & alius, qui ignem præparavit

E e 5

Deus,

Deus , fuissent æque differentes eis filii : alius quidem in Patris regnum mittens , alius vero in æternum ignem. Sed quoniam unus & idem Dominus separari demonstravit in judicio omne genus hominum : quemadmodum pastor segregat oves ab hædis ; (Matth. 25. v. 32.) & aliis quidem dicet : *Venite benedicti Patris mei , percipite regnum , quod paratum est vobis ;* aliis vero : *Discedite a me maledicti in ignem æternum , quem præparavit Pater meus diabolo & angelis ejus ;* (Ibid. v. 34. & 41.) unus & idem Pater manifestissime ostenditur faciens pacem , & condens mala , 339.) præparans utrisque quæ sunt apta ; quemadmodum & unus judex utrosque in aptum mittens locum &c. ,

Ca-

339.) Ita etiam Tertullianus 1. nunc cit. num. 11. „ Ecce inquit , ipse se conditorem profitetur malorum dicens : *Ego sum , qui condo mala.* Amplexi enim vocabuli communionem , duas malorum species in ambiguitate turbantem , quia mala dicuntur & delicta , & supplicia , passim volunt , eum conditorem intelligi malorum , ut malitia author renuncietur. Nos autem adhibita distinctione utriusque formæ , separatis malis delicti , & malis supplicii , malis culpæ , & malis pœnæ , suum cuique parti definimus authorem , malorum quidem peccati & culpæ diabolum ; malorum vero pœnæ & supplicii Deum Creatorem : ut illa pars malitiae deputetur , ista justitiæ , mala condenti judicia adversus

fus

Capite XLI. & ultimo libri hujus explicat, quinam & quomodo dicantur angeli & filii diaboli. „ Quoniam inquit, angelos quosdam dixit diaboli, quibus æternus ignis præparatus est, & rursus in zizaniis ait: *Zizania sunt filii maligni*; (Matth. 13. v. 38.) necessarium est dicere quoniam omnes, qui sunt abscessionis, adscripsit illi, qui princeps est transgressionis. Sed non ille natura aut angelos, aut homines fecit. Nihil enim in totum diabolus invenitur fecisse, cum & ipse creatura sit Dei, quemadmodum & reliqui angeli. Omnia fecit Deus, ut David ait: *Quoniam ipse dixit, & facta sunt; ipse præcepit, & creata sunt.* (Ps. 148. v. 5.) Cum igitur a Deo omnia facta sint, & diabolus sibi metipsi & reliquis factus sit abscessionis causa; juste Scriptura eos, qui in abscessione perseverant, filios diaboli, & angelos dixit maligni. Filius enim, quemadmodum & quidam ante nos dixit, dupliciter intelligitur; alius quidem secundum naturam, eo quod natus sit filius; alius autem secundum id quod

fus mala delicta. De his ergo **Creator** profitetur mali, quæ congruant Judici. Quæ quidem illis mala sunt, quibus rependuntur, ceterum suo nomine bona, quia justa, & bonorum defensoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordine Deo digna. „

quod factus est , reputatur filius : licet sit differentia inter natum & factum. Quoniam ille quidem ex eo natus est , ille autem ab ipso factus est , sive secundum conditionem , sive secundum doctrinæ magisterium. Qui enim ab aliquo doctus est verbo , filius docentis dicitur , & ille ejus pater. 340.) Secundum igitur naturam , ut ita dicam , seu conditionem , omnes filii Dei sumus , propter quod a Deo omnes facti sumus ; secundum autem dicto audientiam & doctrinam , non omnes filii Dei sunt , sed qui credunt ei , & faciunt ejus voluntatem : qui autem non credunt , & non faciunt ejus voluntatem , filii & angeli sunt diaboli.. Quemadmodum enim in hominibus dicto non audientes patribus filii abdicati , natura quidem filii eorum sunt , lege vero alienati sunt ; non enim hæredes sunt naturalium paternorum : eodem modo apud Deum , qui non obediunt ei , abdicati ab eo , desierunt filii ejus esse. Unde nec hæreditatem ejus percipere possunt ;

340.) Idem docet S. Gregorius Naz. in Carmine de Virginitate inter alia canens :

*'Αυταὶ οἱ παῖς τοιεσ μὲν ὅσαι κακῶν ἐδίδαξαν
Παῖδες δ' οἵ εἰδίδαξα.*

Omnes ii mihi patres sunt , quotquot me bonum docuerunt ; Filii autem quos ipse docui .

funt; quemadmodum David ait: *Alienati sunt peccatores ab utero; ira eis secundum similitudinem serpentis.* (Ps. 57. v. 4. & 5.) ... Et Esaias cum Israel disputans, principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ dicebat eos, (Isai. 1. v. 10.) similem Sodomitis transgressionem, & eadem quæ illis fuerunt, peccata esse apud eos significans.. Et quia non natura sic essent facti a Deo, sed qui possent & juste agere, 341.) idem dicebat eis: *Lavamini, mundi estote, auferite nequicias ab animabus vestris.* (Ibid. v. 16.) Cum enim converterentur, & pœnitentiam agerent, filii pot-

te-

341.) Constat hæc veterum omnium sententia est, post peccatum etiam supereesse homini liberum arbitrium ad agendum cum Dei gratia pœnitentiam, & bona alia facienda. „ Non facti sumus, ut moreremur, ait Tatianus Orat. contra Græcos, num. 11. sed nostra culpa morimur. Perdidit nos libera voluntas: servi facti sumus, qui liberi eramus: per peccatum venditi sumus. Nihil malum factum est a Deo: nos ipsi improbitatem produximus. Eam vero qui produxerunt, denuo repudiare possunt. „ Et Lactantius l. 4. Divin. Instit. c. 11. „ Quoniam clemens est & pius erga suos Deus, ad eos Filium misit, quos oderat, ne illis in perpetuum viam salutis clauderet, sed daret his liberam facultatem sequendi Deum, ut & præmium vitæ adipiscerentur, si eum secuti fuissent, & culpa sua in mortem incurserent, si Regem suum repudiascent &c. „

terant esse Dei , & hæreditatem consequi incorruptæ , quæ ab eo præstatur . Secundum hanc igitur rationem angelos diaboli , & filios dixit maligni , qui diabolo credunt , & ea quæ sunt ejus , agnunt . , ,

C A P U T VII.

Summarium Libri V. adversus hæreses.

Libro V. hæc præfatur S. Pater. ,, Traductis dilectissime omnibus hæreticis in quatuor libris , qui sunt ante hunc a nobis editi , & doctrinis ipsorum manifestatis , eversis quoque his , qui irreligiosas adinvenerunt sententias ... & veritate ostensa , & manifestato præconio Ecclesiæ , quod Prophetæ quidem præconaverunt , perfecit autem Christus , Apostoli vero tradiderunt , a quibus Ecclesia accipiens , per universum mundum sola bene custodiens tradidit filiis ... in hoc libro quinto Operis universi , quod est de traductione , & eversione falso cognominata agnitionis , ex reliquis doctrinæ Domini nostri , & Apostolicis epistolis conabimur ostensiones facere .. errantes autem retrahere , & convertere ad Ecclesiam Dei ; neophytorum quo-

que

que sensum confirmare, ut stabilem custodiant fidem, quam bene custoditam ab Ecclesia accepterunt, & nullo modo transvertantur ab his, qui male docere eos, & abducere a veritate conantur. ,,

Proposito sic argumento, Capite I. adversus Valentinianos, & Ebionitas docet Verbum Divinum vere incarnatum esse, veramque carnem S. Spiritus operatione ex Maria Virgine assumisse, res ad salutem pertinentes nos docuisse, & sanguine suo ab hereditario Adæ peccato redemisse. , Non aliter inquit, discere poteramus, quæ sunt Dei, nisi magister noster Verbum existens, homo factus fuisset. Neque enim aliis poterat enarrare nobis, quæ sunt Patris, nisi proprium ipsius Verbum. *Quis enim* alias cognovit sensum Domini? aut quis alias ejus Consiliarius factus est? (Rom. II. v. 34.) Neque rursus nos aliter discere poteramus, nisi magistrum nostrum videntes, & vocem ejus percipientes: ut imitatores quidem operum, factores autem sermonum ejus facti, communionem habeamus cum ipso, a perfecto, & eo qui est ante omnem conditionem, augmentum accipientes. Qui nunc nuper facti sumus, a solo optimo & bono, & ab eo qui habet donationem incorrupti-

bilitatis, in eam, quæ est ad eum similitudinem facti, prædestinati quidem ut essemus, qui nondum eramus, secundum præscientiam Patris, facti autem initium facturæ, accepimus in præcognitis temporibus secundum ministracionem Verbi, qui est perfectus in omnibus: quoniam Verbum potens, & homo verus, sanguine suo rationabiliter redimens nos, redemptionem semetipsum dedit pro his, qui in captivitatem ducti sunt..

342.) Suo igitur sanguine redimente nos Domino, & dante animam suam pro nostra anima, & carnem suam pro nostris carnibus, & effundente Spiritum Patris in adunctionem, & communionem Dei, & hominis, ad homines quidem deponente Deum per Spiritum, ad Deum autem imponente hominem per suam incarnationem, & firme & vere in adventu suo donante nobis incorruptelam, per communionem quæ est ad eum; perierant omnes hæreticorum doctrinæ. Vani enim sunt, qui putative dicunt eum apparuisse. Non enim putative hæc,

342.) Christus redemptionem seipsum dedit pro his qui in captivitatem ducti sunt: in captivitatem autem ducti sunt omnes homines, quia in Adam animali, ut infra afferit S. Pater, omnes mortui sumus: non igitur pro solis electis, aut fidelibus, sed omnibus prorsus hominibus redemptionem seipsum dedit, & mortuus est Christus.

hæc, sed in substantia veritatis fiebant. Si autem cum homo non esset, apparebat homo, neque quod erat, vere perseveravit, Spiritus Dei, quoniam invisibilis est Spiritus: neque veritas erat in eo, quia non illud erat, quod videbatur. Prædiximus autem, quoniam Abraham & reliqui Prophetæ prophetice videbant eum: id quod futurum erat per visionem prophetantes. 343.) Si igitur & nunc talis apparuit, non existens quod videbatur, quædam prophetica visio facta est hominibus, & oportet alium expectare adventum ejus, in quo talis erit, qualis nunc visus est prophetice. Ostendimus autem, quoniam idem est, putative dicere eum visum, & nihil ex Maria acceptisse. Neque enim esset vere sanguinem & car-

S. Irenæi Episc. & Mart.

F f nem

343.) Libro 3. c. 5. & l. 4. c. 20. multis probavit Irenæus Filium Dei Abrahæ & Prophetis se videndum præbuīse, non tamen ut in se est, nec in natura aliqua sibi hypostatice unita, sed duntaxat secundum similitudines quædam gloriæ Dei, seu in corpore a quadam specie hominum sensibus objecta, & præsentiam ejus indicante; ut hoc modo Incarnationi suæ præluderet. Unde recte infert Incarnationem ejus explicari non posse per hoc, quod in simili quædam specie corporea apparuerit: quia sic Incarnatione nihil differret a visionibus propheticis, novisque ejus adventus in vera & hypostatice sibi unita carne humana expectandus esset.

nem habens , per quam nos redemit , nisi antiquam plasmationem Adæ in semetipsum recapitulasset. Vani igitur , qui a Valentino sunt , hoc dogmatizantes , ut excludant salutem carnis , & reprobent plasmationem Dei. Vani autem & Ebionæi , uniti onem Dei & hominis non recipientes , sed in veteri generationis perseverantes fermento , neque intelligere volentes , quoniam Spiritus Sanctus advenit in Mariam , & virtus Altissimi adumbravit eam : quapropter & quod generatum est , Sanctum est , & Filius Altissimi Dei Patris omnium , qui operatus est 344.) incarnationem ejus , & novam ostendit generationem : ut quemadmodum per priorem generationem mortem hæreditavimus , sic per generationem hanc hæreditaremus vitam. Reprobant itaque hi commixtionem vini cœlestis , & solam aquam secularem volunt esse , non recipientes Deum ad commixtionem suam , perseverantes autem in eo qui victus est Adam , & projectus de paradiſo : non contemplantes , quoniam quemad-

ad.

344.) „ Natus est de Virgine nonnisi Filius , ait S. Augustinus 1. de Trin. & unit. Dei c. 9. & vox de nube : *Tu es Filius meus dilectus* , ad solius pertinet Patris personam : & in specie corporali columbae solus apparuit Spiritus Sanctus : tamen & illam carnem solius Filii , & illam vocem solius Patris , & illam speciem solius Spiritus Sancti universa Trinitas operata est . „

admodum ab initio plasmationis nostræ in Adam , ea quæ fuit a Deo aspiratio vitæ , unita plasma-
ti animavit hominem , & animal rationale ostendit ; sic in fine Verbum Patris , & Spiritus Dei , adunitus antiquæ substantiæ plasmationis Adæ , vi-
ventem & perfectum effecit hominem , capientem
perfectum Patrem : ut quemadmodum in animali
omnes mortui sumus , sic in spirituali omnes vivi-
ficemur . , ,

Capite II. in primis adversus Marcionitas &
Gnosticos breviter probat Christum non in aliena,
sed in sua venisse , hominemque non ab alio Deo,
sed a se , & ad suam similitudinem factum redemis-
se . , , Vani autem , & qui in aliena dicunt De-
um venisse , velut aliena concupiscentem , ut eum
hominem , qui ab altero factus esset , exhiberet ei
Deo , qui neque fecisset , neque condidisset , sed
& qui desolatus esset ab initio a propria hominum
fabricatione. Non ergo justus adventus ejus , qui
secundum eos venit in aliena , neque vere redemit
nos sanguine suo , si non vere homo factus est ,
restaurans suo plasmati , quod dictum est in prin-
cipio , factum esse hominem secundum imaginem
& similitudinem Dei , non aliena dolo diripiens ,

sed sua propria juste 435.) & benigne assummens:
quan-

345.) In eundem sensum S. Leo M. Serm. 2. de Nativ. Dom. „ Verax inquit , misericordia Dei cum ad reparandum humanum genus ineffabiliter multa suppeterent , hanc potissimum consulendi viam delegit , qua ad destruendum opus diaboli non virtute uteretur potentia , sed ratione justitiae . Nam superbia hostis antiqui non immerito sibi in omnes homines jus tyranicum vendicabat , nec indebito dominatu premebat , quos a mandato Dei spontaneos in obsequium sue voluntatis allexerat : non itaque juste amitteret originalem dedititii servitutem , nisi de eo quod subegerat vinceretur . Quod ut fieret , sine virili semine editus est Christus ex Virgine , quam non humanus coitus , sed Spiritus Sanctus fœcundavit , & cum in omniibus matribus non fiat sine peccati forde conceptio , hæc inde purgationem traxit , unde concepit .. Cum igitur misericors , omnipotensque Salvator ita susceptionis humanæ moderaretur exordia , ut virtutem inseparabilis a suo homine Deitatis , per velamen nostræ infirmitatis absconderet ... improbus prædo & avarus exactor ... dum viciate originis præjudicium generale prosequitur , chyrographo , quo utebatur , excidit , ab illo iniquitatis exigens pœnam , in quo nullam reperit culpam . Solvit itaque letiferæ passionis maleficia conscriptio , & per injustitiam plus petendi totius debiti summa vacuatur . Fortis ille necatur suis vinculis , & omne commentum malitia in caput ipsius retorquetur : ligato mundi principe , captivitatis vasa rapiuntur , redit ab antiquis contagiosis purgata natura , mors morte destruitur , nativitas nativitate reparatur &c. „

quantum attinet quidem ad apostasiam , iuste suo sanguine redimens nos ab ea; quantum autem ad nos , qui redempti sumus , benigne. Nihil enim illi ante dedimus , neque desiderat aliquid a nobis , quasi indigens , nos autem indigemus ejus , quæ est ad eum communionis : & propterea benigne effudit semetipsum , ut nos colligeret in sinum Patris. ,,

Demonstrat deinde adversus eosdem hæreticos carnem salutis capacem esse ex eo , quia Christus verum sanguinem pro nobis fudit , veramque carnem & verum sanguinem suum in Eucharistia nobis præbet. , , Vani omnimodo , qui universam dispositionem Dei contemnunt , & carnis salutem negant , & regenerationem ejus spernunt , dicentes non eam capacem esse incorruptibilitatis. Si autem non salvatur hæc , videlicet nec Dominus sanguine suo redemit nos ; neque calix Eucharistiæ communicatio Sanguinis ejus est , neque panis , quem frangimus , communicatio Corporis ejus est. 346.) Sanguis enim non est , nisi a ve-

F f 3 nis

346.) Juxta Irenæum si corpora nostra resurrectionis & salutis capacia non sunt , sequitur quod neque Christus verum Sanguinem , qui a venis & carnibus est , pro salute nostra in cruce effuderit , nec in Eucharistia verum Corpus

&

nis & carnibus , & a reliqua quæ est secundum hominem substantia , qua vere factum est Verbum Dei,& Sanguine suo redemit nos , quemadmodum & Apostolus ejus ait : *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus , remissionem peccatorum.* (Coloss. 1. v. 14) Et quoniam membra ejus sumus , & per creaturam nutrimur ; creaturam autem ipse nobis præstat , solem suum oriri faciens , & pluens quemadmodum vult ; eum calicem , qui est creatura , suum Sanguinem , qui effusus est , ex quo auget nostrum sanguinem , & eum panem , qui est a creatura , suum Corpus confirmavit , ex quo nostra auget corpora. 347.) Quando ergo & mixtus

ca-

& verum Sanguinem suum nobis præbeat . Sicut igitur Irenæus , ejusque ævi Ecclesia pro certo credidit , verum Sanguinem a Christo pro nobis in cruce effusum esse ; ita credidit in Sacramento Eucharistiae non meram figuram sed verum ejus Corpus , verumque Sanguinem reapse & substancialiter adefisse . Imo hoc posterius ne Marcionitæ quidem & Gnosti ci negasse videntur : quia ex reali Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia præsentia , ceu ab utrisque concessa , Irenæus adversus hæreticos illos infert , Verbum Divinum non in phantasmate apparuisse , sed revera hominem factum esse , verumque Corpus & Sanguinem sibi univisse .

347.) Quamvis Corpus Christi , ceu jam immortale , dum id in Eucharistia summimus (idem cum proportione dic de Sanguine) non comminuantur dentibus , sed integrum &

calix , & fractus panis percipit verbum Dei , & sit Eucharistia sanguinis & corporis Christi , ex quibus augetur & consistit carnis nostræ substantia ; quomodo carnem negant capacem esse donationis Dei , quæ est vita æterna , quæ sanguine & corpore Christi nutritur , & membrum ejus est ? Quemadmodum & beatus Apostolus ait in ea , quæ est ad Ephesios epistola : *Quoniam membra sumus corporis ejus , de carne ejus , & de ossibus ejus ;* (Ephes. 5. v. 30.) non de spirituali aliquo & invisibili homine dicens hæc : (*Spiritus enim neque offsa , neque carnes habet.* Luc. 24. v. 39.) Sed de ea dispositione , quæ est secundum verum hominem ,

F f 4

quæ

& absque omni læsione in stomachum deferatur , neque isthic dissolutum in particulas in substantiam corporis nostri mutetur , sed duntaxat præfens esse definit tunc , dum panis in eadem quantitate sumptus dissolveretur , & in corpus nostrum mutaretur : recte tamen Irenæus , aliique Patres a-
junt corpora nostra nutriri & augeri ex corpore Christi : quia Deus vi ejusdem decreti , quo Corpus Christi realiter præfens esse sub panis specie vult , totum id re ipsa in sum-
mentibus Eucharistiam præstat , quod præstaret naturaliter
panis : ac proinde sicut hoc nutritur & augetur corpus no-
strum , ita & per Christum in Eucharistia præsentem , licet
absque illa ejus passione , & diminutione , conservatis sci-
licet ad ejus præsentiam pristinis , vel novis etiam adjectis
aliunde corpori nostro particulis .

quæ ex carnibus & nervis & ossibus consistit: quæ de calice , qui est sanguis ejus , nutritur , & de pane , quod est corpus ejus , augetur. 348.) Et quemadmodum lignum vitis depositum in terram suo fructificat tempore , & granum tritici decidens

348.) Argumentum ab Irenæo hic deductum hunc sensum facit. Si Eucharistia sit verum ac proprium Christi Corpus & Sanguis , fieri nequit , ut caro , quæ iis nutritur , & augetur , atque hac ratione cum Christo arctius cohæret , *& membrum ejus est* , dissolvatur penitus , quin unquam reviviscat : quia caro ipsius vitæ corpore pasta & nutrita , *capax profectio est donationis Dei , quæ est vita æterna.* At capit is est ea membris suis alimenta providere , quæ cum ad eorum naturam , tum ad finem , in quem destinantur , accommodata sint. Quoniam igitur juxta Apostolum *membra Christi sumus , de carne ejus , & de ossibus ejus ;* & spectata natura nostra rebus creatis vesci debemus , necesse fuit , ut *creataram ipse nobis præstaret , solem suum oriri faciens , & pluens quemadmodum vult.* Quia vero res creata corporea ex se corruptioni est obnoxia , ac proinde membra Christi ad vitam eternam destinata a corruptela eximere non potuisset , decebat eam rem creatam ab insito sibi corruptionis statu transferri in aliud , quo ipsa vita & vivificans facta , vescentibus vitam impertiretur. Itaque Christus pro Divina & summa bonitate *eum panem & calicem , qui est a creatura , suum proprium Corpus & Sanguinem esse confessus est:* ac proinde quando mixtus Calix , & panis percipit *verbum Dei ,* seu per instituta ab eo verba consecratur , Eucharistia fit vere Corpus & Sanguis Christi.

dens in terram , & dissolutum , multiplex surgit per Spitem Dei , qui continet omnia : quæ deinde per sapientiam in usum hominum veniunt , & percipientia verbum Dei Eucharistia sunt , quod est Corpus & Sanguis Christi : sic & nostra corpora ex ea nutrita , & deposita in terram , & resoluta in eam , resurgent in suo tempore , Verbo Dei resurrectionem eis donante , in gloriam Dei Patris , qui huic mortali immortalitatem circumdat , & corruptibili incorruptelam gratuito donat , quoniam virtus Dei in infirmitate perficitur : 349.)ut non quasi ex nobis ipsis habentes vitam , in-

F f 5

fle-

349.) Allatum modo argumentum confirmat instituta comparatione inter eas , quæ viti , & tritico , ut Eucharistia fiat , & corpori nostro ut resurgat , mutationes accidunt . Mandatur scilicet terræ granum tritici (idem cum proportione est de vite) ibi *dissolvitur* , tum per Spiritum Dei , quo fecundatur natura , *multiplex surgit* : postea ut in usum hominum veniat , mutatur in panem , panis denique per Verbum Dei mutatur in Corpus Christi . Ita etiam caro nostra post mortem humo obruitur , ibique in terram resolvitur : cum vero resurget vivificante Verbo Dei , deposita forma terræ , pristinam recipiet . Quemadmodum igitur ea mutatio , quæ resurgent corpori nostro accidet , substancialis erit ; ita mutatio , quæ contingit pani , ut fiat Corpus Christi , substancialis est : veraque transubstantiatio , non minus quam ea , quæ fit in tritico , dum in panem con-

ver-

flemur aliquando , & extollamur adversus Deum, ingratam mentem accipientes ; experimento autem discentes , quoniam ex illius magnitudine , & non ex nostra natura , habemus in æternum perseverantiam ; neque ab ea , quæ est circa Deum gloria , sicuti est , frustremur aliquando , neque nostram naturam ignoremus ; sed ut sciamus , & quid Deus potest , & quid homo beneficij accipit : & non erremus aliquando a vera comprehensione eorum quæ sunt , & quemadmodum sunt , id est Dei , & hominis . ,

Tredecim , quæ sequuntur , Capitibus futuram corporum resurrectionem , argumentis cum ex Scriptura , tum ex ratione petitis probat. Ac Capite quidem III. id deducit inde , quod omnipotentiæ Divinæ non sit difficilius resoluta in terram corpora restituere , quam fuerit ea primitus ex non existentibus producere. , , Refutant inquit , omnipotentiam Dei , qui infirmitatem intuentur carnis , virtutem autem ejus , qui suscitat eam a mortuis , non contemplantur. Si enim mortale non vivificat , & corruptibile non revocat ad in-

COR-

vertitur. Unde vides Irenæum non modo Christi realem in Eucharistia præsentiam , sed & transubstantiationem panis in Corpus , & vini in Sanguinem Christi , pro indubitate habuisse.

corruptelam, jam non potens est Deus. Sed quoniam potens est in his omnibus, de initio nostro contemplari debemus: quoniam sumpsit Deus limum de terra, & formavit hominem. Et quidem multo difficilis & incredibilis est, ex non existentibus ossibus, & nervis, & venis, & reliqua dispositione, quæ est secundum hominem, facere ut sit, & quidem animalem & rationabilem hominem; quam quod factum est, & deinde resolutum in terram, rursus redintegrare.. Qui enim initio eum, qui non erat, fecit ut esset, quando voluit: multo magis eos, qui jam fuerunt, rursus restituet volens in eam, quæ ab eo datur vitam... 350.) Non igitur exors est caro sapientiæ & virtutis Dei. Nam virtus ejus, quæ vitam præstat, in infirmitate perficitur, id est in carne. Dicant autem nobis, qui dicunt non esse capacem carnem vitæ.. utrum viventes nunc, &

par-

350.) Ita etiam Athenagoras 1. de Resurrect. num. 3.
,, Si inquit, non extantia hominum corpora, eorumque principia in prima creatione, etiam dissoluta, quolibet id contigerit modo, non difficilis exfuscatib.. Cujus enim potestatis est informi materia for man affingere, & partes elementorum in unum cogere.. & quod vitæ expers est, vita donare; ejusdem quoque est, dissoluta coagmentare, jacentia excitare, mortua ad vitam revocare, & corrupta in statum corruptionis expertem convertere &c.,;

participantes vitam dicant hæc , an in totum vi-
tæ quidem habentes nihil , mortuos autem semet-
ipsos in præsenti confiteantur ? Et si quidem mor-
tui ; quomodo & moventur , & loquuntur , & re-
liqua faciunt , quæ non mortuorum , sed vivorum
sunt opera ? si autem vivunt nunc , & totum illo-
rum corpus participat vitæ , quomodo audent di-
cere non esse carnem participatricem vitæ ?
Quodsi hæc temporalis vita , cum sit multo infir-
mior , quam illa æterna vita , tamen tantum po-
test , ut vivificet nostra membra mortalia ; cur
illa quæ est æterna vita , non vivificabit eam car-
nem , quæ jam meditata & affyeta sit portare vi-
tam ? ,,

Capite VI. idem arguit ex eo , quod & Ver-
bum integrum hominem assumpserit , & Spiritus
sanctus dona sua integro homini , non animæ so-
li largiatur . , Glorificabitur Deus in suo plasma-
te , conforme illud & consequens suo pueru ad-
aptans . Per manus enim Patris , id est per Fi-
lium & Spiritum , fit homo secundum similitudi-
nem Dei , non pars hominis . Anima autem &
spiritus pars hominis esse possunt , homo autem
nequaquam : perfectus autem homo commixtio &
adunitio est animæ assumentis spiritum Patris ,
& admixta ei carni , quæ est plasmata secundum

ima-

imaginem Dei. 351.) Propter quod & Apostolus ait: *Sapientiam loquimur inter perfectos*; (1. Corinth. 2. v. 6.) perfectos dicens eos, qui perceperunt Spiritum Dei, & omnibus linguis loquuntur per Spiritum Dei, quemadmodum & ipse loquebatur. Quemadmodum & multos audivimus fratres in Ecclesia, prophetica habentes charisma-

ta,

351.) Corpus hominis ad imaginem Dei plasmatum esse ait S. Pater, non quod Deum esse corporeum crediderit, sed vel quia corpus Adæ ad Corporis Christi formam in mente Dei jam præexistentem factum arbitratus est, cum Tertulliano l. de Resurrect. Carn. num 5. scribente: „Quodcunque limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus. Ita enim præfatio Patris ad Filium: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Et fecit hominem Deus, id utique quod finxit, ad imaginem Dei, scilicet Christi.. Ita limus ille jam tunc imaginem induens Christi futuri in Carne, non tantum Dei opus erat, sed & pignus. „Vel certe quia Deum hominis speciem induisse putavit, dum Adamum condidit. In quem sensum Prudentius in Apotheosi versus fin. canit. „ Creavit

Nempe manus Domini Corpus mortale, lutumque
Composuit digitis. Numquid manus articulatim
Est digesta Dei? numquid vela? numquid & unguis?
Ista figura manus nostræ est, quam non habet in se
Incircumscripitus Dominus, sed tradita forma est,
Humanis quæ nota animis daret intellectum,
Ut per corpoream speciem plasmasse feratur
Corporis effigiem &c. „

ta , & per Spiritum universis linguis loquentes , & absconsa hominum in manifestum producentes ad utilitatem , & mysteria Dei enarrantes ; quos & spirituales Apostolus vocat , secundum participationem Spiritus existentes spirituales , sed non secundum interceptionem carnis , & nude hoc solum . Si enim substantiam tollat aliquis carnis , id est plasmatis , & nude ipsum solum spiritum intelligat , jam non spiritualis homo est , quod est tale , sed spiritus hominis , aut Spiritus Dei . Cum autem spiritus hic 352.) commixtus animæ unitur plasmati , propter effusionem Spiritus homo factus est : & hic est , qui secundum imaginem & similitudinem factus est Dei . Si autem defuerit animæ spiritus , animalis est vere , qui est talis , & carnalis derelictus imperfectus erit : imaginem quidem habens in plasmate , similitudinem vero non assummens per Spiritum . Sicut autem hic imperfectus est ; sic iterum si quis tollat imaginem ,

&

352.) Imaginem Dei cum pluribus veterum distinguit Irenæus a similitudine Dei , & illam quidem in ipsa corporis nostri forma , hanc vero in interna animi virtute & sanctimonia consistere censet . Atque hinc hominem tunc solum in genere moris perfectum esse ait , cum Spiritus Sanctus ei moraliter unitus fuerit , eumque donis suis sanctificando , & ornando virtutibus , ad similitudinem Dei efformarit . Qua de re pluribus infra ad Caput XVI .

& spernat plasma , jam non hominem intelligere potest , sed aut partem aliquam hominis , vel aliud aliquid præter hominem . Neque enim plasmatio carnis ipsa secundum se homo perfectus est , sed corpus & pars hominis . Neque anima ipsa secundum se homo , sed anima & pars hominis . Neque spiritus homo : spiritus enim & non homo vocatur . Commixtio autem & unitio horum omnium perfectum hominem efficit . Et propter hoc Apostolus seipsum exponens , explanavit perfectum & spiritualem salutis hominem , in prima epistola ad Thessalonicenses dicens : *Deus pacis sanctificet vos perfectos , & integer uester spiritus , & anima , & corpus sine querela in adventum Domini Jesu Christi servetur.* (i. Thessal. 5. v. 23.) Et quam utique causam habebat his tribus , id est animæ , & corpori , & Spiritui , integrum & perfectam perseverationem precari in adventum Domini , nisi redintegrationem & adunctionem trium , 353.) & unam

&

353.) Quemadmodum de morali , non physica hominis perfectione loquitur Irenæus , ut ex contextu manifestum est ; ita Spiritum Sanctum non physice , sed moraliter tantum , seu per gratiam & charitatem nobis uniri ait . Quis enim credit existimasse illum , quod Spiritus Sanctus perinde pars substancialis hominis sit , ac corpus & anima ? Certe non alio sensu juxta illum Spiritus Sanctus habitat in no-

bis

& eandem ipsorum sciebat salutem ? Propter quod & perfectos ait eos , qui tria sine querela exhibent Domino. Perfecti igitur , qui & Spiritum in se perseverantem habuerint Dei , & animas & corpora sine querela servaverint ; Dei , id est illam , quæ ad Deum fidem servantes , & eam quæ ad proximum est justitiam custodientes. Unde & templum Dei plasma esse ait : *Nescitis , quoniam templum Dei estis , & Spiritus Dei habitat in vobis ? si quis templum Dei violaverit , disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est , quod estis vos ;* (I. Corinth. 3. v. 16.) manifeste corpus templum dicens , in quo habitat Spiritus. Quemadmodum & Dominus de se ait : *Solvite hoc templum , & in tribus diebus susci- ta-*

bis , quam quo corpora nostra membra sunt Christi. At corpora nostra non utique physice , sed moraliter tantum membra Christi esse cum Apostolo creditit Irenæus , sicut Christus morale , non physicum caput nostrum est : igitur Sanctum etiam Spiritum non physice sed moraliter solum nobis commisceri & uniri censuit. Unde per illum una quidem & eadem est salus trium , animæ scilicet , corporis , & Spiritus , non tamen eodem modo ad omnia tria pertinet , sed ad Spiritum quidem ut possidentem corpus , & salvantem ac vivificantem animam , ad corpus autem ut hæreditate possessum a Sancto Spiritu , & ad animam ut vivificatam , similemque Deo factam per eundem Spiritum : quemadmodum in sequentibus Capitibus se explicat S. Pater.

tabo illud. Hoc autem inquit, dicebat de corpore suo.
(Joan. 2. v. 19. & 21.) Et non tantum templum,
sed & membrum Christi scit corpora nostra, Co-
rinthiis dicens: Nescitis, quoniam corpora vestra
membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi,
faciam corpora meretricis? (1. Corinth. 6. v. 15.)
 Non de alio quodam homine spirituali 354.) di-

S. Irenæi Episc. & Mart.

G g cens

354.) Valentiniani, aliqui Gnostici triplicem hominem distinguebant: choicum nempe, seu terrenum; animalem, quem Demiurgus priori insufflat; & spiritalem, quem inscio Demiurgo inspergit Achamoth. Atque ex his primum seu terrenum salutis omnino incapacem esse, & in terram resolvi sine spe resurrectionis ajebant; animalem vero salvari quidem, non tamen ultra locum Medietatis in quo Demiurgus residet, pervenire posse; solum denique spiritalem in Pleroma receptum iri blaterabant: ut 1. i. c. 5. 6. & 7. videre licet. Contra hos igitur isthic disputat Irenæus, & in primis carnem etiam hominis, licet e terra plasmata sit, resurrectionis & salutis capacem esse probat inde, quod piorum corpora membra sunt Christi, & inhabitentur Spiritu Sancto. Deinde animam simul cum corpore, adeoque totum hominem vere ac perfecte salvatum iri docet: quia Spiritus Sanctus in nobis habitans similitudinem Dei, quam peccando obliteravimus, reparat, & pro sua benignitate praestabit, ut Deum facie ad faciem, seu ut in se est videamus; in qua visione salus nostra & beatitudo consistit. Tertio demum ostendit in Scriptura fieri quidem mentionem hominis

ter-

cens hæc; non enim ille complectitur meretricem: sed corpus nostrum (id est carnem , quæ cum sanctimonia perseverat & munditia) membra dicit esse Christi ; quando autem complectitur meretricem , membra fieri meretricis. Et propter hoc dicit : *Si quis templum Dei violaverit , disperdet illum Deus.* Templum igitur Dei , in quo Spiritus inhabitat Patris , & membra Christi non participare salutem , sed in perditionem redigi dicere , quomodo non maximæ est blasphœmiæ ? , ,

Idem argumentum urget , & nonnihil luculentius explicat Capite VIII. , , Nunc autem partem aliquam a Spiritu ejus summimus , ad perfectiōnem & præparationem incorruptelæ , paulatim assuefcientes capere & portare Deum : quod & pignus dicit Apostolus (hæc est pars ejus honoris , qui a Deo nobis promissus est) in Epistola ad Ephesios dicens : *In quo & vos , audito verbo veritatis , Evangelio salutis vestræ , in quo credentes signati estis , Spiritu promissionis sancto , qui est pignus hæreditatis nostræ.* (Ephef. I. v. 13. & seq.) Sic ergo

pi-
terreni , carinalis , animalis , & spiritualis , non tamen inepto illo quem hæretici singebant sensu ; sed terrenos , carnales & animales homines vocari eos , qui terrena duntaxat sapiunt ; & ut bruta animalia carnis voluptates confestantur , spirituales autem , qui spiritu facta carnis mortificant , & inhabitanți in se Divino Spiritui obsequuntur .

pignus hoc habitans in nobis jam spirituales efficit,
 & absorbetur mortale ab immortalitate: *Vos enim
 ait, non esis in carne, sed in spiritu, si quidem Spi-
 ritus Dei habitat in vobis.* (Rom. 8. v. 9.) Hoc
 autem non secundum jacturam carnis, sed secun-
 dum communionem Spiritus fit. Non enim erant
 sine carne, quibus scribebat; sed qui assumperant
 Spiritum Dei, *In quo clamamus Abba, Pater.* (Ibid.
 v. 15.) Si igitur nunc pignus habentes clamamus
Abba Pater; quid fiet, quando resurgentes facie
 ad faciem videbimus eum, quando omnia mem-
 bra affluenter exultationis hymnum protulerint,
 glorificantia eum, qui suscitavit ea ex mortuis,
 & æternam vitam donaverit? Si enim pignus com-
 plectens hominem in scipsum, jam facit dicere,
Abba, Pater; quid faciet universa Spiritus gra-
 tia, quæ hominibus dabitur a Deo? Similes nos
 ei efficiet, & perficiet, voluntate Patris: efficiet
 enim hominem secundum imaginem & similitudi-
 nem Dei. Qui ergo pignus Spiritus habent, &
 non concupiscentiis carnis serviant, sed subjiciant
 semetipsos Spiritui, ac rationabiliter conversantur
 in omnibus, juste Apostolus spirituales vocat,
 quoniam Spiritus Dei 355.) habitat in ipsis. In-

G g 2

cor-

355.) Ex eo quod Spiritum Sanctum habitare in no-
 bis

corporales autem spiritus non erunt homines spiritualis; sed substantia nostra, id est animæ & carnis adunatio, assumens Spiritum Dei, spiritualem hominem perficit. Eos autem, qui abjici-

bis toties repetat Irenæus, ne puta foliam Divini Spiritus Personam in justis esse: cum in Spiritu hoc clamemus *Abba Pater*, & corpora nostra membra sint Christi. Tota igitur Divina Trias juxta Irenæum in justis moraliter inhabitat: quod & Patres alii communiter docent. Exempli causa Didimus l. de Spir. S. num. 28., Cum semper Apostolis & Spiritus Sanctus adsit, & Filius, sequitur ut & Pater cum ipsis sit: quia qui recipit Filium, recipit & Patrem, & mansionem Filius cum Patre facit apud eos, qui digni adventu ejus extiterint. Sed & ubi Spiritus Sanctus fuerit, statim invenitur & Filius., Et num. 40. Ubicunque Spiritus Sanctus fuerit, ibi & Christus est, & undecunque Christi Spiritus discesserit, inde pariter recedit & Christus.. Hoc autem similiter & de Patre usurpandum., Pariter S. Basilis Ep. 189. ad Eustachium,, Sanctificat inquit, & vivificat, & illuminat, & consolatur, & omnia ejusmodi pariter facit Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Nec quam præcipue tribuat Spiritui Sancto potestatem sanctificandi, cum audiat Salvatorem in Evangelio (Joan. 17.) dicentem Patri: *Pater Sanctifica eos in nomine tuo.* Similiter autem & reliqua omnia ex æquo peraguntur in iis, qui digni sunt, a Patre, Filio & Spiritu S. omnis gratia & virtus, duxus, vita, consolatio, ad immortalitatem transmutatio, transitus ad libertatem, & siquid aliud boni est, quod ad nos usque pertingat &c.,

ciunt Spiritus consilium, & carnis voluptatibus serviunt, & irrationabiliter vivunt, & infroenati dejiciuntur in sua desideria, quippe nullam habentes aspirationem Divini Spiritus, sed pororum & canum more vivunt; hos juste Apostolus carnales vocat, quoniam nihil aliud quam carnia- lia sentiunt.,,

Capite IX. verba illa Apostoli: *Caro & san-
guis regnum Dei non possidebunt; quibus abutebantur
hæretici, sic explanat.* „ Hoc, quod ab Aposto-
lo dicitur: *Quoniam caro & sanguis regnum Dei
hæreditare non possunt;* (1. Corinth. 15. v. 5.) id
est quod ab omnibus hæreticis profertur in amen-
tiam suam, ex quo & ostendere conantur, non
salvari plasmationem Dei: non confipientes,
quia sunt tria, ex quibus, quemadmodum osten-
dimus, perfectus homo confiat, carne, anima,
& Spiritu: & altero quidem salvante 356.) & fi-
gurante, qui est Spiritus; altero quod unitur, &
formatur, quod est caro: id vero quod inter hæc
est duo, ipsa est anima: quæ aliquando quidem

G g 3

sub-

356.) Vide Spiritum Sanctum esse salvantem, seu id
quod animam & corpus nostrum salvat. Licet igitur una sa-
lus sit Spiritus, animæ & corporis, aliter tamen ex men-
te Irenei ad Spiritum Sanctum nobis moraliter unitum, &
aliter ad animam corpusque nostrum pertinet, ut supra dixi.

subsequens Spiritum elevatur ab eo ; aliquando autem consentiens carni , decidit in terrenas concupiscentias. Quotquot ergo id , quod salvat & format , & unitatem non habent , hi consequenter erunt , & vocabuntur caro & sanguis ; quippe qui non habent Spiritum Dei in se. Propter hoc & mortui tales dicti sunt a Domino : *Sinite enim inquit , mortuos sepelire mortuos suos* ; (Luc. 9. v. 60.) quoniam non habent Spiritum , qui vivificet hominem. Quotquot autem timent Deum , & credunt in adventum Filii ejus , & per fidem consti-tuunt in cordibus suis Spiritum Dei , hi tales iuste homines dicentur & mundi , & spirituales , & viventes Deo : quia habent Spiritum Patris , qui emundat hominem , & sublevat in vitam 357.) Dei. Sicut enim *caro infirma* , sic *spiritus promptus* , (Matth. 26. v. 41.) a Domino testimonium accepit. Hic est potens perficere , quæcunque in promptu habet. Si igitur hoc quod est promptum Spiritus , admisceat aliquis velut stimulum infirmitati carnis , necesse est omnimodo , ut id , quod est forte , superet infirmum , ita ut absorbeatur infirmitas carnis a fortitudine Spiritus :

&

357.) Si Spiritus Sanctus emundat hominem & sublevat in vitam Dei , verus Deus sit necesse est. *Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine , nonne Tu qui solus es ? Job. 14. v. 4.*

& esse eum , qui sit talis , non jam carnalem , sed spiritualem , propter Spiritus communionem. Sic igitur Martyres testantur , & contemnunt mortem , non secundum infirmitatem carnis , sed secundum quod promptus est spiritus. Infirmitas enim carnis absorpta , potentem ostendit Spiritum ; Spiritus autem absorbens infirmitatem , hæreditate possidet carnem in se : & ex utrisque factus est vivens homo , 358.) vivens quidem propter participationem Spiritus , homo autem propter substantiam carnis. Igitur caro sine Spiritu Dei mortua est non habens vitam , & regnum Dei possidere non potest : & sanguis irrationalis , velut aqua effusa in terram . Et propter hoc ait : *Qualis terrenus , tales terreni.* Ubi autem Spiritus Patris , ibi homo vivens , sanguis rationalis , ad ultionem a Deo custoditus , caro a Spiritu possesta , oblita quidem sui , qualitatem autem spiritus assumens , conformis facta Verbo Dei. Et propterea ait : *Sicut portavimus imaginem ejus , qui de terra est , portemus & imaginem ejus , qui de caelo est.* (2. Corinth. 15. v. 47. & 48.) Quid est ergo terrenum ? Plasma. Quid autem cœlestis ? Spiritus. Sicut igitur ait ,

G g 4

fine

358.) Sicut Spiritus Sanctus nobis moraliter unitur , ita per eum moraliter Deo vivimus , & sine illo non solum caro , sed & anima nostra moraliter mortua est.

sine Spiritu cœlesti conversati sumus aliquando in
vetustate carnis , non obedientes Deo ; sic nunc
accipientes Spiritum , in novitate vitæ ambulemus
obedientes Deo. Quoniam igitur sine Spiritu Dei
salvari non possumus , adhortatur Apostolus nos,
per fidem , & castam conversationem , conserva-
re Spiritum Dei , ut non sine participatione sancti
Spiritus facti , amittamus regnum cœlorum : & cla-
mavit non posse carnem solam & sanguinem regnum
Dei possidere. Si enim oportet verum dicere ,
non possidet , sed possidetur caro ; sicut & Domi-
nus ait : *Beati mites , quoniam ipsi hæreditate possi-
debunt terram ;* (Matth. 5. v. 5.) quasi hæreditate
possideatur terra in regno , unde & substantia car-
nis nostræ est : & ideo mundum templum 359.)
esse

359.) „ Quomodo negant Ariani Deum esse Spiritum
Sanctum , ait S. Fulgentius Rusensis I. de Fide orthodoxa
ad Donatum c. 8. cum ita simus templum Spiritus Sancti , sicut sumus templum Patris & Filii ? Apostolus enim
dicit : *Nescitis , quia templum Dei esis ? Et Spiritus Dei
habitat in vobis ? Si quis autem templum Dei violaverit , dis-
perdet illum Deus.* Templum enim Dei Sanctum est , quod
essis vos . Sic autem nos Apostolus asserit esse templum
Dei , ut in eadem Epistola dicat nos etiam templum Spir-
itus Sancti . Dicit enim : *Nescitis , quia membra vestra tem-
plum sunt , qui in vobis habstat , Spiritus Sancti , quem habe-
tis a Deo ?* Et ut ipsum Spiritum S. Deum esse demonstra-
ret ,

esse vult, ut delectetur Spiritus Dei in eo, quemadmodum sponsus ad sponsam. Sicut igitur sponsa assumere sponsum non potest, assummi autem a sponso potest, cum venerit, & acceperit eam sponsus; sic & caro hæc secundum seipsum, id est sola regnum Dei hæreditate possidere non potest, hæreditate autem possideri in regno a Spiritu potest. Hæreditate enim possidet qui vivit, ea quæ sunt mortui: & aliud quidem est hæreditate possidere, aliud autem possideri. Ille enim dominatur, præest, & disponit ea quæ possidet; illa vero subjecta sunt, & obediunt, & sub domino sunt ejus, qui possidet. Quid igitur est, quod vivit? scilicet Spiritus Dei. Quæ sunt autem mortua? scilicet membra hominis, quæ & corrumptuntur in terra. Hæc autem possidentur a Spiritu translata in regnum cœlorum. Propter hoc & Christus mortuus est, ut testamentum Ev-

G g 5 an-

ret, continuo subjunxit: *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Aequalis est ergo Patri & Filio Spiritus Sanctus; quia creator est rerum omnium, sicut Pater & Filius. Aequalis est Patri & Filio Spiritus Sanctus: quia replet mundum immensus, sicut Pater & Filius. Aequalis est Patri & Filio Spiritus Sanctus: quia omnium fidelium membra unum templum habet, sicut Pater & Filius. Quis autem negare audeat unam esse Divinitatem Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cum corpora fidelium, quæ membra sunt Carissimi, ipsa sunt templum Spiritus Sancti? "

angelii apertum , & universo mundo lectum , pri-
mum quidem liberos faceret servos suos , post
deinde hæredes constitueret eorum , quæ essent
ejus, hæreditate possidente Spiritu , quemadmodum
demonstravimus.. Ut igitur non amittentes eum ,
qui nos possidet Spiritum , amittamus vitam , ad-
hortans nos Apostolus dixit : *Quoniam caro & san-
guis regnum Dei possidere non possunt.* Nolite errare ,
quoniam nisi Verbum Dei 360.) inhabitaverit , &
Spiritus Patris fuerit in vobis , vane autem con-
versati fueritis , quasi tantum caro & sanguis ex-
istentes , regnum Dei possidere non poteritis . ,

Dicta hactenus confirmat Capite XII. eamque
ipsam carnem , quæ mortua fuerat , resurrecturam
docet . , Quemadmodum corruptelæ est capax
caro , sic & incorruptelæ ; & quemadmodum mor-
tis , sic & vitæ . Hæc autem invicem cedunt , &
præsente altero , interit alterum . Si igitur mors
pos-

360.) Aperte hic Irenæus non solum Spiritum S. sed
& Verbum Dei inhabitare in nobis ait : quidni igitur idि-
psum de Persona etiam Dei Patris censuerit ? , Spiritu
proinde ad nos veniente , verba sunt S. Athanasii Ep. ad
Serapion. veniunt Filius & Pater , & mansionem apud nos
faciunt . Indivisa namque est Trinitas , & una ejus Divini-
tas , & unus Deus super omnia , & per omnia , & in omni-
bus . Hæc est Catholicæ Ecclesiæ fides . ,

possidens hominem expulit ab eo vitam, multo magis vita possidens hominem expellit mortem, & viventem hominem restituet Deo. Si enim mors mortificat, quare vita adveniens non vivificabit hominem? Explosa est autem pristina vita, quoniam non per Spiritum, sed per afflatum fuerat data. Aliud enim est afflatus vitae, qui & animalem efficit hominem: & aliud Spiritus vivificans, qui & spiritalem efficit eum. Propter hoc Esaias ait: *Sic dicit Dominus, qui fecit celum & fixit illud, qui firmavit terram, & quæ in ea sunt; & dedit afflatum populo, qui super eam est, & spiritum his, qui calcant illam.* (Isai. 42.) Afflatum quidem communiter omni qui super terram est populo dicens datum; Spiritum autem proprie his, qui incalcent (potius conculcant) terrenas concupiscentias. Propter quod rursum Esaias ipse distingens quæ prædicta sunt, ait: *Spiritus enim a me exiet, & afflatum omnem ego feci.* (Isai. 57. v. 16.) Spiritum quidem proprie in Deo 361.) deputans,

quem

361.) In Græco Irenæi textu legitur: ἡ Πνεῦμα ἰδως εἰπε τῇ Θεῷ τὰς τάξεις, quod Latine reddi potest: *Spiritu propriè in Deum depurans.* Idque re ipsa Irenæum dicere voluisse manifestum sit inde, quod Spiritum Sanctum distinguat ab afflato vita, eumque huic tanquam factorem

quem in novissimis temporibus effudit, per adoptionem filiorum in genus humanum: afflatum autem communiter in conditionem, & facturam ostendens illum. Aliud autem est quod factum est, ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis; Spiritus autem sempiternus. Et afflatus quidem auctus ad modicum, & tempore aliquo manens, deinde abit, sine spiramento relinquens illud in quo fuit ante. Spiritus autem circumdans intus & foris hominem, quippe semper perseverans, nunquam relinquens eum. *Sed non primo quod spiritale est*, ait Apostolus (hoc tanquam ad nos homines dicens) *sed primo quod animale*, deinde *quod spiritale*, (I. Corin. 15. v. 46.) secundum rationem. Oportuerat enim primo plasmari hominem, & plasmatum accipere animam; deinde sic communionem Spiritus recipere. Quapropter & *primus Adam factus est a Domino*, *in animam viventem*, *secundus Adam in Spiritum vivificantem*. (Ibid. v. 45.) Sicut igitur qui in animam viventem factus est, divertens in pejus perdidit vitam; sic rursus idem ipse in melius recurrens, & assumens vivificantem Spiritum, inveniet vitam. Non enim aliud est quod mori-
tur,

facto, seu Creatorem creature contraponat, & vivificantem, ac sempiternum esse afferat: quæ omnia non nisi Deo vero conveniunt.

tur , & aliud quod vivificatur : quemadmodum neque aliud quod perit , & aliud quod invenitur ; sed illam ipsam quæ perierat ovem invenit Dominus . Quid ergo erat quod moriebatur ? Utique carnis substantia , quæ amiserat afflatum vitæ , sine spiramento mortua facta . Hanc itaque Dominus venit vivificaturus : ut quemadmodum in Adam omnes morimur , quoniam animales ; ita in Christo vivamus , quoniam spiritales : deponentes non plasma Dei , sed concupiscentias carnis , & assummentes Spiritum sanctum , sicut Apostolus in Epistola ad Colossenses ait : *Mortificate membra vestra , quæ sunt super terram.* Quæ sunt autem hæc , ipse exposuit : *Fornicationem , immunditiam , passionem , concupiscentiam malam , & avaritiam , quæ est idolatria.* (Coloss. 3. v. 5.) Horum depositionem Apostolus præconatur , & eos qui talia operantur , velut carnem & sanguinem tantum existentes , non posse ait regnum cœlorum possidere . Anima enim ipsorum declinans in pejus , & in terrenas concupiscentias descendens , ejusdem cuius illa sunt , participavit appellationis ; quæ deponere nos jubens ait rursus : *Exsfoliantes vos veterem hominem cum operibus ejus.* (Ibid. v. 9.) Hoc autem dicebat , non veterem amovens plasmationem : alioquin o-

por-

portebat nosmetipos interficientes , separari ab ea quæ est isthic conversatione &c. ,,

Capite XVI. contra Valentinianos docet corpora nostra ex eadem , in quam resolvuntur terra , a Verbo Dei Patris plasmata fuisse , ejusdemque Verbi adventu imaginem Dei in nobis renovatam , & peccatum originis deletum esse. „ Quoniam inquit , ex hac quæ secundum nos est terra , plasmatio fuit Adæ , Scriptura dicit Deum dixisse ei : *In sudore vultus tui manducabis panem tuum , quoadisque convertaris in terram , ex qua sumptus es.* (Gen. 3. v. 19.) Si igitur in aliquam alteram terram revertuntur post mortem corpora nostra , consequens est inde ea & substantiam habere. Si vero in hanc ipsam , manifestum est , quoniam & ex hac plasma eis factum est ; quomodo & Dominus fecit manifestum , ex hac eadem oculos formans . 362.) Et manu itaque liquido ostensa Dei , per quam

362.) Ad cœcum illum a nativitate alludit , quem Dominus illuminare volens expuit in terram , lutoque inde facto ejus oculos illivit Joan. 9. De hoc enim præcedenti Cap. XV. differuerat Irenæus in hæc verba . „ Ei qui cœcus fuerat a nativitate , jam non per sermonem , sed per operationem præstítit visum , non vane hoc faciens , sed ut ostenderet manum Dei , eam quæ ab initio plasmaverat ho-

quam plasmatus est Adam , plasmati sumus & nos ;
 & cum sit unus & idem Pater , cuius vox ab initio usque ad finem adest plasmati suo .. jam non oportet quærere alium Patrem præter hunc ; neque aliam substantiam plasmationis nostræ præter prædictam ; neque alteram manum Dei , præter hanc , quæ ab initio format nos & coaptat in vitam. ... Tunc autem hoc Verbum ostensum est... In præteritis enim temporibus quidem dicebatur secundum imaginem DEI factum esse

minem. Propterea interrogantibus discipulis , qua ex causa cœcus natus esset , utrumne sua an parentum culpa ? ait : Neque hic peccavit , neque parentes ejus , sed ut manifestentur opera Dei in ipso . (Joan. 9. v. 3.) Opera autem Dei plasmatio est hominis. Hanc enim per operationem fecit , quemadmodum Scriptura ait : *Sum fit Dominus limum de terra , & plasmavit hominem* (Gen. 2. v. 7.) Quapropter & Dominus expuit in terram , & fecit lutum , & superiavit illud oculis , ostendens antiquam plasmationem , & manum Dei &c. ,, Per eundem cœcum non solum primam plasmationem , sed etiam reparationem generis humani designatam esse canit Sedulius Presbyter :

Cœca sumus , proles miseræ de fontibus Evæ

Portantes longo natas errore tenebras.

Sed dignante Deo mortalem summere formam

Tegminis humani , facta est de Virgine nobis

Terra salutaris : quæ fonte abluta sacrato

Clara renascentis referat spiramina lucis.

esse hominem , non autem ostendebatur. Adhuc enim invisibile erat Verbum , cuius secundum imaginem homo factus fuerat. Propter hoc autem & similitudinem facile amisit. Quando autem caro Verbum Dei factum est , utraque confirmavit : & imaginem enim ostendit veram , ipse hæc factus , quod erat imago ejus , & similitudinem 363.)

fir-

363.) Imaginem Dei , ad quam factus est homo , a similitudine Dei distinguebant complures Veteres , teste Clemente Alexand. l. 2. Strom. versus fin. „ Quidam inquit ex nostris imaginem quidem statim in ortu accepisse hominem , similitudinem autem per perfectionem postea acceptum intelligunt. „ Quid porro similitudinis nomine intellexerint , ibidem explicat , cum ait „ beatitudinem esse perfectissimum bonum & plenissimum .. in ea que est cum Deo similitudine , similitudinem autem , esse justum & Sanctum cum prudentia. „ De imagine tacet. At Irenæus rationem imaginis in ipsa humani corporis figura manifeste reponit : quia corpus Adæ ad formam Corporis Christi jam tum in prædefinitione Dei existentis plasmatum censet. Propterea enim dicit olim quidem non apparuisse , quemadmodum secundum imaginem Dei factus sit homo , postquam autem Verbum Caro factum est , luculente ostensum esse ; cum hoc facto Verbum eandem formam induerit , quam in corpore suo homines cæteri præferunt. Rationem vero similitudinis Dei in virtute , sanctimonia , & habilitate ad videndum Deum constituit , ideoque hanc per peccatum oblitteratam , per Christum autem reparatam & firmatam esse docet. Alli ta-

men

firmans restituit , consimilem faciens hominem invisibili Patri , per visibile Verbum. Et non solum

S. Irenæi Episc. & Mart.

H h

per

men fere imaginem & similitudinem Dei pro eodem accipiunt , licet in explicanda illa nonnihil varient. S. Epiphanius hær. 70. quæ est Audianorum , quatuor opiniones refert , & rejicit. Prima est Audii dictæ hærefoes auctoris , qui ipsum corpus hominis ad imaginem & similitudinem Dei factum esse ajebat , non eo quo Irenæus sensu , sed quia Deum corpore & humana forma esse præditum opinabatur : ut diserte testatur Theodoretus l. 4. Hist. Eccles. c. 10. scribens : „ Audæus quidam natione Syrus .. stultæ interpretatus hæc verba : *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* ; Deum humana forma præditum esse existimavit , & corporis membris circumdatum esse credit. „ Unde & Epiphanius opinionem ejus sic impugnat loco cit. num. 5. „ Nec minus inquit rejicienda sententia , quæ corpus ad imaginem Dei esse factum prædicat. Nam qui fieri potest , ut quod aspectabile est , ei simile sit , quod videri non potest ? aut corporeum corporis experti ? aut quod contrectari potest , ei quod apprehendi nequit ? &c. „ Tres vero Catholicorum opiniones ita refert num. 3. „ Nonnulli quod de imagine dicitur , anima ipsa circumscribunt .. Aliis placet nec in anima nec in corpore esse sitam imaginem , sed sola virtute contineri. Alii non virtutem , sed Baptismum , & quæ in eo confertur , gratiam esse statuunt. „ Ipsi denique Epiphanio nulla ex his opinionibus placet , sed „ ita inquit credendum est in homine imaginem reperiri , ut in toto maxime , nec simpliciter resideat.

Cæ-

per ea , quæ prædicta sunt , & Patrem & semet-
ipsum manifestavit Dominus , sed etiam per ipsam
pa-

Cæterum ubinam illa maxime sit.. Deus novit , qui singu-
lari hoc imaginis suæ beneficio hominum genus afficere vo-
luit . „ Theodoretus Quæst. 20. in Genes. posteaquam va-
rias ea de re opiniones retulit , subdit . „ Qui afferit ima-
ginem non in corpore residere , sed in anima rationali , dog-
ma statuit non contemendum . Nam quæ in homine est fa-
cultas cognoscendi , judicandi , bene merendi , agendi quæ
justa sunt , fortitudinis & omnis boni effectrix , a Deo crea-
ta est ad imaginem . Quod autem non forma corporis , sed
actiones repræsentent nobis imaginem Dei , aperte Aposto-
lus in Epistola ad Corinthios dicit : *Quemadmodum porta-
vimus imaginem terreni hominis , ita portemus & imaginem
cœlestis.* Et imaginem quidem terreni portat , qui secun-
dum carnem vivit , & perficit opera carnis ; imaginem ve-
ro cœlestis , qui Spiritu mandata corporis mortificat . Quem-
admodum igitur Deus longanimis est ; ita homo longanimis
habet se ad imaginem Dei . Justus , & Sanctus est Deus ,
condolens , & misericors : igitur qui amat justitiam & san-
ctitatem , & observat præcepta illa Salvatoris : *Estate mi-
sericordes ; Estate perfecti , sicut Pater uester cœlestis perfe-
ctus est ; fit imago Dei per omnia &c.* „ Ex quibus o-
mnibus collige , imaginem & similitudinem Dei sitam esse
partim in naturalibus animæ facultatibus , nempe vi intelli-
gendi , movendi , imperandi &c. partim in supernis gratiæ
donis , sanctitate , justitia , charitate &c. ac proinde per pec-
catum eam ex parte oblitterari , cum superna gratiæ dona

pec-

passionem. Dissolvens enim eam, quæ ab initio in ligno facta fuerat, hominis inobedientiam, *obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis;* (Philippens. 2. v. 8.) eam, quæ in ligno facta fuerat, inobedientiam, per eam, quæ in ligno fuerat obedientiam sanans. Non autem per eandem venisset exolvere erga plasmatorum nostrum inobedientiam, si alterum annunciat Patrem. Quoniam autem per hæc, per quæ non audivimus Deum, & non credidimus ejus Verbo, per hæc eadem obedientiam introduxit, manifeste ipsum ostendit Deum, quem in primo quidem Adam offendimus, 364.) non facientes ejus præceptum; in secundo autem Adam reconciliati sumus, obedientes usque ad mortem facti. Neque enim alteri cuidam eramus debitores, sed illi, cuius & præceptum transgressi fueramus ab initio.,,

Capite XVII. probat Creatorem esse Deum illum, in quem peccavimus, cuique Christus nos

H h 2 re-

peccando graviter amittamus; ex integro autem nunquam desperdi, cum naturales animæ facultates etiam in peccatoribus perseverent.

364.) Luculentius explicari peccatum originis vix potest, quam dicendo, quod in Adamo Deum offenderimus, & præceptum ejus transgressi sumus: cum igitur istud assertat Irenæus, quis peccatum illud ab eo non fuisse agnatum suspicari ausit?

reconciliavit, ita ut seipsum quoque cum miraculis, tum peccatorum remissione Deum esse demonstraverit. „Est autem hic Demiurgus, qui secundum dilectionem quidem Pater est; secundum autem virtutem Dominus, & secundum sapientiam factor & plasmator noster: cuius & præceptum transgredientes, inimici ejus facti sumus. Et propter hoc in novissimis temporibus, in amicitiam restituit nos Dominus per suam incarnationem, *Mediator Dei & hominum factus*; (1.Timoth. 2. v. 5.) propitians quidem pro nobis Patrem, in quem peccaveramus, & nostram inobedientiam consolatus; nobis autem donans eam, quæ est ad factorem nostrum, conversationem & subjectionem. Quapropter & in oratione dicere nos docuit: *Et remitte nobis debita nostra*; (Matth. 6. v. 12.) utique quoniam hic est Pater noster, cuius eramus debitores transgressi ejus præceptum. Quis autem est hic? utrum incognitus aliquis, & nulli unquam præceptum dans Pater? An vero qui a Scriptura prædicatur Deus, cui & debitores eramus transgressi ejus præceptum? Datum est autem præceptum homini (365.) per Verbum: *Audi-*

365.) Per Verbum ait esse datum a Deo præceptum Adx, quia supra sèpius docuerat, Personam Verbi in as-
sum-

divit enim Adam vocem Domini Dei. (Gen. 3. v. 8.
& 10.) Bene igitur Verbum ejus ad hominem dicit : *Remittuntur tibi peccata;* (Matth. 9. v. 2.) idem ille , in quem peccaveramus initio , remissionem peccatorum in fine donans. Aut si alterius quidem transgressi sumus præceptum , alius autem erat qui dixit : *Remittuntur tibi peccata tua;* neque bonus , neque verax , neque justus est hujusmodi. Quomodo enim bonus , qui non ex suis donat ? aut quomodo justus , qui aliena rapit ? Quomodo autem vere remissa sunt 366.) peccata , nisi ille ipse , in quem peccavimus , donaverit remissionem , per viscera misericordiæ Dei nostri : in quibus visitavit nos per Filium suum ? (Luc. 1.v.28.) Quapropter & curato paralytico , videntes populi clarificaverunt Deum , qui dedit potestatem talem hominibus. (Matth. 9. v. 8.) Quem Deum clarificaverunt circumstantes populi ? Numquid ab haereticis inventum incognitum Patrem ? Et quomodo eum , qui tunc non cognoscebatur , glorificabant ? Manife-

H h 3

stum

sumpta ad tempus specie corporea se videndam Adamo , Moysi , aliisque Patriarchis & Prophetis præbuuisse.

366.) Non tegi duntaxat , sed vere remitti peccata censuit Irenæus : longe itaque ab eo discedunt Novatores nostri temporis , qui ea non aboleri , sed contegi tantum per apprehensam sive justitiam Christi volunt.

stum est ergo , quoniam eum , qui a Lege & Prophetis prædicatus est Deus , glorificabant Israelitæ , qui & est Pater Domini nostri : Et propter hoc docebat homines per ea signa , quæ faciebat , dare gloriam Deo... Et non credentibus , quæ ab eo fiebat remissioni , Phariseis dicebat : *Ut sciatis , quoniam potestatem habet Filius hominis remittere peccata?* (Matth. 9. v. 6.) & cum hoc dixisset , jussit paralyticum tollere grabbatum , super quem jacebat , & ire in domum suam : per hoc quod effecit , confundens incredulos , & significans quoniam ipse est vox Dei , per quam accepit homo præcepta , quæ supergressus factus est peccator ; ex peccatis enim paralyticus subsecuta est . Peccata igitur remittens , hominem quidem curavit , semetipsum autem manifeste ostendit , quis esset . Si enim nemo potest remittere peccata , nisi solus Deus ; remittebat autem hæc Dominus , & curabat homines : manifestum , quoniam ipse erat Verbum Dei , Filius hominis factus , a Patre potestatem remissionis peccatorum accipiens , quoniam homo , & quoniam Deus : ut quomodo homo compassus est nobis , tanquam Deus misereatur nostri , & remittat nobis debita nostra , quæ factori nostro debemus Deo &c. , ,

Capite XVIII. inter alia Divinæ Triados mysterium explicat , mundumque a Verbo Dei creatum esse, & gubernari docet. „ Pater inquit conditionem simul, & Verbum suum portans , & Verbum portatum a Patre præstat Spiritum omnibus, quemadmodum vult Pater: quibusdam quidem secundum conditionem , quod est factum ; quibusdam autem secundum adoptionem , quod (potius quæ) est ex Deo , quod est regeneratio. Et sic unus Deus ostenditur , qui est super omnia , & per omnia , & in omnibus. Super 367.) omnia quidem Pater , & ipse est caput Christi : per omnia autem Verbum , & ipse est caput Ecclesiæ : in omnibus autem Spiritus , & ipse est aqua viva, quam præstat Dominus in se credentibus , & diligentibus se , & scientibus , quia unus Pater , qui est super omnia , & per omnia , & in omnibus nobis. (Ephef. 4.

H h 4

v.

367.) De particulis his diffuse agit S. Basilius 1. de Spiritu S. multisque probat nil exinde inæqualitatis inter Patrem , Filium , & Spiritum S. extundi posse : quia unaquaque earum de singulis his Personis in Scriptura legitur. Nam de Filio quoque ait Apostolus : *Qui est super omnia Deus benedictus.* Rom. o. v. 5. Et de Spiritu Sancto ipse Christus : *Spiritus Domini super me* Luc. 11. v. 2. De omnibus vero tribus Personis : *Docet omnes gentes , baptizantes eos in nomine Patris & Fili & Spiritus Sancti.* Matth. 28. v. 19. &c.

v. 6.) Testimonium perhibet his & Joannes dicens:
In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. (Joan. I. v. I. & seq.) Manifeste ostendens audire volentibus, quoniam unus Deus Pater super omnes, & unum Verbum Dei, quod per omnes, per quem omnia facta sunt: & quoniam hic mundus proprius ipsius, & per ipsum factus est voluntate Patris; & non per Angelos, neque per apostasiam & defectiōnem, & ignorantiam; neque per virtutem aliquam Prunici, quam & Matrem appellant quidam; neque per alium quendam mundi factorem, ignorantem Patrem. Mundi enim factor vere Verbum Dei est: hic autem est Dominus noster, qui in novissimis temporibus homo factus est. . & secundum invisibilitatem continet quae facta sunt omnia.. quoniam Verbum Dei gubernans & disponens omnia: & propter hoc in sua visibiliter venit, & caro factum est, & pependit super lignum, ut universa in semetipso recapitularetur.,,

Capite XIX. Evam cum Maria Virgine comparat, hancque illius advocatam esse docet.
 ,, Manifeste itaque in sua propria veniente Domino, & sua propria eum bajulante conditione, quae bajulatur ab ipso, & recapitulationem ejus,

quæ

quæ in ligno fuit inobedientiæ , per eam quæ in ligno est obedientiam faciente , & seductione illa soluta , qua seducta est male illa , quæ jam viro destinata erat virgo Eva , per veritatem evangelizata est bene ab Angelo jam sub viro Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelic sermonem seducta est , ut effugeret Deum , prævaricata verbum ejus ; ita & hæc per Angelicum sermonem evangelizata est , ut portaret Deum , obediens ejus verbo. Et si ea non obedierat Deo , sed hæc suasa est obedire Deo , ut virginis Evæ Virgo Maria fieret advocata , 368.)

H h 5 et

368.) Audis Mariam Virginem Evæ Advocatam dici : quodsi Evæ Advocatam illam esse credidit Irenæus , quidni & nostram ? ac proinde & ipse eam religiose invocabat , & a nobis recte ac utiliter invocari posse censuit : idemque cum proportione de aliorum quoque cœlitum cultu & invocatione hand dubie existimavit. Ita sane a primis usque seculis sensisse Ecclesiam docent Liturgiæ antiquissimæ : in quibus Deiparæ Virginis , & Sanctorum aliorum auxilium imploratur , eorumque meritis & precibus peccatorum venia , ac beneficia cætera exposuntur. Ita sensit S. Gregorius Naz. Orat. 18. laudans Justinam , quod „ Virginem Mariam supplex obsecraverit , ut periclitanti virgini suppeditas ferret . „ Ita S. Hieronimus 1. adversus Vigilantium , ubi & religiosum Sacrarum reliquiarum cultum defendit , & audiare Santos preces nostras , orareque pro nobis docet .

„ Tu

et quemadmodum adstrictum est morti genus
humanum per virginem, solvatur per virginem:
æqua lance disposita virginali inobedientia per
vir-

„ Tu inquit Deo leges pones? Tu Apostolis vincula injici-
es, ut usque ad diem judicii teneantur custodia, nec sint
cum Domino suo? de quibus scriptum est: *Sequuntur Agnum,*
quocunque vadit. (Apoc. 14. v. 4.) Si Agnus ubique, er-
go & hi qui cum Agno sunt, ubique esse credendi sunt. „
Et infra: „ Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore con-
stituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc de-
bent esse solliciti; quanto magis post coronas, victorias,
& triumphos? „ Pariter S. Augustinus Serm. 316. alias 94.
de diversis, loquens de Paulo & Stephano „ Ambo ait,
ibi vos videtis, ambo modo sermonem nostrum auditis, am-
bo pro nobis orate. „ Et Theodoretus de cur. Græc. affect.
l. 8. versus fin. „ Sæpenumero dies festos peragimus, sa-
pe diebus singulis Martyrum Domino laudes hymnosque
cantamus. Quippe homines prospera utentes valetudine,
conservari eam sibi a Martyribus petunt, qui vero ægritu-
dinem aliquam patiuntur, sanitatem exposcunt. Steriles
viri & mulieres dari sibi filios petunt.. qui peregre pro-
ficiuntur, petunt Martyres sibi comites esse in via, vel
potius itineris duces.. Non qui se ad deos accedere ar-
bitrentur, sed qui orient Martyres Dei tanquam divinos ho-
mines, intercessoresque sibi eos apud Deum advocent, ac
presentur. Pie vero fideliterque precatos consequi, quæ
desiderant, testantur illa, quæ votorum rei dona persolvunt,
manifesta nimirum adeptæ sanitatis indicia. Nam alii ocu-

virginalem obedientiam. Adhuc enim protoplasti peccatum per correptionem primogeniti emendationem accipiens, & serpentis prudentia devicta in columbae simplicitate, vinculis autem illius resolutis, per quæ alligati eramus morti. „

Capite XX. Veram Doctrinam a sola Ecclesia Catholica, & Episcopis Apostolorum successoribus petendam esse monet, minime vero ab haereticis, qui & posteriores illis sunt, & dum sapere ultra sobrietatem volunt, in fœda errorum monstra impegerunt. „ Omnes ii valde potest.

lorum, alii pedum, alii manuum simulacra suspendunt ex argento auroque confecta. Gratissime namque accipit eorum Dominus, qualiacunque sunt dona, nec exigua, nec vilia dignatur &c. „ Denique ita sensit Concilium Chalcedonense, cum Act. 11. ajebat: „ Flavianus post mortem vivit, Martyr pro nobis oret. „ Et Concilium Nicenum II. Act. 4. inquiens: „ Salutamus Dominicas, & Apostolicas, & Propheticas voces, per quas honorare & magnificere didicimus primo quidem eam, quæ proprie & veraciter est Dei Genitrix, & superior cœlestibus cunctis virtutibus, sanctasque & Angelicas Virtutes, atque beatos & laudatissimos Apostolos, Prophetas, & gloriofos Martyres, qui pro Christo certaverunt: atque Sanctos & deiferos Magistros, & omnes Sanctos viros: & horum expetere intercessiones, ut valentes nos familiares reddere Regi omnium Deo &c. „

steriores sunt 360.) quam Episcopi, quibus Apostoli tradiderunt Ecclesias . . necessitatem ergo habent prædicti hæretici, quoniam cœci sunt ad veritatem, alteram & alteram ambulare exorbitantes viam: & propter hoc inconsonanter dispersa sunt vestigia doctrinæ ipsorum. Eorum autem, qui ab Ecclesia sunt, semita circumiens mundum universum, quippe firmam habens ab Apostolis traditionem, videre nobis donat omnium unam & candem fidem; omnibus unum & eundem Deum Patrem præcipientibus, & eandem dispositionem incarnationis Filii Dei credentibus, & candem donationem Spiritus scientibus, & eadem meditantibus præcepta, & eandem figuram ejus, quæ est erga Ecclesiam, ordinationis custodientibus, & eundem expectantibus adventum Domini, & candem salutem totius hominis, id est animæ & corporis sustinentibus. Et Ecclesiæ quidem prædicatio vera & firma, apud quam una & eadem salutis via in universo mundo

369.) Nonnulli quidem hæretici, puta Simoniani, Mendriani, Nicclaitæ, Ebionæi, viventibus adhuc Apostolis orti sunt; at Valentianii, Marcosiani, Marcionitæ, & plerique alii, quos impugnat Irenæus, non solum Apostolis, sed & primis eorum successoribus Episcopis sine dubio sunt posteriores, ut ex dictis libro I. manifestum est.

do ostenditur. Huic enim creditum est lumen Dei , & propter hoc *Sapientia Dei* , per quam salvat omnes homines , *in exitu canitur* , *in plateis fiducialiter agit* , *in summis muris prædicatur* , *in portis civitatis constanter loquitur*. (Prov. i. v. 20. & 21.) Ubique enim Ecclesia prædicat veritatem : & hæc est ἡλιόπυξη lucerna , Christi bajulans lumen. Qui ergo relinquunt prœconium Ecclesiæ , imperitiam Sanctorum Presbyterorum arguunt , non contemplantes , quanto pluris fit idiota religiosus , blasphemæ & impudente Sophista. Tales sunt autem omnes hæretici , & qui se plus aliquid præter veritatem invenire putant.. semper quærentes , & nunquam verum invenientes. Fugere igitur oportet sententias ipsorum , & intentius observare , necubi vexemur ab ipsis : confugere autem ad Ecclesiam , & in ejus sinu Dominicis Scripturis enutrirí. Planta ta est enim Ecclesia paradisus in hoc mundo. *Ab omni ergo ligno Paradisi escas manducabitis* , ait Spiritus Dei ; (Gen. 2. v. 16.) id est ab omni Scriptura Dominica manducate , super elato autem sensu ne manducaveritis , neque tetigeritis universam hæreticam dissensionem. Ipsi enim conseruentur se agnitionem habere boni & mali , & super Deum , qui fecit eos , jaculantur sensus su-

os impios. Supra igitur sentiunt, quam est mensura sensationis. Quapropter & Apostolus ait: *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad prudentiam;* (Rom. 12. v. 3.) ut non illorum manducantes agnitionem, quæ plusquam oportet sapit, projiciamus de paradiſo vitæ. ,,

Interiectis dein nonnullis de tentatione Christi, Capite XXII. probat primos homines eadem die qua creati sunt, peccasse, eademque Christum deinde passum esse. , , Ab initio inquit, homini escam multam cum Deus dedisset, ex una autem tantum arbore præcepisset, ne manducaret.. ille (diabolus) mentiens adversus Dominum, tentavit hominem, quemadmodum Scriptura dicit dixisse serpentem mulieri: *Quid utique dixit Deus, Ne manducaveritis ab omni ligno paradiſi?* (Gen. 3. v. 1.) Et cum illa simpliciter retulisset præceptum: *Ab omni ligno paradiſi manducabimus, a fructu autem ligni, quod est in medio paradiſi, dixit Deus: Ex eo non manducabis, neque tetigeritis, ne moriamini;* (Ibid. v. 2. & 3.) astutia usus decepit eam denuo per falsiloquium dicens: *Non morte moriemini. Sciebat enim Deus, quoniam qua die manducaveritis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum.* (Ibid. v. 4.) Primo quidem in Dei paradiſi.

diso disputabat de Deo, quasi absente eo: magnitudinem enim ignorabat Dei. Post deinde ab ipsa discens morituros eos, si gustassent de prædicto ligno, tertium mendacium loquens dixit: *Non moriemini.* Sed quoniam Deus verax, mendax autem serpens, de effectu ostensum est, morte subsecuta eos qui manducaverant. Simul enim cum esca & mortem adsciverunt, quoniam inobedientes manducabant: inobedientia autem Dei mortem infert. Propter hoc ex eo traditi sunt ei, debitores mortis effecti. In ipsa itaque die mortui sunt, & debitores facti sunt mortis, quoniam conditionis dies unus. *Factum est enim inquit, vespere, & factum est mane, dies unus.* (Gen. i. v. 5.) In ipsa autem hac die 370. manducaverunt, in ipsa & mortui sunt. Secundum autem circulum & cursum dierum, secundum

370.) An primos parentes sexto mundi die, & creationis suæ primo, vel duntaxat eadem feria postea redcunte, peccasse existimaverit Irenæus, non sat liquet. Verosimilior tamen hoc posterius videtur: quia ante peccatum Deus animantia omnia adduxit ad Adam, hicque iis nomina imposuit Gen. 2. v. 19. & 20. Sopore etiam oppressus est, quo durante Eva formata fuit. Ibid. v. 21. & 22. Gustasse denique variarum arborum fructus prius quam peccarent vindentur, cum Eva ad serpentem dixerit: *De fructu lignorum, quæ sunt in paradiſo vescimur.* Hæc autem omnia intra diem unum peragi vix poterant.

dum quem alia quidem prima, alia autem secunda, alia tertia vocatur, si quis velit diligenter discere, qua die ex septem diebus mortuus est Adam, inveniet ex Domini dispositione. Recapitulans enim universum hominem in se ab initio usque ad finem, recapitulatus est & mortem eius. Manifestum est itaque, quoniam in illa die mortem sustinuit Dominus, obediens Patri, in qua mortuus est Adam inobediens Deo. In qua autem mortuus est, in ipsa & manducavit. Dixit enim Deus: *In qua die manducabitis ex eo, morte moriemini.* Hanc itaque diem recapitulans in semetipsum Dominus, venit ad passionem pridiem ante Sabbatum, quæ est sexta conditionis dies, in qua homo plasmatus est; secundam plasmationem ei, eam quæ est a morte, per suam passionem donans. Quidam autem in millesimum annum revocant mortem Adæ: quoniam *dies Domini sicut mille anni;* (2. Petr. 3. v. 8.) non superposuit autem mille annos, sed intra eos mortuus est, transgressionis adimplens sententiam. Sive ergo secundum inobedientiam, quæ est mors: sive quod exinde traditi sunt, & facti debitores mortis: 371.) sive secundum unum & eundem diem,

371.) Hanc sententiam tenet S. Augustinus 1. 13. de Civ.

diem, in quo manducaverunt, & mortui sunt, quoniam unus conditionis dies: sive secundum circulum dierum, quia in ipsa mortui sunt, in qua & manducaverunt, haec est Parasceve, quæ dicitur coena pura, id est sexta feria, quam & Dominus ostendit passus in ea: sive secundum quod non sit supergressus mille annos, sed in ipsis mortuus fit. Secundum omnia quæ significantur, Deus quidem verax, mortui enim sunt, qui gustaverunt de ligno; serpens autem mendax ostensus est, & homicida, sicut Dominus ait de eo: *Quoniam ab initio homicida est, & in veritate non stetit.* (Joan. 8. v. 44.) ,

A Capite XXV. ad XXXI. de antichristo differit, ejusque superbiam, dolos, & regnum tyrannicum ex Daniele & Apocalypsi describit.

S. Irenæi Episc. & Mart.

I i

In-

Civ. Dei c. 22. ubi ait. „ Etiamsi mortem istam manifestam, quæ sit animæ a corpore separatione, intelligamus simul signatam in eo, quod Deus dixerat: *Qua die ederitis, moriemini;* non ideo debet absurdum videri, quia non eo prorsus die a corpore sunt soluti, quo cibum interdistum sumpserunt. Eo quippe die mutata in deterius natura, atque a ligno vitæ separatione justissima, mortis in eis etiam corporalis necessitas facta est, cum qua nos necessitate natu- sumus. Propterea Apostolus non ait, corpus quidem moriturum est, sed *Corpus mortuum est propter peccata &c.* ,”

Inter alia Cap. XXVI. ita habet „ Si Deus magnus significavit per Danielem futura , & per Filiū confirmavit ; & Christus est lapis , qui præcisus est sine manibus , qui destruet tempora- lia regna , & æternum inducet , quæ est justorum resurrectio ; (*Resuscitabit* , ait , *Deus Celi re- gnum* , *quod in æternum nunquam corrumpetur* ; Da- niel. II. v. 44.) confutati resipiscant , qui De- miurgum respūunt , & non consentiunt ab eo Pa- tre præmissos Prophetas , a quo & Dominus ve- nit ; sed asseverant ex differentibus virtutibus fa- cias esse prophetias. Quæ enim a Demiurgo prædicta sunt similiter per omnes Prophetas , hæc Christus in fine perfecit , ministrans Patris sui vo- luntati , & adimplens secundum humanum genùs dispositions. Qui ergo blasphemant Demiur- gum , vel ipsis verbis & manifeste , quemadmodum qui a Marcione sunt ; vel secundum eversio- nem sententiæ , quemadmodum qui a Valentino sunt , & omnes qui falso dicuntur Gnostici ; or- gana satanæ ab omnibus Deum colentibus cognoscuntur esse , per quos satanas nunc , & non ante visus est maledicere Deo , qui ignem æternum præparavit omni apostasiæ. Nam ipse per se- metipsum nude non audet blasphemare suum Dominum ; quemadmodum & initio per serpen- tem

tem seduxit hominem , quasi latens Deum. Bene
Justinus 372.) dixit , quoniam ante Domini ad-

I i 2

ven.

372.) In iis , qui supersunt , Justini libris dictum istud non reperitur : unde fors ex deperditis jam contra Marcionem , aut adversus omnes hæreses voluminibus id excerpserit Irenæus. Cæterum non Justinus tantum , & Irenæus , sed longe post etiam S. Epiphanius id ipsum de diabolo sensit. Ita enim hær. 39. adversus Sethianos disputans numerus s. scribit .,, Non minus considerandum illud , quam admirandum venit , quemadmodum ille (dæmon felicet) cum homines in absurdâ , indignaque quam plurima fraudulenter pelleixerit , atque in scelus pertraxerit , stupra videlicet , adulteria , libidines , idolorum superstitiones , ac præstygiæ , profusiones sanguinis , rapinas , & infatiabiles cupiditates , aleam , voracitatem , aliaque idgenus flagitia ; nunquam tamen ante Christi adventum contumeliosam in Dominum suum vocem jaçtare , vel rebelliare fit ausus. Expectabat si quidem , dum Christus adveniret , ut vel ipse proficeretur his verbis : De te scriptum est , *Quoniam Angelis suis mandabit de te , & in manib[us] portabunt te.* (Ps. 90.) Illud enim perpetuo a Prophetis nunciatum audierat , Christi Domini præsentiam eorum redemptionem fore , qui peccassent , ac pœnitentiam susciperent. Quare & ipse misericordia nonnihil se *consecuturum* sperabat. Verum ubi suam ad obtinendam salutem , conversionem a Christo repudiari infelix animadvertisit , os illico contra Dominum aperuit , ac malevolentiam omnem evomuit. Quin eam mentem hominibus injectit , ut vero contemptu Deo , alium , qui nuspiciam esset , inquirerent &c. ,

ventum nunquam ausus est satanas blasphemare Deum , quippe nondum sciens suam damnationem : quoniam & in parabolis , & allegoriis a Prophetis de eo sic dictum est. Post autem adventum Domini , ex sermonibus Christi , & Apostolorum ejus discens maniferte , quoniam ignis æternus ei præparatus est , ex sua voluntate abscedenti a Deo , & omnibus , qui sine poenitentia perseverant in apostasia : per hujusmodi homines blasphemat eum Deum , qui judicium importat , quasi jam condemnatus , & peccatum suæ apostasiæ conditori suo imputat , & non suæ voluntati & sententiæ : quemadmodum & qui supergrediuntur leges , & poenas dant , queruntur de Legislatoribus , non de semetipsis. , ,

Capite XXVII. æterna fore impiorum supplicia , sicut piorum æterna proæmia docet. , , Qui cunque erga eum (Deum) custodiunt dilectionem , suam his præstat communionem. Communio autem Dei , vita & lumen , & fruitio eorum quæ sunt apud eum bonorum. Quicunque autem absistunt secundum sententiam suam ab eo , his eam quæ electa est ab ipsis separationem inducit. Separatio autem Dei , mors , & separatio lucis , tenebræ , & separatio Dei , amissio omnium quæ sunt apud eum bonorum. Qui ergo per apostoliam

fiam amiserunt, quæ prædicta sunt, quippe defolati ab omnibus bonis, in omni pœna converfantur; Deo quidem principaliter non a semetipso eos puniente, prosequente autem eos pœna, quoniam sunt defolati ab omnibus bonis. Æterna autem & sine fine sunt a Deo bona: & propter hoc & amissio eorum æterna & sine fine est: quemadmodum in immenso lumine, qui excoecaverunt semetipos, vel ab aliis excoecati sunt, semper privati sunt jucunditate luminis; non quod lumen pœnam eis inferat cœcitatis, sed quod ipsa cœcitas superinducat eis calamitatem &c.,

Capite XXVIII. putans mundum non ultra sex annorum millia duraturum ita scribit. „Quot diebus hic factus est mundus, tot & millenis annis consummatur. Propter hoc ait Scriptura Genesios. *Et consummata sunt cœlum & terra, & omnis ornatua eorum.* *Et consummavit Deus die sexto omnia opera sua, quæ fecit, & requievit in die septimo ab omnibus operibus suis, quæ fecit.* (Gen. 2. v. 1. & 2.) Hoc autem est & antefactorum narratio, quemadmodum facta sunt, & futurorum prophetia. Si etenim dies Domini quasi mille anni, in sex autem diebus consummata sunt, quæ facta sunt; manifestum est, quoniam consumma-

tio ipsorum sextus millesimus annus est. 373.)
Et propter hoc in omni tempore plasmatus ini-
tio

373.) Non plus quam sex millibus annorum duraturum
esse hunc mundum, complures cum Irenæo senserunt. Ita
enim Laetantius l. 7. Divin. Instit. c. 14. „, Quoniam in-
quit, sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt, per se-
cula sex, id est annorum sex millia manere in hoc statu
mundum necesse est. Dies enim magnus Dei mille anno-
rum circulo terminatur, sicut indicat Propheta, qui dicit:
Ante oculos tuos Domine mille anni, tanquam dies unus. Et
ut Deus sex illos dies in tantis rebus fabricandis laboravit;
ita & religio ejus & veritas in his sex [millibus annorum]
laboret necesse est, malitia prævalente ac dominante. Et
rursus quoniam perfectis operibus requievit die septimo,
eumque benedixit, necesse est, ut in fine sexti millesimi
anni malitia omnis aboleatur e terra, & regnet per annos
mille justitia, sitque tranquillitas & requies a laboribus, quos
mundus jam diu perpetratus est. „, Eadem opinionem refert,
& rejecto duntaxat millenario Christi in terris regno ap-
probare videtur S. Augustinus l. 20. de Civ. Dei c. 7.
„, Qui .. primam resurrectionem futuram suscipiunt sunt cor-
poralem, inter cætera maxime numero annorum mille per-
moti sunt, tanquam oporteret in Sanctis eo modo velut
tanti temporis fieri Sabbatismum, vacationem scilicet san-
ctam, post labores annorum sex millium, ex quo creatus
est homo, & magni illius peccati merito in hujus mortali-
tatis ærumnas de paradisi felicitate dimissus: ut quoniam
scriptum est: *Unus dies apud Dominum sicut anni mille,*

tio homo per manus Dei, id est Filii & Spiritus, fit secundum imaginem & similitudinem Dei,

I i 4

pa-

E mille anni sicut dies unus; (2. Petri 3. v. s.) sex annorum millibus tanquam diebus sex impletis, sequatur velut Sabbati septimus in annis mille postremis, ad hoc fabbatum celebrandum resurgentibus Sanctis. Quæ opinio est utcunque tolerabilis, si deliciæ aliquæ spiritales, in illo Sabbato affuturæ Sanctis per Domini præsentiam crederentur. Nam nos etiam hoc fuiimus opinati aliquando. Sed cum eos, qui tunc resurrexerint, dicant immoderatissimis epulis vacatuos.. nullo modo possunt nisi a carnalibus ista credi... Mille autem anni (quibus Joannes in Apocalypsi satanam alligandum ait) duobus modis possunt, quantum mihi occurrit, intelligi: aut quia in ultimis mille annis res ista agitur, id est sexto annorum milliario, tanquam sexto die, cuius nunc spacia posteriora volvuntur; secuturo deinde Sabbato, quod non habet vesperam, requie scilicet Sanctorum, quæ non habet finem.. aut certe mille annos pro annis omnibus hujus seculi posuit, ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo &c. ,,, Et S. Hieronymus Ep. ad Cyprianum Presbyterum, in qua Psalmum 89. explicat, ad verba illa: *Quia mille anni in oculis tuis, ut dies hec terna, quæ præteriit, & ut vigilia nocturna sive in nocte,* (v. 2. & 5.) ita differit. ,,, Qui per Prophetas semper nos ad pœnitentiam provocat dicens: *Revertimini filii hominum;* petimus, ne faciat hominem in humilitate sempiterna retineri. Nec enim putamus longum esse, quod promittit, salutem nobis post tempora multa tribuendam.

Ater-

paleis quidem abjectis, quæ sunt apostasia; frumento autem in horreum assumpto, quod sunt hi qui ad Deum fide fructificant. Et propterea tri-

Æternitati comparata brevis est omnium temporum longitudo. In conspectu enim tuo mille anni quasi dies una reputantur. Statimque se ipse reprehendit. Male dixi unam diem, & unius diei spacio mille annorum apud te longitudinem computari, cum magis dicere debuerim, unius vigilie spaciū instar haberi mille annorum. Nox in quatuor vigilias dividitur, quæ singulæ trium horarum spacio supplantantur. Unde & Dominus, quarta vigilia ad navigantes venit Apostolos.. Sicut igitur una noctis vigilia cito pertransit, maxime vigiliarum labore defessis; sic & mille annorum spacia apud te, qui semper es, & futurus es, & fuisti, pro brevissimo tempore computantur.. Ego arbitror ex hoc loco, & ex Epistola, quæ nomine Petri Apostoli inscribitur, mille annos pro una die solitos appellari: ut scilicet quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex millibus annorum tantum credatur subsistere, & postea venire septenarium numerum, & octonarium, in quo exercetur Sabbatismus, & circumcisionis puritas redditur. Unde & octo beatitudinibus bonorum operum præmia promittuntur. „ Si tamen LXX. Interpretum, quos plerique Veterum sequebantur, calculos attendamus, opinio hæc sustineri omnino nequit: quia juxta illos sex annorum millia dum præterierunt. Juxta Hebreum vero & Vulgatam nostram quamvis nondum tantum temporis a mundo condito clapsum sit, sed ad sextum millenarium ducenti & amplius

tribulatio necessaria est his qui salvantur , ut quodammodo contriti & attenuati , & consparsi per patientiam Verbo Dei , & igniti , apti sint ad convivium Regis. Quemadmodum quidam 374.) de nostris dixit , propter martyrium in Deum adjudicatus ad bestias : Quoniam frumentum sum Christi , & per dentes bestiarum molar , ut mundus panis Dei inveniar. , ,

Capite XXIX. & XXX. de numero nominis antichristi Apocal. 13. v. 18. expresso ita differit. „ In bestia veniente recapitulatio fit universæ iniquitatis , & omnis dolii , ut in ea confluens & conclusa omnis virtus apostatica , in caminum mittatur ignis. Congruenter autem & nomen ejus habebit numerum , sexcentos sexaginta sex ; recapitulans in semetipso omnem , quæ fuit ante diluvium , malitiæ commixtionem , quæ facta est ex angelica apostasia. 375.) Noe enim

I i 5 fuit

anni desiderentur , nihil tamen statui de mundi duratione potest : cum Christus Apostolis diserte dixerit diem Domini venturum ut furem inopinato , & non esse nostrum nosse tempora vel momenta , quæ Pater posuit in sua potestate. Luc. 12. & Act. 1.

374.) S. Ignatius Antiochenus hic est : in ejus enim ad Romanos Epistola leguntur verba , quæ mox laudat Irenæus.

375.) Apostatarum angelorum cum mulieribus concubitus

fuit annorum sexcentorum , & diluvium advenit terræ , delens inresurrectionem (potius insurrectionem seu rebellionem) terræ , propter nequissimam generationem , quæ fuit temporibus Noc. Recapitulans autem & omnem , qui fuit a diluvio errorem , commentatorem idolorum , & Prophetarum imperfectorem , & succensionem justorum. Illa enim quæ fuit a Nabuchodonosor instituta imago , altitudinem quidem habuit cubitorum sexaginta , latitudinem autem cubitorum sex ; propter quam Ananias , Azarias , & Misael non adorantes eam , in caminum missi sunt ignis ,

per

tus ante diluvium , aliaque ab iis instillata humano generi flagitia innuit , de quibus l. 4. c. 16. egerat. In quem sensum etiam Tertullianus l. de Habit u muliebri num. 2. scribit . „ Angeli , qui ad filias hominum de cælo ruerunt . . cum materias quasdam bene occultas , & artes plerasque non bene revelatas , seculo multo magis imperito prodidissent (siquidem & stellarum , & metallorum opera nudaverant , & herbarum ingenia traduxerant , & incantationum vires pervulgaverant , & omnem curiositatem usque ad stellarum interpretationem designaverant) proprie & quasi peculiarter feminis instrumentum istud muliebris gloriæ contulerunt : lumina lapillorum , quibus monilia variantur ; & circulos ex auro , quibus brachia arctantur ; & medicamenta ex fuco , quibus lanæ colorantur ; & illum ipsum nigrum pulverem , quo oculorum exordia producuntur &c. „

per id quod eis evenit , prophetantes eam quæ in fine futura est justorum fricensio. Universa enim imago illa præfiguratio fuit hujus adventus, ab omnibus omnino hominibus ipsam solam decernens adorari. Sexcenti itaque anni Noe, sub quo fuit diluvium propter apostasiam , & numerus cubitorum imaginis , propter quam justi in caminum ignis missi sunt , numerum nominis significat illius , in quem recapitulatur sex millium annorum omnis apostasia , & injustitia , & nequitia , & pseudoprophetia , & dolus ; propter quæ & diluvium superveniet ignis. His autem sic se habentibus (prosequitur Cap. XXX.) & in omnibus antiquis & probatissimis Scripturis numero hoc posito , & testimonium perhibentibus his , qui facie ad faciem Joannem viderunt , & ratione docente nos , quoniam numerus nominis bestiæ , secundum Græcorum computationem , per literas quæ in eo sunt , sexcentos habebit , & sexaginta , & sex ; hoc est decades æquales hecatontasi , & hecatontadas æquales monasi : (numerus enim qui digitus 376.) sex , similiter custoditus , recapitulationes ostendit universæ apostasiæ ejus , quæ initio , & quæ in mediis tem-

po-

376.) Digitum Arithmeticci vocant numerum denario minorem , qualis in praesenti est senarius.

poribus, & quæ in fine erit;) ignoro quomodo erraverunt quidam sequentes idiotismum, & medium frustrantes numerum nominis, quinquaginta numeros deducentes, pro sex decadibus unam decadem volunt esse. Hoc autem arbitror scriptorum peccatum fuisse, ut solet fieri, quoniam & per literas numeri ponuntur, facile literam Græcam, quæ sexaginta enunciat 377.) numerum, in Jota Græcorum literam expansam; post deinde quidam sine exquisitione hoc acceperunt, alii quidem simpliciter & idiotice usurpantes denarium numerum, quidam autem ausi sunt & nomina exquirere habentia falsum erroris numerum. Sed his qui simpliciter & sine malitia hoc fecerunt, arbitramur veniam dari a Deo: quotquot autem secundum inanem gloriam statuunt nomina falsum continentia numerum, & quod a se fuerit adinventum nomen, definierunt esse illius qui venturus est; non sine damno tales exient, quippe qui & semetipos, & credentes sibi seduxerunt. Et primum quidem damnum est excidere a veritate, & quod non sit, quasi sit arbitrari; deinde apponenti vel auferenti de Scriptura,

pœ-

377.) Litera ξ apud Græcos 60. valet, quæ in I denarium valens non tam expandi quam coarctari facile Scriptarum incuria potest.

pœnam non modicam fore, in quam incidere necesse est eum, qui sit talis. Subsequitur autem & aliud non quodlibet periculum eos, qui falso præsumunt scire nomen ejus. Si enim aliud quidem hi putant, aliud autem ille habens adveniet, facile seducentur ab eo, quasi nequum adsit ille, quem cavere convenit. Oportet itaque tales discere, & ad verum recurrere nomini numerum; ut non in pseudoprophetarum loco deputentur. Sed scientes firmum numerum, qui a Scriptura annunciatus est, id est DCLXVI. sustineant primum divisionem regni 378.) in decem: post deinde illis regnantibus & incipientibus corrigerre sua negocia, & augere suum regnum; qui de improviso advenerit regnum sibi vindicans, & terribit prædictos, habens nomen continens prædictum numerum, hunc vere cognoscere esse abominationem desolationis. Hinc & Apostolus ait: *Cum dixerint, Pax, & munitio, tunc subitaneus illis superveniet interitus.* (1. Thessal. 5. v. 3.) Hieremias autem non solum subitaneum ejus adven-

tum

378.) Romanum imperium in decem reges divisum iri, horumque tres ab antichristo interficiendos, reliquos autem ultro se illi subjecturos esse probavit Irenæus c. 25. & s. qv. ex Danielis VII. & Apocalypsis XVII. Capite: quæ alii quoque Patres, de Romano imperio & antichristo expoundunt. Hanc igitur divisionem imperii isthic innuit,

tum, sed & tribum, ex qua veniet, manifestavit, dicens: *Ex Dan audiemus vocem velocitatis e- quorum ejus, a voce hinnitus decurcionis equorum ejus commovebitur tota terra: & veniet, & manducabit terram, & plenitudinem ejus, & civitatem, & qui habitant in ea.* (*Jerem. 8. v. 16.*) Et propter hoc non commemoratur tribus hæc in Apocalypsi cum his, quæ salvantur. 379.) Certius ergo &

379.) Apocalypsis 7. ubi centum quadraginta quatuor millia signatorum ex tribibus Israel recenset Joannes, non commemorat omnino tribum Dan, compluresque cum Irenæo censent eam idcirco præteritam esse, quod ex illa proditurus sit antichristus. Alii tribum hanc originem illi datu- ram probant etiam ex benedictionibus Jacob Patriarchæ, quas morti proximus filii suis impertit Gen. 49. Ita Theodoreetus Quæst. 109. in Genesim,, Quantum inquit, attinet ad Dan, quorundam opinione prædixit, quæ gesta sunt a Sampfone. Ex hac enim erat tribu, & connumeratus est inter Judices. Propterea ait, *Dan judicabit populum suum, tanquam una tribus in Israel.* Nonnulli vero dicunt, illum prædixisse ea, quæ pertinent ad Laifam, modo Panæada vocatam. Repente enim quidam erumpentes ex hac tribu urbem illam aggressi vi ceperunt, & suam illi denomi nationem inciderunt: vocarunt enim illam Dan. (*Judic. 18. v. 29.*) Ego vero arbitror Spiritum Divinum per Patriarcham vaticinatum esse, quæ spectabant ad Salvatorem nostrum, & eadem prophetia elocutum esse, quæ concernunt

& sine periculo est sustinere adimpletionem prophetiæ , quam suspicari & divinare nomina quælibet : quando multa inveniri possunt habentia prædictum numerum.. Si enim multa sunt habentia numerum hunc , quod ex ipsis portabit , qui veniet , quæritur . Quoniam autem non propter inopiam nominum dicimus hæc , sed propter timorem erga Deum , & zelum veritatis ; ΕΥΑΝΘΑΣ 380.) nomen habet numerum , de quo quæritur ,
sed

antichristum . Nam illi valde convenient , quæ scripta sunt . *Dan* enim inquit , *judicabit populum suum , sicut & una tribus in Israel.* (Gen. 49. v. 16.) Quemadmodum enim Salvator & Dominus noster exortus e tribu Juda salvaturus est orbem ; ita serpens perniciosus egredietur e tribu Dan . Si quidem hoc dicit : *Fiat Dan serpens in via residens , & in semita mordens ungulam equi . Et cadet eques retrorsum expellans salutem Domini.* (Ibid. v. 17. & 18.) Ob id enim quod omnimodis circumventionibus utens conatur prædari deceptos in exitium , assimilat ipsum serpenti cuidam juxta semitam latenti , & transeuntes interficieni . Puto autem illum corpus vocare equum , & sefforem animam . Retrorsum vero cadere denotat mortem supinam jacentem : scilicet enim esse ejusmodi morientium figura . Per ungulam autem dolum innuit . *Ex eo enim quod quosdam decipit , alios vehementer affligit , per equum corpus indicavit : quo per mortum labefactato statim mors sequitur , quæ spei fructum adfert expectantibus , cuius spei fructus est salus. , ,*

380.) Hoc & sequentia nomina juxta Græcum putandi modum continent omnino dictum numerum , ut videre licet.

sed nihil de eo affirmamus. Sed & ΛΑΤΕΙΝΟΣ
nomen habet sexcentorum sexaginta sex nume-
rum

E T A N Θ A S Latine floridus.

5. 400. I. 50. 9. 1. 200.

Pariter ΛΑΤΕΙΝΟΣ Latinus.

30. 1.300. 5. 10. 50. 70. 200.

Et **T E I T A N** Titan Gigas.

300. 5. 10. 300. I. 50.

Summa 666.

Duo tamen posteriora nomina præter morem hic ab
Irenæo scripta sunt ; scribi enim non per ει, sed tantum
per ι solent.

Plura id genus nomina Hebraica, Græca, & Latina
repererunt alii, ex quibus nonnulla jam subjicio.

י ה ו ה ה ק ד ש ע ל י ר נ א ד נ י

10. 50. 4. 1. 50. 6. 10. 30. 70. 300. 4. 100. 5. 5. 6. 5. 10.

Summa 666.

Iehova Kadosch Helion Adonai.

Deus Sanctus altissimus Dominus.

Et **ר י מ י ח** Romiith.

400. 10. 10. 40. 6. 200. Romana

Summa 666.

Λ Α Μ Π Ε Τ Ι Σ Lucens,

30. I. 40. 80. 5. 300. 10. 200.

Summa 666.

Et **ο ν ι κ η τ η Σ** Victor.

70. 50. 10. 20. 8. 300. 8. 200.

Summa 666.

rum, & valde verisimile est, quoniam novissimum regnum hoc habet vocabulum. Latini enim sunt, qui nunc regnant: sed non in hoc nos gloriamur. Sed & TEITAN prima syllaba per duas Græcas vocales E & I scripta, omnium nominum, quæ apud nos inveniuntur, magis fide dignum est. Etenim prædictum numerum habet in se, & literarum est sex, singulis syllabis extensis literis constantibus, & vetus, & fematum: neque eorum regum, qui secundum nos sunt, aliquis vocatus est Titan; neque eorum, quæ publice adorantur, idolorum aliquod apud Græcos & barbaros habet vocabulum hoc: & divinum putatur apud multos esse hoc nomen, ut etiam sol Titan vocetur ab his, qui nunc tenent (imperium) & ostentationem quandam continet ultionis, & vindictam inferentis, quod ille simulat se male tractatos vindicare.. Cum igitur

S. Irenæi Episc. & Mart.

K k tan-

Item: Κ Α Κ Ο Σ Ο Δ Η Γ Ο Σ Malus dux.

20. 1. 20. 70. 200. 70. 4. 8. 3. 70. 200.

Summa 666.

Juxta Latinorum vero putandi rationem:

DLoCLeS AUgUfUs.

summa DCLVVVI.

Item CLaUDIUs Vafer. CLoDIUs rUfUs.

summa DCLVVVI. summa DCLVVVI.

tantum suasionum habeat hoc nomen Titan , tan-
tam habet verisimilitudinem , ut ex multis colli-
gamus , ne forte Titan vocetur , qui veniet .
Nos tamen non periclitabimus in eo , nec asse-
verantes pronunciabimus hoc eum nomen habitu-
rum : scientes quoniam si oporteret manifeste
præsenti tempore præconari nomen ejus , per i-
psum utique editum fuisset , qui Apocalypsim
viderat . Neque enim ante multum temporis visa
est , sed pene sub nostro seculo ad finem Domi-
tiani imperii . Hunc tamen numerum nominis
ostendit , ut caveamus illum venientem : nomen
autem tacuit , quoniam dignum non est præco-
nari a Spiritu Sancto . Si enim præconatum ab
eo fuisset , fortassis & in multum permaneret .
Nunc autem quoniam fuit , & non est , & ascendet
ab abyssō , & in perditionem vadit , (Apoc . 17. v.
8.) quasi qui non sit ; sic nec nomen ejus præ-
conatum est : ejus enim quod non est , nomen
non præconatur . Cum autem vastaverit antichri-
stus hic omnia in hoc mundo , regnans annis
tribus & mensibus sex , & federit in templo Hie-
rosolymis , tunc veniet Dominus de Cœlis in nu-
bibus in gloria Patris , illum quidem & obedien-
tes ei in stagnum ignis mittens ; adducens autem
justis regni tempora , hoc est requietionem , fe-

ptimam diem sanctificatam, & restituens Abrahæ promissiones hæreditatis: in quo regno ait Dominus multos ab Oriente & Occidente venientes, recumbere cum Abraham, Ifaac, & Jacob. ,,

Capite XXXI. docet Christum post mortem descendisse ad inferos, & ex ejus resurrectione, resurrectionem nostram confirmat: sed beatitudinem Sanctorum differre usque ad corporis resurrectionem videtur. „Quoniam inquit, quidam ex his, qui putantur recte credidisse, 381.) supergrediu-

K k 2

tur

381.) Redarguere hic Irenæus videtur non solum Valentianos aliosque Gnosticos, qui corporis resurrectionem & salutem negabant, animasque suorum in Pleroma post mortem recipi ajebant, sed & Catholicos, existimantes justis vita functis non differri beatitudinem, sed animas eorum evolare mox in cœlum, & clara illic Dei visione perfrui. Quia in re si id tantum vellet, quod non omnium justorum animæ mox ab obitu in cœlum evolent, sed complures ad tempus aliquod a beatitudine arceantur, nihil sane a vero alienum diceret: cum in cœlos nihil coquinatum intrare certum sit, & plerisque purgandum aliquid post obitum superesse, vel suffragia, quæ a primis usque seculis, impendere defunctis consuevit Ecclesia, abunde doceant. At plus certe Irenæi verba indicant, vultque omnino nulli prorsus iustorum, ante generalem corporum resurrectionem cœlos patere: quod citra hæresim sustineri jam non potest, definit-

ente

tur ordinem promotionis justorum , & motus meditationis ad incorruptelam ignorant , hæreticos sensus in se habentes : hæretici enim despicientes plasmationem Dei , & non suscipientes salutem carnis suæ , contemnentes autem & repromissionem Dei , & totum supergredientes Deum sensu , simul atque mortui fuerint , dicunt se supergredi cœlos , & Demiurgum , & ire ad Matrem , vel ad eum , qui ab ipsis fingitur , Patrem . Qui ergo universam reprobant resurrectionem , & quantum in ipsis est , auferunt eam de medio , quid mirum est , si nec ordinem resurrectionis sciant ; nolentes intelligere , quoniam si hæc ita essent , quemadmodum dicunt , ipse utique Dominus , in quem se dicunt credere , non in tertia die fecisset resurrectionem ; sed super crucem exspirans , confessim utique abiisset sursum , relinquens corpus terræ . Nunc autem tribus diebus conversatus est ,

ubi

ente Florentino in decreto Unionis , illorum animas , qui post baptismum suscepimus nullam omnino peccati maculam incurserunt , illas etiam , quæ post contractam peccati maculam , vel in suis corporibus , vel eisdem exutæ corporibus sunt purgatæ , in cœlum mox recipi , & intueri clare Deum trinum & unum sicuti est , pro meritorum tamen diversitate aliud perfectius . , Venia nihilominus Irenæus dignus est : quia ejus ævo res hæc nondum sat aliquata , nec pro dogmate proposita ab Ecclesia fuit .

ubi erant mortui, quemadmodum Propheta ait de eo: *Commemoratus est Dominus sanctorum mortuorum suorum, eorum qui ante dormierunt in terra sepe- litionis, & descendit ad eos, extrahere eos, & salva- re eos* 382.) Et ipse Dominus: *Quemadmodum ait, Jonas in ventre ceti tres dies, & tres noctes mansit, sic erit & Filius homi iis in corde terræ.* (Matth. 12. v. 40.) Sed & Apostolus ait: *Ascendit autem quid est à nisi quia & descendit in inferiora terræ;* (Ephes. 4. v. 9.) Hoc & David in eum prophetans dixit: *Eripuiisti animam meam ex inferno inferiori.* (Pſ. 85. v. 13.) Resurgens autem tertia die, Mariæ, quæ se prima vidit, & adoravit, dicebat: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem, sed vade ad discipulos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* (Joan. 20. v. 17.) Si ergo Domi- nus legem mortuorum servavit, ut fieret primo- genitus a mortuis, & commoratus usque in ter- tium diem in inferioribus terræ; post deinde sur- gens in carne, ut etiam fixuras clavorum ostenderet discipulis, sic ascendit ad Patrem; quomodo non confunduntur, qui dicunt inferos quidem esse hunc mundum, qui sit secundum nos; interiorem au- tem hominem ipsorum derelinquentem hic corpus,

K k 3

in

382.) Textum hunc ceu ex Jeremia desumptum alias etiam laudat S. Pater: *hodie tamen in Jeremiæ libro is non reperitur.*

in supercœlestem ascendere locum ? Cum enim Dominus in medio umbræ mortis abierit , (Ps. 22. v. 4.) ubi animæ mortuorum erant , post deinde corporaliter resurrexit , & post resurrectionem assumptus est : manifestum est , quia & discipulorum ejus , propter quos hæc operatus est Dominus , animæ abibunt in invisibilem locum 383.)
defi-

383.) Fevardentius Annotatione in hæc verba persuadere sibi non potest , Irenæum in ea fuisse opinione , quod animæ Sanctorum ante generalem corporum resurrectionem & judicium Deum intuitive non videant . Ratione inque dat , quod idem S. Pater 1. 2. c. 34. & juxta veterem edit. 63. diserte dicat vita functos dignam habitationem percipere etiam ante judicium . At eo loco id solum probat Irenæus , quod animæ defunctorum non transmigrent de uno corpore in aliud , sed pro meritis suis aliæ in sinu Abrahæ conquiescant , aliæ detineantur in purgatorio , aliæ ad damnatorum inferos detrudantur . Certe fatetur Fevardentius Irenæum postremis quinque capitibus millenarium Christi in terris regnum propugnare . At quicunque hanc opinionem tenuerunt , visionem Dei intuitivam usque post expletos regni ejus mille annos differebant ; ut ex Tertulliano , Lactantio , aliisque certum est : igitur Irenæus quoque idem sensisse omnino videtur , cum præfertim C. ult. aperte scribat : „ In omnibus iis & per omnia idem Deus Pater ostenditur , qui plasmavit hominem , & hæreditatem terræ promisit patribus , qui eduxit illam in resurrectione justorum , & promissiones adimplevit in Filii sui regnum (vel

definitum eis a Deo , & ibi usque ad resurrectionem commorabuntur sustinentes resurrectionem: & post recipientes corpora , & perfecte resurgentes, hoc est corporaliter , quemadmodum & Dominus surrexit , sic venient ad conspectum Dei. Non enim est discipulus super magistrum ; perfectus autem omnis erit , sicut magister ejus. (Luc. 6. v. 40.) Quomodo ergo Magister noster non statim evolans abiit , sed sustinens definitum a Patre resurrectionis suæ tempus... post triduum resurgens assumptus est ; sic & nos sustinere debemus definitum a Deo resurrectionis nostræ tempus , prænunciatum a Prophetis , & sic resurgentes assummi , quotquot Dominus ad hoc dignos habuerit. „

Postremis demum quinque Capitibus millennium Christi in terris regnum propugnat , & explicat. Qvod cum sustineri jam nullo pacto possit , sufficient opinor tum ad informandam erroris hujus ideam , tum ad exculpandum Irenæum , quæ Capite II. dixi.

(vel potius regno) postea præstans illa paternaliter , quæ neque oculus hominis vidit , neque auris audivit , neque in cor hominis ascenderunt. „ Hæc enim postrema verba manifeste prorsus indicant , existimasse illum , visionem Dei intuitivam nonnisi post millenarium Christi regnum Sanctis obventuram esse.

O. A. M. D. G.

Errata

| | | |
|------|-------------------|--------------|
| Pag. | 37. Annot. v. 14. | Propterea. |
| 103. | v. 12. | posset a : |
| 104. | Annot. v. 4. | tetram. |
| 165. | Annot. v. 11. | Excidum. |
| 194. | Annot. v. 3. | dnm. |
| 240. | v. ult. | 106.) |
| 262. | Annot. v. 18. | qnæ. |
| 271. | Annot. v. 22. | XIV. |
| ead. | Annot. v. 23. | IXVIII. |
| 320. | v. 10. | Cnm |
| 326. | Annot. v. 16. | drofessionis |
| 430. | Annot. v. 1. | Jovian. |
| 436. | v. 1. | adscribunt. |
| 467. | v. 3. | Spitu. |

Corrigē

| |
|---------------|
| Præterea. |
| posset : a |
| terrām. |
| excidium. |
| dum. |
| 206. |
| quæ |
| XIV. |
| LXVIII. |
| Cum. |
| professionis. |
| Jovinian. |
| adscribunt. |
| Spiritu. |

Cætera benevolus Lector corriget.







